




Disputatio juridica inauguralis de delictis contra rempublicam admissis ac praecipue de horum maleficiorum conatu

<https://hdl.handle.net/1874/340560>





Doctrina Miscell.


Quarto. n°. 192.


1. Jongel, G. C. C. E. de. De delictis contra
republicam admissis ac. praecipue de
horum malefactorum conatu. 2 Voll.


B^t











DISPUTATIO

DE

DELICTIS CONTRA REMPUBLICAM ADMIS-
SIS AC PRAECIPUE DE HORUM
MALEFICIORUM CONATU.

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS

DE

DELICTIS CONTRA REIPUBLICAM ADMISSIS
AC PRAEQUIE DE HORUM MALEF-
CIORUM CONATU

GERM.

AVERTITE SCILICET NUNTIUM

AL AUCTORITATE RECTORIS MAGISTRICI

GEORGII GUILIELMI VREDE

PHIL. SOCR. ET SOC. DOCT. ET TRIN. CAN.

REC. NON

AVULSIS SENATIS ACADEMICI CONSENSU

ET

SUBSIDIUM FACULTATIS JURIDICAE DECRETIS

PHIL. SOCR. ET SOC. DOCT. ET TRIN. CAN.

IN ACADÉMIA REVO-TRIASTINA
HAB. ROTAZO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADÉMIA REVO-TRIASTINA

HAB. ET LEGITIME CONSEQUENDIS

PUBLICO AC SOLEMNI EXAMINI SUBMITTU

GUILIELMUS CORNELIUS CAROLUS
EVERTSEN DE JONGE

NASCITUR

A. D. I. I. NOVEMBRIS A. MDCCCLV. HORA I.



TRACTI AD RHENUM

APUD KEMNER & FILIIUM TROGAS

MDCCCLV.



DISPUTATIO IURIDICA INAUGURALIS

DE

DELICTIS CONTRA REMPUBLICAM ADMISSIS
AC PRAECIPUE DE HORUM MALEFI-
CIORUM CONATU,

QUAM

FAVENTE SUMMO NUMINE

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GEORGII GUILIELMI VREEDE

IUR. ROM. ET HOD. DOCT. ET PROF. ORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS IURIDICAE DECRETO

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

IURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS

PUBLICO AC SOLEMNI EXAMINI SUBMITTIT

**GUILIELMUS CORNELIUS CAROLUS
EVERTSEN DE JONGE.**

HAGANUS.

A. D. I. M. NOVEMBRIS A. MDCCCXLV, HORA I.

— o —
TRAIECTI AD RHENUM

APUD KEMINK & FILIUM TYPOGR.

MDCCCXLV.



DISTRICT

DEBITES CONTRA REMPTU
BILIAM ADMISSIS

AC

DEBILIORUM

CONATU

JOAN

W C K EVERTSEN DE JONGE

DEBILIORUM

DEBILIORUM

DEBILIORUM

DEBILIORUM

DEBILIORUM

DEBILIORUM

DEBILIORUM

DEBILIORUM

TRAJECTI AD RHENUM

4500 RENTINK & FILIUM

TRAJECTI AD RHENUM

TRAJECTI AD RHENUM

TRAJECTI AD RHENUM



DISPUTATIO

DE


DELICTIS CONTRA REMPU-
BLICAM ADMISSIS

AG PRAECIPUE

DE HORUM MALEFICIORUM
CONATU,

QUAM SCRIPSIT

W. C. K. EVERTSEN DE JONGE.

——
P A R S P R I O R.

——
TRAIECTI AD RHENUM,

APUD KEMINK & FILIUM TYPOGR.

MDCCLXV.

DISTRICT

DELICIOUS CONTRA REMP-
BILIAM ADMISSIS

DE

LAURENTIUS OPTIMI CARISSIMI
DE HORUM MALLEBORUM

MARINO GUILLIEMO DE JONGE VAN
CAMPESTRIBUSWAND

DE

ET

W. G. K. EVERESEN DE JONGE

MARIAE MAGDALENAE EVERESEN

DE

W. G. K. EVERESEN

DE

DE

TRINITY AD RUMEN

DE REEPE & FILII

DE

PARENTIBUS OPTIMIS CARISSIMIS

MARINO GUILIELMO DE JONGE VAN
CAMPENSNIUWLAND.

ET

MARIAE MAGDALENAE EVERTSEN.

SACRUM.

» Möchten die Gesetzgeber doch endlich zu der Überzeugung gelangen, dass da, wo der Staat auf festen Füßen steht, die Gefährlichkeit s. g. Staatsverbrechen nicht so ungeheuer gross ist, um solche Exceptiv-Gesetze zu rechtfertigen, dass aber ein morsches Gebäude auch nicht durch Drakonische Gesetze aufrecht erhalten werden kann.»


ZACHARIAE, Die Lehre vom Versuche der Verbrechen, vol. I, cap. II, § 46, p. 74, not. 1.

» La storia critica de' progressi della umana ragione non offre forse in alcuna materia tanto interesse quanto in quella dell' attentato delittuoso.»

CARMIGNANI, Teoria delle leggi della sicurezza sociale, Pisa 1831, tom. II, L. II, cap. XIII, p. 292.

DISSERTATIONIS CONSPECTUS

PARTIS PRIORIS.



	Pag.
PRAEFATIO totius operis; ius Romanum.	I.
PROÖEMIUM disputationis meae de iure Romano	I.
IUS ROMANUM	I.

PARS LITERARIA-IURIDICA.

AETAS I.

Regibus regnantibus.

§ 1. Lex de proditione. Quaeritur, an haec lex ius publicum Romanorum spectet; an idem consilium sit legis duodecim tabularum, si in ea huius causae mentio fit : : . . .	7.
§ 2. De legibus sacris . . . : : . . .	34.
§ 3. De iudicio perduellionis et parricidii	44:
<i>a.</i> Ecquid autem regibus regnantibus tale iudicium existit et quare Horatii iudicium iudicium perduellionis est dictum? —.	
<i>b.</i> A quo Rege iudicium perduellionis est constitutum? .	51.
<i>c.</i> Quomodo iudicium perduellionis et leges sacrae inter se cohaerebant? quid differebant? qualis erat notio <i>hostis</i> de cive talium delictorum noxio?	53.

d. Eequid autem ius puniendi Romanorum ex vindicta privata repetendum est? Nonne potissimum religione nitebatur? Nonne hac re etiam <i>leges sacrae</i> et <i>iudicium perduellionis</i> inter se coniunctae erant?	72.
e. Ex quo potissimum fonte ius antiquissimum Romanorum derivandum est, an ex <i>legibus sacris</i> , an ex iudicio perduellionis?	76.
f. Qui iudices? Quae formae huius iudicii?	80.
§ 4. Iudicia Metti Fuffetii eiusque sociorum et filiorum Ancii Martii	101.
§ 5. Eequid autem Regibus regnantibus tantum delictum perfectum (consummatum), vel etiam conatus delicti puniebatur? Eequid principium quoddam hac de re sive legibus sive moribus erat constitutum?	107.
§ 6. De seditione	110.

AETAS II.

Ab initiiis liberae reipublicae usque ad legem duodecim tabularum.

§ 1. Iudicium filiorum Bruti	112.
§ 2. <i>Leges</i> Valerii Publicolae de provocatione et de sacrandi capite eius, qui regni occupandi consilia inierat	121.
§ 3. Secéssio prima. <i>Leges</i> sacrae	128.
§ 4. Iudicium Coriolani	137.
§ 5. Causa Spurii Cassii	144.
§ 6. Causae Caesonis et Volscii	156.

AETAS III.

Inde a tempore legis XII tabularum laiae usque ad tempora bellorum civilium.

§ 1. Lex XII tabularum	160.
----------------------------------	------

	Pag.
§ 2. <i>Secessio, iudicium de Decemviris latum</i>	170.
§ 3. <i>Sp. Maclius</i>	177.
§ 4. <i>Iudicium Manlii</i>	183.
§ 5. <i>Causa Fulvii; quaestio de Bacchanalibus habita; causa Postumii Pyrgensis, filiae Appii Caesi, Butturii. Equid autem hac aetate solummodo in facta, non vero in verba publice animadvertebatur?</i>	196.

AETAS IV.

Ab initio bellorum civilium usque ad legem Iuliam

Maiestatis.

§ 1. <i>De Gracchorum fati et consiliis</i>	208.
§ 2. <i>Fata Appuleii Saturnii, Iudicium Deciani, Sexti Titii, Vettieni</i>	246.
§ 3. <i>Notio Maiestatis: Leges Maiestatis Appuleia et Varia</i>	257.
§ 4. <i>Sullae Lex Cornelia Maiestatis. — Equid autem delictum Maiestatis secundum hanc legem verbis committi poterat?</i>	273.
§ 5. <i>Quaeritur, an iudicium perduellionis inde a tempore Sullae usque ad legem Iuliam Maiestatis sublatum sit, aut plane ab usu recesserit; an vero eius vestigia usque ad legem Iuliam Maiestatis permanserint?</i>	296.
a. <i>Quaestio tractatur ratione habita Sullae institutorum</i>	—.
b. <i>Causae Cornelii et C. Rabirii. Leges Porciae</i>	303.
§ 6. <i>Necessitudo legum Maiestatis cum aliis legibus</i>	328.
§ 7. <i>De natura factorum, quae puniebantur, et de collegiis illicitis hac aetate</i>	332.
§ 8. <i>Equid autem Romani in delictis contra rempublicam factis de reipublicae normis cogitabant?</i>	336.

AETAS V.

Inde a Lege Iulia Maiestatis usque ad finem Imperii Romani.

§ 1. <i>Lex Iulia Maiestatis</i>	341.
--	------

niuntur? Ecquid autem poena in talia eorum facta statuta est, si factor nihil omnino fecit, vel, ut re- sentiores dicunt, in conatum auctorum vel socio- rumper se spectatum?	91.
Quaestio VII. Quid iure Romano constitutum est, si noxium poe- nitet, antequam ille delictum perfecit	95.
» VIII. Ecquid autem illi, qui delictum Maiestatis non de- ferunt, eadem vel minore poena ac socii delicti ex lege 5 Cod. ad leg. Iul. Mai. afficiendi sunt? Ec- quid autem hi verbo <i>consci</i> indicantur?	108.
» IX. Quid in iure Romano de adminiculorum a noxio ad- hibendorum indole constitutum erat?	116.
» X. De Seditione	133.
» XI. De accusatoribus et de delatoribus delicti Maiestatis	132.
» XII. Breve iudicium de ratione, qua Romani delicta con- tra rempublicam commissa puniverunt	137.

PARS PHILOSOPHA-IURIDICA.

§ 1. Notio conatus ex rei natura et ex iure constituendo	143.
§ 2. De notione delictorum contra rempublicam commissorum	156.
§ 3. De iis, quae ad conatus notionem requiruntur	217.
§ 4. Quaeritur, quibus delictis notio conatus conveniat, an de- lictis contra rempublicam commissis repugnet, nec ne?	240.
§ 5. De iure puniendi et de iure conatum delictorum puniendi	249.
§ 6. De iure delicta in rempublicam commissa eorumque cona- tum puniendi	298.
§ 7. Quaeritur, an conatus eadem poena ac delictum consumma- tum, an vero minore poena sit puniendus; deinde, an ea- dem regula de delictis contra rempublicam commissis atque de aliis delictis valeat nec ne?	302.

	Pag.
§ 8. De conatus gradibus. Equid autem omnes hi gradus ad delicta contra rempublicam commissa pertinent? . . .	321.
§ 9. De coniuratione, de iure coniurationem puniendi et nominatim de coniuratione delictorum contra rempublicam commissorum	349.
§ 10. De conatu auctorum et sociorum delicti et inprimis de conatu eorum, qui alii vel aliis, ut secum delictum contra rempublicam faciant, frustra persuadere student (la proposition non agréée — exciter directement les citoyens à commettre les crimes et complots seqq. art. 102 Cod. poen. Francogall. anni 1810 cum art. 90.)	368.
§ 11. De bello civili, de gravissima seditionis specie nempe contra ipsam rempublicam, et de levioribus eius speciebus. Deinde quaeritur, quomodo inter eorum consummationem et conatum sit distinguendum	387.
§ 12. Quaeritur, an civis (vel ille, qui secundum iuris criminalis principia civi equiparandus est) delictum vel nominatim delictum contra rempublicam commissum magistratui non deferens ut talis delicti vel in specie delicti contra rempublicam facti noxius vel tamquam delicti specialis noxius legislatori puniendus sit (non révélation).	413.
Appendix I. Brevis expositio normarum Codicum et Speciminum praecipuorum poen. Germaniae <i>de seditione</i>	428.
» II. Breviter adumbrantur ea, quae de <i>facto</i> delicta magistratibus <i>deferendi omittendo</i> in novissimis Codicibus et Speciminibus poen. Germaniae constituta sunt	450.
Addenda	468.

1874

1875

1876

1877

1878

1879

1880

1881

1882

1883

1884

1885

1886

1887

1888

1889

1890

1891

1892

1893

1894

1895

1896

1897

1898

1899

1900

1901

1902

1903

1904

1905

1906

1907

1908

1909

1910

1911

1912

1913

1914

1915

1916

1917

1918

1919

1920

1921

1922

1923

1924

1925

1926

1927

1928

1929

1930

1931

1932

1933

1934

1935

1936

1937

1938

1939

1940

1941

1942

1943

1944

1945

1946

1947

1948

1949

1950

1951

1952

1953

1954

1955

1956

1957

1958

1959

1960

1961

1962

1963

1964

1965

1966

1967

1968

1969

1970

1971

1972

1973

1974

1975

1976

1977

1978

1979

1980

1981

1982

1983

1984

1985

1986

1987

1988

1989

1990

1991

1992

1993

1994

1995

1996

1997

1998

1999

2000

2001

2002

2003

2004

2005

2006

2007

2008

2009

2010

2011

2012

2013

2014

2015

2016

2017

2018

2019

2020

2021

2022

2023

2024

2025

PRAEFATIO.

Vincula inter varias disciplinas et inter unius alteriusve disciplinae partes inquirere hominem decet: tali enim ratione animus hominis magis magisque excolitur, notio ac finis unius disciplinae per aliam disciplinam melius intelliguntur, et mens humana ad summum eius finem tendit, scilicet ad scientiam rerum universe spectatam, quantum fieri potest.

Huius rei causa jus criminale iam ab initio mihi arridebat, quod haec pars iuris scientiae cum aliis eius partibus et cum aliis disciplinis vel maxime cohaereret. Necessitudinem eius cum iure publico stricto sensu (*Staatsrecht*) plures scriptores juris criminalis nostra aetate agnoscunt: imo vero quidam eorum ius criminale partem iuris publici lato sensu (*öffentliches Recht*) habent, quod tam lato sensu non plane negandum esse videtur.

Illi scriptores, qui ius puniendi ad finem civitatis referunt, (*relative Theorien*) civitatis naturae, variarum normarum atque diversorum institutorum rationem ha-

beant necesse est, sed illi quoque iureconsulti vel philosophi, qui ius puniendi per se spectatum sine ullo fine (*absolute Theorien*) probare student, de iure puniendi solummodo in civitate agi posse hodie magnam partem concedunt; quare multas quaestiones iuris publici ius criminale spectare profiteri coguntur 1).

1) Bauer, Lehrbuch des Strafrechtes. ed. sec. Göttingen 1833, § 1, p. 1. » Strafrechtswissenschaft — ist der geordnete Inbegriff der Rechtslehren, welche das Verhältniss des Staats gegen Uebertreter der Strafgesetze betreffen. Diesen Begriff stellt das Strafrecht als einen Zweig des öffentlichen Rechtes dar. Cf. not. 6, p. 1 et 2. Kleinschrod, system. Entwick. vol. III, § 139, ed. tert. p. 250 et 251, cum § 129, p. 248, 249.; a Bauero citatur etiam Falck jurist. Encyclopaedie. Hi script. ius criminale partem iuris civilis privati habent; contra citatur Ascherbrenner in not. e. p. 2, ubi recte Bauer animadvertit reparationem damni dati (materieller *Schade*) ad ius privatum (civile) pertinere. Cum hisce plane convenio et tamen iureconsultus de principiis iuris puniendi quaerens et modum poenae indicans rationem etiam damni, quod per hanc illamve laesionem dari solet, habere potest. Poena nempe ostendit pro parte nimirum neminem impune civem laesurum neque impune laesisse, quatenus homines talem finem attingere possunt. Non plane cum Bauero facit Heffter, Lehrbuch des gemeinen Deutschen Criminalrechts ed. sec. Halle 1840, § 1, ubi fundamentum iuris puniendi habet *philosophiam iuris* et cum ea conjungit » Criminal-politik, p. 1, cum not. f. p. 2 et § 2, p. 2—4, varias disciplinas, quae cum iure criminali cohaerent, enumerat: Psychologie, Anthropologie, Geschichte der Völker und ihres Rechts insbesondere Strafverfassungen, das Studium der Sprache der Völker, die gerichtliche Arzneykunde, Pharmacie, Chemie, die Kenntnisse merkwürdiger Rechtsfälle und ihrer Entscheidungen » has disciplinas vocat Hilfskenntnisse; tamen § 4, p. 5^o ein Recht zu strafen — kann jedoch nur derjenige haben, dessen Bothmässigkeit ein anderer unbedingt oder doch beziehungsweise unterworfen ist cum § 6, p. 8 et § 7, p. 10. De omnibus hisce disciplinis eorumque vinculis cum iure criminali disserere a meo consilio alienum est. Kleinschrod argumentum affert. »Der Gegenstand desselben (des peinl. Rechtes) sind

Henke, quaerens, an ius criminale sit pars iuris publici, an vero iuris privati, inter varias hominum et civitatis conditiones distinguendum esse animadvertit 1),

Privathandlungen von Privatpersonen" — Nun gehört es aber zur Regierung des Staats Missethäten zu bestrafen. Aber es ist auch ein Theil der Staatsregierung dass Privatprocesse den Gesetzen gemäss von den Richtern entschieden werden." l. l. Sed noxius non solum propter se ipsum punitur, verum etiam, quod vel homines privatos vel ipsam rempublicam laeserit (vel in periculum adduxerit); ius puniendi ex vinculo civitatis est repetendum: munus accusandi in iure civili non pertinet ad magistratus.

1) Henke, Handbuch des Criminalrechts und der Criminalpolitik, vol. I. § 32, p. 177, 178 cum seqq. et not. 1 et 2, p. 182 ubi multi scriptores cit.

Verba eius p. 177 memoria digna sunt: «Die unter den Strafrechtslehrern bestrittene Frage ob das Strafrecht ein Theil des öffentlichen, oder aber des Privatrechts sey, muss um Einseitigkeiten in der Beantwortung zu vermeiden, mit der genauesten Rücksicht auf die stufenweise und allmähliche Entwicklung der dem Strafrecht zum Grunde liegenden Idee erörtert werden.

Wo der Band des Staats so lose geschlungen ist, dass die dem einzelnen widerfahrene Kränkung und Verletzung der Rechte nur als *Angriff des einzelnen* betrachtet wird, wo dem beleidigten es überlassen ist, den Unwill an dem Beleidiger zu rachen, oder *wo nur auf seine Aufforderung die Staatsgewalt den Verbrecher zur Verantwortung zieht*, da kann das Strafrecht nicht wohl anders denn als ein Theil des Privatrechts betrachtet werden. Wo hingegen jede dem einzelnen widerfahrene Beleidigung zugleich als eine Verletzung des ganzen angesehen wird, *wie überall nicht wohl anders geschehen kann*, wo das innere Wesen des Verbrechen und der Strafe vollständig aufgefasst worden ist: wo mithin die Staatsgewalt — die Genugthuung einfordert, da erscheint ohne allen Zweifel das Strafrecht als Zweig des öffentlichen Rechts." In priore conditione nondum est civitas, in altera uti e. g. apud Romanos vel Anglos, graviora delicta pro parte iam initio publice vindicantur, ut de Romanis parte meae diss. prima probare conatus sum. Iudicia publica pro parte saltem dicebantur, quod reipublicae interesset talia sce-

quae pro parte vera sunt, si historia duce rem tractamus, verum ad notionem iuris criminalis eiusque necessitudinem cum aliis partibus iuris scientiae indicandam illa incerta atque rudia hominum initia non inservire possunt: factum ultionis non erat poena; si de vindicta studiis pecunia componendis partes sibi adversae conveniebant, tale pactum non ad ius puniendi pertinebant: civitas deinde partem mulctae accipiens, mulctam noxio irrogans iam sui ipsius causa propter vinculum civitatis hanc accipiebat. Tum igitur ius criminale iam a iure civili differebat et in multis regionibus gravissimae poenae propter delicta in ipsam rempublicam commissa noxiis infligebantur.

Indoles civitatis non ex primis populorum initiis, prouti tales populi fortasse vel verisimiliter in civi-

lera puniri, quod status reipublicae iis turbari videretur: huius rei causa populus ipse saltem per diuturnum temporis spatium libera reip. Rom. de noxio iudicabat. Apud Anglos delicta huius rei gratia vocantur *public wrongs*, ut nos docet Celeberr. Blackstone, conf. § 2. phil. mea. Compar. etiam Henke op. laud. vol. I, § 29, p. 150, seqq. inpr. p. 153, 154; de disciplina iuris crim. parte »Criminalpolitik“. hoc etiam est vinculum inter ius criminale et publicum stricto sensu cum §. 30, p. 184—159; etiam de philosophia »gewöhnlich als Hülfsmittel der Strafrechtswissenschaft — ist mehr als integrierender Theil derselben zu betrachten“ p. 155 et 156.

Klüber, öffentliches Recht des teutschen Bundes und der Bundesstaaten ed. 4. Francf. 1840, §. 5, p. 7, 8 ubi distinguitur inter »öffentliches Recht,“ Staatsrecht lato et stricto sensu: ibi etiam negatur »blinder oder bloss leidender Gehorsam“ sive de republica mixta (representative Monarchie) sive de republica, cui praest Rex sine reipubl. normis (absolute Monarchie) quaestio moveatur, cum § 12, 13, p. 14-17 et in not. de disciplinis, quae auxilium huic disciplinae afferunt; ius criminale non nominatur, sed de quaestione, quam movi, non agitur.

tatem coaluerunt, efficienda est, sed civitas certis normis nititur, quibus potestas rempublicam gubernandi, legum iussa exsequendi, a potestate leges sancienti et iudicium ferendi iusto modo a se invicem distinguuntur et inter se coniunguntur et tali ratione civitas cogitanda est: est vinculum iuris, quo homines in unum coaluerunt, ut status iuris fiat, quantum inter homines fieri potest 1).

Ut hic status iuris in civitate adsit, ius leges poenales ferendi et ius puniendi requiruntur (conf. §. mea phil. 5). Itaque ad unum finem ius publicum stricto sensu et ius criminale tendunt. Praeterea in

1) Hoc iam vidit Cicero in egregio opere de Re Publica L. III, c. 31, « neque esset unum *vinculum iuris*, nec *consensus ac societas coetus*, quod est *populus* » edid. Moser et Creuzer, Francof. ad Moenam typogr. Broenner. 1826, p. 397. Similia Cicero scripsit in eodem opere, L. I, c. 25, p. 104 et 105. « Est igitur, inquit Africanus, res publica res populi, populus autem non *omnis hominum coetus quoquo modo congregatus*, sed coetus multitudinis, *iuris consensu et utilitatis communione sociatus*. » Notissimus etiam est Ciceronis locus ibidem, L. II, c. 33, p. 308, 309, de optimo reipublicae statu effecto per *aequabilem iuris, officii et muneris compensationem*. Ciceronem magnam partem secutus est Augustinus de Civit. Dei XIX, 24, qui a Mosero et Creuzero, citatur p. 105, N. 1 et pro parte Hugo Grotius, de Iure B. et P. C. I, § 14, addit tamen verbo « coetui » verbum « perfectum » et verbo « hominum » verbum « liberum, » deinde scribit « iuris fruendi — causa. » Ne omnes Iur. publ. recent. Scriptores afferam, sufficiant testimonia Iurec. Schmitthenner, Grundlinien der Geschichte der Staatswissenschaften, (Zwölf Bücher vom Staate) vol. I, § 1-4, p. 1-6, ed. sec. Giessen 1839. Verlag von Heyer. Klüber, öffentliches Recht des deutschen Bundes und der Bundesstaaten, ed. 4, Frankfurt 1840, § 1, p. 1. Cum not. a, b, e, f, p. 1-4. ex definitione Klüberi hoc non apparet, sed ex iis, quae deinde huic addit et ex not. Cum § 3, p. 5.

re criminali multum ab illis quaestionibus pendet, quomodo iudicia in civitate sint constituta atque ordinata, qui sint iudices, qualis sit Regis potestas in cives iudicio damnatos (vel gubernantium universe, i. e. *regt van gratie*.) Hae autem quaestiones ius publicum stricto sensu omnes spectant, quod iudices, iudicia et gubernantium potestas cum reipublicae normis et conditione arecte cohaereant.

Praeter disciplinam iuris publici philosophia et historia gentium universe et singulorum populorum cum iure criminali imprimis conjunctae atque jungendae sunt, qua de re nostra aetate multi scriptores, qui historicae rationi de iure criminali disputandi addicti sunt, conveniunt, quamquam initio huius saeculi Iureconsulti philosophantes de iure criminali historiam gentium negligebant et illi, qui historiam gentium et iuris ad ius criminale adhibebant, philosophiam ad ius criminale pertinere negabant.

Nostra aetate controversiae vel maxime moveri solent de ratione, qua ius criminale, philosophia et historia gentium inter se conferendae sint.

Iureconsulto et legislatori, ut iuris criminalis disciplinae peritus fiat et leges iuris criminalis recte ferat, primum philosophia inquirenda est. Hac enim duce solummodo principia iuris puniendi scire potest: hac una duce quaestiones solvi possunt, an sit ius puniendi nec ne; an haec illave poena iusta aut iniusta sit; quomodo iustus poenae modus constituendus sit; quaenam principia mensurae poenae habenda sint; quae sit notio delicti; quis sit status iuris in civitate; quis vero finis civitatis universe spectatae.

Si poena iniusta est, si homini nunquam, qualiscunque eius sit conditio, alii homini poenam imponere licet, nunquam ius puniendi oriri potest, quod per multa saecula vel apud omnes populos vel apud unum alterumve poena sancita atque de hominibus quibusdam sumta fuerit.

Si apud unum alterumve populum principium poenae legibus sancitum est, vel moribus inductum est, quod iuris principii repugnat, tale principium nunquam ad iuris disciplinam est adhibendum, sed Iureconsulto et legislatori est reiiciendum; si iuris apud unum alterumve populum constituti interpretationem mittamus.

Sic status iuris non ex historia normarum unius alteriusve civitatis sola efficiendus est; facile nempe fieri potest, ut vel in quibusdam vel in omnibus civitatibus cives nondum quiete, bonis vel iuribus tantum frui potuerint, quantum secundum hominum naturam et civitatis hominum indolem iis frui possent ac de iis securi esse possent.

Itaque recedo a sententia Iureconsulti Abegg scribentis :

„Indem nun ferner die Idee, die sich nothwendig äussert, und nicht bloss an sich und jenseits seyn kann, ihre Wirklichkeit, aber freilich in allmäliger Ausbildung, in historischer Gestalt erlangt, so hat die Philosophie es mit dieser Wirklichkeit zu thun, sie hat in dem gegebenen, positiven, dem daseienden das Wesentliche, als die ihm inwohnende Wahrheit zu erkennen, und von dem zufälligen und schlechthin Aeusserlichen zu sondern. Hiermit ist denn das

Verhältniss der Philosophie zur Geschichte bestimmt 1).“

1) Abegg, die verschiedenen Strafrechtstheorien in ihrem Verhältnisse zu einander und zu dem positiven Rechte und dessen Geschichte, Neustadt 1835, § 3, p. 6. Cum § 6—§ 10, p. 16—32. Cum § 13 seqq. Praecipue etiam consulendus est Biener, über die historische Methode und ihre Anwendung auf das Criminalrecht, in op. Neues Archiv des Criminalrechts, vol. X, p. III, § 1, p. 480—482. » Die Philosophie des Rechts, nimmt blos von den *höheren Resultaten* und Gründen des inneren historischen und systematischen Zusammenhanges Kenntniss. Sie hat die Motive anzusprechen, welche der *organischen Fortbildung des Rechts zum Grunde liegen*, sie muss die *innere Einheit des vorhandenen Inhaltes nachweisen*.“ Cum not. 11 et 12, p. 480 et verba p. 481. » So gesondert, ist die Philosophie des Rechts nicht ein Theil der Jurisprudenz.“ Cum § 6 et § 7, de ratione histor. ante nostram aetatem et de rat. philos. p. 496—504. Prae ceteris § 8, p. 504 seqq. Nomin. p. 506, 507. Magis in contrariam sententiam discedere videtur Henke, Handb. des Criminalrechts und der crim. Politik, vol. I, 1823, § 18, p. 50. Für die *Wissenschaft des Strafrechts im höheren Sinne des Wortes* mussten jene Schriften daher wirkungslos bleiben. *Diese* konnten erst ins daseyn gerufen werden, nach dem durch Kant und Fichte jener *empirischer Dogmatismus vernichtet* (de Beccaria et Voltario) und die für die Rechtslehre *unerlässlichen Vorfragen* erörtert worden waren, wie denn die Vernunft zur Erkenntniss von Rechtsgesetzen erlange, und *welches der ganze a priori denkbare Umfang der Rechtsgesetzgebung sey*. Wenn auf solche Weise die kritische Philosophie für die Rechtswissenschaft überhaupt und die Theorie des Strafrechts insbesondere wohlthätig gewirkt hat.... Cum iis, quae disputat de iure puniendi et de historia variorum populorum vol. I, § 4, p. 11 seqq. cum § 5—16, p. 12—44. Cum Wächtero ab alia parte facio contra Mittermaierum, Heppium, Ludenum aliosque philosophia duce ius commune Germaniae, quod vim habet in usum fori Germaniae, induci posse, in opere Wächteri »Gemeines Recht Deutschlands insbesondere gemeines deutsches Strafrecht, eine Abhandlung, Leipzig Weidmannsche Buchhandlung 1844, cap. VI, p. 241 seqq. p. 245, 246, 249—251 cum p. 253, differentiam et vincula inter varias leges poenales magnam

De multis iuris criminalis normis ante saec. XVIII, p. C. n. nulla mentio fit vel non satis accurate illae indicatae sunt; inde ab illa aetate philosophia in leges deinde sancitas vim habuit; ab alia parte philosophi quidam illius vel nostrae aetatis errore lapsi sunt theoriam suam iuri constituto sive Romano sive ab Imperatoribus Germaniae vel moribus constituto imponentes et fingentes hanc illamve theoriam iuri constituto inesse: vel alii iureconsulti philosophantes omnia iura, quae apud unum alterumve populum constituta erant, secundum theoriam suam plane mutare vel abrogare voluerunt.

Philosophiae scilicet, quae ius criminale spectat, quaestiones non solum per se spectatae tractandae sunt, uti quaestiones de indole summi Dei, de immortalitate animi, sed ius puniendi ei ad hominum quandam conditionem nempe ad civitatem referendum est; modus poenae deducendus est ex laesione vel periculo tali conventui hominum vel singulis hominibus talis conventus participibus allatis, ex factis hominum, quae ad huiusmodi laesionem vel periculum tendunt vel hoc efficiunt, quae animo hominum tribuenda sunt, et

partem e variis rerum publicarum normis pendere recte affirmat cum p. 257—259. » Mit dem philosophischen Maasstabe finden wir das, was allgemeinen bleibenden Werth hat, das vernünftige, und wenn man so will, das wirkliche im geltenden (cum his convenio, si scriptor haec accipit de munere Iurec. philosophantis mentem et consilia legislatoris indicandi (das System des bestehenden, ut Germani dicerent) deinde » auf dem philosophisch-historischen Wege sicheren wir uns das Begreifen des Bestehenden, die Auffassung desselben in seinem wahren Geiste." Cum p. 259-267 de munere doctrinae nostris diebus.

ex animo, prouti aliis hominibus dolo vel culpa apparet; animus igitur hominum non per se spectatur.

Quaestiones de eo, quod homini imputari potest, ut poena dignus sit, de conatu et de sociis delicti, de notione variorum delictorum, de dolo et culpa primum philosophia duce movendae sunt, verumtamen haec philosopha principia, ad ius constituendum quoque convertenda sunt et propterea legislator iis utens ius constitutum populi, cuius causa lex criminalis (vel Codex, ut vulgo dicitur) ferenda est, et huius iuris historiam accurate ac diligenter consulat atque cum iure constituto aliorum populorum et horum iurium historia comparet et illa tantum mutet, quae haece principiis adversantur et iniusta sunt. Sic in iudiciis eorumque normis mutandis indolis populi eiusque morum, institutorum, quae iam adsunt, semper ratio habenda est: ea, quae iniusta vel absoleta sunt, quae moribus talis aetatis non amplius conveniunt vel contraria sunt, emendentur.

Si ius puniendi ex civitatis tacito pacto aut fine deducendum est (ut § mea phil. 5 indicavi) civitatis universe ei civitatis, cuius ergo lex criminalis ferenda est, indoles atque normae etiam historica via sunt inquirendae.

Cum Abeggio et Bienero igitur facio philosophiam et historiam cum iure criminali cohaerere, ab iis vero dissentio de modo, quo hae disciplinae cum iure criminali sint coniungendae: nimis ad ius criminale constituendum hi iureconsulti vincula inter philisophiam et ius criminale restrinxisse mihi videntur.

Si ius criminale universe cum iure publico est comparandum atque conjungendum, hoc vel maxime de

eius parte, quae agit de delictis contra rempublicam commissis affirmandum est, quod notio huiusmodi malefactorum a civitatis notione atque variis normis pro parte pendeat, quod periculum civitatis magis directe quam in aliis delictis una sit normarum, quibus modus poenae noxio infligendae nititur.

Quaenam sint atque esse debeant potestas et dignitas Regis vel eorum, qui civitatem gubernant, quomodo hi et ipsae normae reipublicae legum iussis et poenis sint defendendi, et quomodo haec leges et poenae cum singulorum civium libertate sint conciliandae, Iureconsulto haec delicta inquirenti potissimum est videndum.

Propterea dissertationem conscribens haec delicta tractare apud me constitui et imprimis de gravissimis delictis contra rempublicam admissis egi, ne argumenti mei fines nimis protraherentur et ne nimis summatim de singulis quaestionibus disputarem.

Uni quaestioni prae ceteris operam dedi, nempe, an notio conatus ad delicta contra rempublicam facta pertineret nec ne; an igitur diversa poena conatui et consummationi horum delictorum legislatori imponenda esset nec ne, quam philosopha et historica ratione indagare volui.

Historia et philosophia enim cum hac iuris criminalis parte et cum his iuris criminalis quaestionibus vel maxime cohaerent, ut cuique apparet.

Hunc finem eheu! hac dissertatione non plane attingere potui: tres vel quatuor anni iam praeterlapsi sunt, per quos huic fini operam navavi et ius Romanum tantum et partem philosopham in publicum pro-

dere possum: multa de iure antiquo Francogallorum, de iure a Napoleonte constituto, de iure novissimo Franciae et de iure antiquo et novo Hollandiae conscripsi, tum de legibus et edictis latis, tum de historia iudiciorum: multa de iure Anglorum legi atque inter se comparavi, et in specie de iis, quae apud Anglos, Francicos et in patria nostra de delictis scriptis typis mandatis commissis (délits de la presse), ratione delictorum contra rempublicam habita, constituta et constituenda sunt, verum haec omnia non ab omni parte elaborata erant et uno opere vix contineri possent ea ratione, qua de meo argumento scripsi.

Sic obiter in parte mea philosopha harum quaestionum mentionem feci et breviter iudicium tuli de lege Francogallorum anni 1832, de Speciminibus in patria nostra rogatis et de Cod. anni 1808, in primis de illo Specimine, quod latum est anno 1840, de novissimis Codicibus et Speciminibus Germaniae et de iure Anglico: in Appendicibus I et II ad hanc partem diss. m. magis accurate animadverti, quae-nam principia in novissimis Codicibus et Speciminibus Germaniae de seditione, et de eo, qui delicta et imprimis delicta contra rempublicam commissa non defert, sancita sint.

Magis de industria unam alteramve quaestionem deinde tractare, si res et facta et animi vires mihi favent, si haec opuscula lectoribus, si erunt, non plane displicent, meum fert propositum.

Argumenti mei inquirendi initium faciens breviter de iure Romano agere volebam, sed sensim paulatimque tam multae quaestiones de perduellione, de ma-

iestate, et de conatu, Regum, variis liberae reipublicae Caesarum temporibus oriebantur, ut has sciuntim et de industria tractare utile atque necessarium ducerem, imprimis quod sententiae variorum scriptorum praecipue Germaniae de hisce quaestionibus valde diversae sint, neque ab iis secundum meam sententiam omnia dubia soluta sint, quamquam egregie et doctissime, ut solent, huic illive quaestioni operam dederunt. Huius rei gratia ius publicum Romanorum et historia Romana politica, (ut vulgo dicitur de historia recentiorum populorum) mihi adhibendae erant, quae disciplinae satis late patent quarumque causa plures veteres ac recentiores scriptores mihi erant consulendi. Nostra nempe aetate multi historici, philologi et iureconsulti ius publicum Romanorum magis de industria, quam antea factum erat, tractarunt et multa dubia eorum opera sunt sublata. Sic primum celeberr. Niebührii opus perlegi et cum Wachsmuthio comparavi, deinde operibus recentioribus Hüllmanni, Rubino et Götlingi usus sum, neque commentarium Ruperti neglexi, quod hoc opus novissimum esset: animadversiones Bekkeri contra hunc scriptorem de hisce quaestionibus nondum in publicum prodita sunt. Antiquitates Creuzeri mihi quoque non defuerunt; omnes historias iuris Romani consilere non potui e. g. Walteri, Klenzii, Schweppii, Danzi caet.; praecipue clariss. Holtii Lineamenta et historiam iuris celeberr. Hugonis legi.

Quaestiones de variis iudiciis eorumque necessitudine inter se invicem et de provocatione, quatenus ad meum argumentum pertinent, ducibus clariss. Birn-

baum, Platnero, Geibo et Wönigero quoque movi 1), multa tamen nostra etiam aetate hac in re dubia sunt. Meam igitur disputationem de delictis contra rempublicam commissis et de eorum conatu secundum ius Romanum in duas partes divisi, scilicet in partem literariam-iuridicam et in partem iuridicam, quod in priora parte multae quaestiones, quae antiquitates Romanas et historiam Romanorum aequae atque ius Romanum et historiam iuris Romani de criminibus spectant, mihi inquirendae essent: in altera parte magis ipsa principia iuris Romani de delictis et imprimis de delictis contra rempublicam factis indicavi, quamquam quaestiones historiae Romanae et antiquitatum Romanarum non plane desunt.

Quaestiones philosophae de conatus notione et poena magni sunt momenti in iure criminali et de iis iam multi scriptores Germaniae, Franciae, Italiae, Belgii et Hollandiae summa doctrina egerunt, verumtamen multae quaestiones hac de re dubiae manent et quaedam saltem hisce addi possunt.

1) Ed. Platnerus, Quaestiones de Iure crimin. Romano praesertim de criminibus extraordinariis. Marburgi et Lipsiae sumtibus Elwertii 1842.

Geib, Geschichte des Römischen Criminalprocesses bis zum Tode Justinians, Leipzig Weidmann'sche Buchhandlung 1842.

Woeniger, das Sacralsystem und das Provocations-verfahren der Römer, Leipzig Brochhaus 1843, praec. zweite Abhandlung. Das Provocationsverfahren der Römer.

Et de his operibus iudicium celeb. Mittermaieri in opere Archiv des Crim. Rechts, Neue Folge A^o 1843, p. II, p. 281—288, vel maxime de libro Geibi agit; deinde: p. III, p. 427—435 cum p. IV de Wönigero, Osenbrüggen et Platnero, passim tamen ante horum sententiam etiam attulerat.

Alios scriptores magis accurate in ipso opere citavi.

Celeberr. Mittermaierus primus magis accurate quam priores scriptores Germaniae hoc argumentum inquisivit et, quid legislatori de hac re constituendum esset, ostendit. Mox eum secuti sunt Hepp et Zachariae Gött, qui inprimis laudandi sunt, si de philosophis quaestionibus de conatu quaerimus: nuper Zirkler quoque quaedam de conatus vinculis cum variis delictorum generibus animadvertit 1).

Has quaestiones universe Zirkler (in priore opere) et Luden non plane neglexerunt; magis tamen iuri Germaniae communi constituto de conatu et de perduellione operam dederunt; talis quoque mens Croppii fuit.

Inter alia Germanorum opera, quae magis universe de iure criminali conscripta sunt, inprimis afferenda sunt opera Oerstedti et Henkii: deinde Wächteri, Baueri et Heffteri. Omnes commentarios juris criminalis Germanorum mihi comparare non potui: sic mihi desunt commentarii Rosshirti, Abeggii et Jarkii; tametsi alia de hisce quaestionibus opuscula eorum mihi sint. Inter Belgii scriptores de conatu Lelièvre in comment. et in diss. eminent; summa doctrina enim quaestiones de conatu secundum principia philosopha et secundum historiam gentium tractavit et egregie varias diversorum populorum leges poenales inter se compa-

1) Hi omnes scriptores magis accurate a me citantur §. 1 et §. 3 philos., ut §. 2, §. 4 seqq. scriptores qui de notione delictorum contra rempublicam commissorum et de eorum conatu egerunt. Verbis *conatus delicti* usus sum, quod conatus facti apud vet. nonnumquam legatur et quod omne delictum lato sensu sit factum. Nescio igitur, cur verba *conatus delinquendi* magis placerent; nam sensu doctrinae neque haec neque illa verba ap. veteres occurrunt.

ravit, praeter Zachariam Götting et Heppium hic scriptor de quaestionibus conatus vel maxime consulendus est. Wintgens rem satis accurate, ratione praeceptorum philosophorum habita, exposuit: deinde Brouwer quaedam breviter, sed acute de philosophis quaestionibus de conatu disputavit, tametsi ab eorum sententia multo magis quam a sententia doctissimi Lelièvre recedam.

Consultiss. Philipse ius Romanum de conatu satis accurate secundum principia iuris Romanorum de criminibus, quae tum statuebantur, interpretatus est, et varias populorum leges poenales satis accurate indicavit, imprimis jus patrium: nimis pauca vero de hisce animadvertisse mihi videtur.

Faider et Wybinga vel maxime de Cod. Poen. Napoleontis scripserunt.

Inter Francicos scriptores Chauveau et Rossi praecipue nominandi sunt, quod hi accurate de multis quaestionibus disputarint et Iureconsultos Germaniae et Italiae consuluerint.

Acumen ingenii Iureconsulti Romagnosi in hisce quaestionibus maxime apparet et multum veri eius argumentis inest, quamquam nonnumquam erroribus laborant. Carmignani contra egregie principia philosopha ad ius constituendum secundum variam populorum indolem et rerum publicarum conditionem adhibuit neque usum fori neglexit, quare his scriptoribus Italiae praecipue usus sum, tum de doctrina conatus, tum de doctrina delictorum contra rempublicam commissorum eorumque conatus: saepe enim sententiam a sententia aliorum scriptorum diversam tuentur.

Beccariam et Filangierium cum hisce comparavi, Iurec. Cremani, Renazzi et Simoni mittens, quod omnes hos scriptores consulere mihi essent neque otium neque opportunitas.

Quaestiones philosophae de conatu delictorum cum multis aliis quaestionibus philosophis iuris criminalis valde cohaerent: nempe cum quaestionibus de eo, quod noxio imputari potest, de libera hominis voluntate, et in specie cum quaestionibus de gradibus voluntatis, vel de differentia inter dolum et culpam et inter varias doli et culpae species: deinde cum notione sociorum delicti sc. auctoris, socii in specie, ut vulgo dicitur, et fautoris 1); ultima quaestio spectat etiam scripta typis mandata, quae in publicum produntur, quare de prioribus magis obiter, de hisce ultimis magis accurate, quamquam non plane de in-

1) Verbo » socii” usus sum, quod aliud verbum linguae Latinae ad hanc notionem indicandam mihi esset incognitum. conf. tamen Clariss. Birnbaum, » vom den Begriffe von socius in den Quellen des Römischen Strafrechts, Archiv des Crim. Rechts, Neue Folge, Ao 1842, p. I, p. 40, 41. » Eher noch als den besondern Begriff dessen, was man heut zu Tage unter Gehilfen oder blossen Gehilfen versteht, könnte man das Wort socii als den besondern Begriff von satellites, Gefährten oder Gesellen sich denken” conf. tamen seqq. et passim cum p. 51 et not. 228 de fautore.

» ist zwar ein lateinisches auch in den Quellen vorkommendes Wort — aber es kommt nicht in derselben technischen Bedeutung, wie wir das Wort Begünstiger gebrauchen, vor. — Unserm technischen Ausdruck Begünstiger scheint einigermaßen der Ausdruck *susceptor* zu entsprechen.”

Sic quaestiones de notione aliorum delictorum et de eorum consummatione ad meum argumentum tractandum saepe magni sunt momenti.

dustria mentionem feci. (cf. § mea phil. 1, 2, 3, 9, 10 et passim).

Principia iuris conatum delicti puniendi et dolicta contra rempublicam admissa eorumque conatum puniendi a principiis iuris puniendi tantum pendent, ut principia mea de iure puniendi exponere et cum aliorum iure consultorum sententia de talibus principiis comparare utile duxerim. Veniam mihi des, benevole lector, (si eris), si nimis diu hac in re versatus sum, sed argumenta aliorum tam breviter, ac potui, attuli, et omnia argumenta, quae ad meam disputationem referri possunt atque alicuius sunt momenti, in medium proferre volui.

Principia mea non plane nova sunt neque plane nova constituere volui, verum diversa principiorum elementa eorum, qui addicti sunt illis theoriis, quae finem civitatis spectant, coniungere propositum habui; scriptores theoriarum per se spectarum (ut vulgo dicuntur „absolute Theorien,“) magis magisque theoriis, quae finem civitatis statuunt, accedunt.

Henke 1) revera de iure puniendi in civitate sermonem

1) Henke, Handb. des Crim. Rechts und des Crim. Pol. vol. I, § 4, p. 9. »Der Verbrecher — ist als Vernunftwesen durch eine unbezwingliche Stimme im Inneren, welche die Vergeltung jeglicher böser That durch Straf fordert, sie selbst auf sich herabzurufen genöthigt als das einzige Mittel der Aussöhnung mit seinem Schutzgeist und der Wiederverlangung des innern Friedens“ cum p. 10. »Er (der Staat) kann die verlorene Gesundheit aber nicht eher wieder erlangen als bis dem Verbrecher durch Strafe sein Recht widerfahren,“ et de aliis civibus »wenn das Verbrechen nicht durch Strafe gehüsst und der durch dasselbe hervorgebrachte Misslaut nicht wieder in Harmonie aufgelöst würde.“ Conf. tamen § 1-3, p. 1-6. Notiones pro parte Kantio et Fichtio debet, sed multo magis Iuris principiis im-

habet et errat vel maxime, quod ex iusto per se spectato cum Abeggio et Kantio principia deducat quod de civitate et de animo hominis aegrotantibus mentionem faciat, quod summam poenae mensuram remunerationem mali habeat. Henke et Abegg ambo aliam poenae mensuram agnoscunt, nempe periculum, quod reipublicae imminet.

Theoriis, quae finem vel finem civitatis spectant, ab adversariis vitio verti solet eas solum id, quod utile est civitati et civibus universe praeter noxium, tamquam finem iuris puniendi sibi proponere et noxium tanquam adminiculum ad hunc finem attingendum adhibere: hoc magis de prioribus teoriis Kleinii, Kleinschrodi et Feuerbachii quam de theoria Baueri aliorumque recentiorum scriptorum valet: poena ipsa

butus est et Iureconsulti partes agit, quum illi; inde speciales quaestiones iuris criminalis summo ingenii acumine tractavit et saepe ad usum fori et ad ius constituendum secundum populi unius alteriusve mores spectavit § mea philos. V, ubi Escheri opera et loca, ubi Henkium refellere conatur, attuli. Theoria, cui addictus sum, vocari potest «eine relative Gerechtigkeits-theorie» non tamen eo sensu, quo talis theoria formula «puniendum est ne peccetur» indicari solet. Praeterea secundum hanc theoriam, uti etiam secundum theoriam Baueri, Zachariae Götting. et similes alias theorias ea, quae contra religionem vel contra bonos mores fiunt, puniri possunt, dummodo publice fiant. Civitas enim et eius status religione et moribus nituntur. Talia vero delicta culpa commissa esse habenda sunt, quod noxius ipsam civitatem neque cives eius participes tali facto laedere vel in periculum vocare velit; quod religio, summus Deus vel boni mores (sit venia verbo) non possunt esse fines, quoversus ius puniendi et legislatores, qui hoc sanciant, tendere possunt; huius rei causa talia facta solummodo vindicanda sunt, si publice committuntur. Haecce iam vidit Lelièvre in dissert. supra a me laudata.

nempe secundum huius sententiam infligenda est, quod noxius peccavit: poena est factum iustitiae per se spectatae: nimis tamen urget principium puniendi monitionis, quae per legem poenalem fit.

Si lex poenalis et poena ipsa ad statum iuris, quantum fieri potest, in civitate efficiendum tendunt, id non solum civitati et aliis civibus praeter noxium prodest, sed hic etiam finis est legis poenalis et poenae, ut jus in civitate inter omnes cives invicem vigeat: tale ius non per se spectatur, verum ratione habita conditionis hominum in civitate. Noxius ipse punitur, quod aliquid fecit, quo vel civitas vel singuli cives in periculum adducuntur vel laeduntur, quod tale eius factum voluntati sanae atque liberae eius tribui potest: libertas igitur illi tanquam homini non aufertur, tantum inter iustos fines cohibetur: commodis civitatis fruitur, iura vel bona ei servantur a civitate, quantum fieri potest, iustum ergo est eum iura vel bona aliorum vel ipsius vinculi civitatis in periculum vocantem vel laedentem malum pati: leges eum docent tale malum eum manere, si haec faciat.

Modus poenae non e solo periculo civitatis vel e laesione uni civi vel pluribus civibus illata deducitur, sed quoque e quantitate voluntatis (doli vel culpae eorumque specierum, uti aliis hominibus apparent. Ex eorum quantitate pro parte plus minusque periculi civitati et singulis civibus imminet. Itaque modus poenae et poena ipsa et lex poenalis in noxium iustae sunt: semper tamen ad finem civitatis respicitur, nihil per se spectatur.

Pauca de industria de conatu delictorum contra rem-

publicam commissorum scripta sunt: inter quae primum citandum est opusculum Zachariae Göttingensis in opere Arch. des Cr. R. N. F. A^o 1838, p. II-IV, „Ueber den Versuch des Verbrechens des Hochverraths” p. 221 seqq. Celeberrimus scriptor, qui hodie inter scriptores iuris criminalis et publici valde eminent, accurate sententiam aliorum scriptorum Germaniae exponit, deinde sententiam suam de notione conatus ad haec delicta pertinente defendit: tum varios conatus gradus de his delictis cogitari posse concedit et, quomodo hi gradus statuendi sint, indicat: paucis ostendit, a quo temporis momento conatus horum delictorum poena dignus sit et de notis coniurationis et facti ejus, qui vel publice vel clam alios ad haec delicta committenda incitat, quaedam egregie addidit. Iam mitto eum ius commune Germaniae de conatu horum delictorum summo ingenii acumine interpretari.

De hisce omnibus quaestionibus uberius egi et partim novis argumentis scriptores, qui notioni conatus horum delictorum adversantur, refellere conatus sum: de notione consummationis horum maleficiorum, a sententia Iurec. Zachariae dissentio, uti de finibus gradus conatus eorum. Magis diserte de coniuratione et de conatu auctorum certo sensu disputavi: sic inter scripta in publicum prodita et orationes publice habitas distinxī et inter conatum auctoris ad conatum remotum factoris tendentis et inter conatum auctoris consummationem delicti factoris efficere volentis. Quaedam etiam de conatu talium maleficiorum inveniuntur ap. celeberr. Mittermaierum in opere Staatslexikon von Rotteck und Welcker verbo *Hochverrath* (juristisch),

uti etiam de notione horum delictorum et iam antea in variis opusculis, ubi de conatu disseruerat, quaedam de hisce quaestionibus animadverterat.

Deinde Hepp in opere „Beiträge zur Lehre vom Hochverrath Bern und Chur 1833” quaestionem conatus horum delictorum secundum ius constitutum et constituendum satis accurate tractavit et sententias multorum scriptorum exposuit et impugnavit. Praeterea de eo, qui delictum contra rempublicam ad magistratus non defert, et de eo, qui arma domum confert, uberius scripsit et notionem delictorum quorundam leviorum contra rempublicam a perduellione recte seiunxit.

Escher etiam in opere „vier Abhandlungen über Gegenstände der Strafrechtswissenschaft, Zürich Orell Füssli und Comp. 1822” in comment. III. „Beiträge zur Lehre vom Staatsverrath und Aufruhr, in legislativer Hinsicht” de conatu talium delictorum mentionem facit et concedit eorum conatum cogitandum esse, verumtamen de solo conatu remoto convenit p. 242 seqq. Specimen ipsum regionis Zürich nobiscum communicat p. 225 seqq. et de notione delictorum contra republ. commissorum disserit, p. 231 seqq.

Vel maxime sententiae notionis conatus horum delictorum adversantur Zirkler, Henke, Grohman et magis secundum ius constitutum Martin, quos omnes consului: cheu! mihi comparare non potui opuscula Iurec. von Kamptz in opere Jahrbücher der Preussischen Gesetzgebung (vol. XVI et XXXII) sed brevem operis expositionem legi in opere Neues Archiv. des C. R. vol. VI.

Sic quoque mihi deest Jarke, Comment. iur. crim.

De notione gravissimorum delict. contra republ. commiss. iam Kleinschrod et Feuerbach et in compendiis et in opusculis seiunctis scripserunt et perduellionem a levioribus speciebus satis accurate distinxerunt: hoc munus magis peregit Rosshirt in opere Neues Arch. des Cr. R. vol. IX: melius quam Feuerbach notionem conatus negat tantum de perduellione, quam distinguit a civitatis prodicione. Specialem sententiam minime laudandam de his delictis exitum civitatis semper spectantibus defendit Tittmann, quare hujus sententiae nominatim in dissertatione mentionem feci.

○ Multa memoria digna apud Iurec. Romagnosi et Carmignani de his delictis et de eorum conatu inveniuntur: prouti scio, primus eorum sententiam de hisce quaestionibus de industria inquisivi.

○ Inter Francicos scriptores Chauveau et Helie Faustin et Rossi uberius de his quaestionibus scripserunt sive de conatu sive de notione eorum quaeras; ius constitutum in Francia secundum Codicem Napoleontis et varias leges deinde latas egregie interpretatus est Chauveau. De notione et poena mortis horum delictorum nominatim egit vir summi ingenii Guizot in opere „de la peine de mort en matière politique, Paris 1822,” et de coniuratione „des conspirations et de la justice politique,” Paris 1821 ed. tert.; multum veri hisce operibus inest, praecipue priori operi: nimis tamen notionem horum delictorum a notione aliorum delictorum distinxit et multa eius argumenta ad conditionem reipublicae Francicae ea aetate et ad partium studia pertinent.

○ Secundum juris publici et rationis politicae princi-

pia de his delictis disputavit Rotteck, qui iustum modum in iudicio de hisce delictis ferendo saepe tenet; in quibusdam solum ab eo discedo; eum igitur cum scriptis et orationibus Iurecons. Benjamin Constant et Chateaubriand et cum Iurec. Germ. Klüber, Mohl et Schmitthenner comparavi.

Scriptores Iuris Crimin. Anglici vel maxime ius apud eos legibus et moribus constitutum interpretantur: nonnumquam tamen quaedam de iure constituendo apud eos occurrunt, uti e. g. apud Blackstone et Foster et de levioribus horum delictorum speciebus apud Russel, qui de perduellione consulto non scripsit: Bentham contra quaestionem de notione delictorum contra republ. commiss. secundum ius constituendum tractat.

Orationes Iureconsulti Erskine in hisce quaestionibus magni quoque sunt momenti: omnes mihi nondum comparare potui. Hic scriptor de delictis, quae committuntur scriptis typis mandatis in publicum proditis contra rempublicam conferatur cum egregio opere Iurec. Chassan, „Traité des délits et contraventions de la parole, de l'écriture et de la presse,” cum aureo opusculo Clariss. Birnbaum hac de re de iure Anglico et cum scriptis et orationibus Iurec. Benjamin Constant et Chateaubriand, cum orationibus Iurec. De Serres, Courvoisier aliorumque.

Fortasse quis mihi objiciat lege 28 Apr. 1832, in Francia minorem poenam in conatum horum delictorum atque in eorum consummationem iam sancitam esse, uti etiam in plurimis novissimis codicibus et speciminibus Germaniae et patriae nostrae, sed hisce respondeo

nimis leviter hanc quaestionem a legislatoribus Francicis tractatam esse, rationes talis normae magis accurate esse indicandas ac probandas: deinde ad delicta contra reipublicae internam securitatem, ut vulgo dicitur, talem normam esse restrictam, quod vituperandum est, et singulas quaestiones non satis accurate esse inquisitas: definitionem coniurationis nondum esse abrogatam, seditionis notionem nondum esse definitam. Pro parte viri selecti speciminis Cod. Poen. 1840 haec in melius mutarunt; si singulas quaestiones spectamus, ab iis in multis discedo, uti etiam a viris selectis Speciminum Germaniae imprimis Speciminis Borussici. Tandem doctissimi Iureconsulti Germaniae pro parte contrariae etiam tum sententiae favent: operae igitur est pretium quaestionem hisce temporibus de conatu delictorum contra rempublicam commissorum movere, eo magis, quod specimen anni 1840 Cod. Poen. in patria nostra nondum sit perlatum.

Iam mitto secundum meam sententiam disciplinam qualemcunque et ad usum fori adhibendam esse et per se spectatam tractandam esse.

Consilium meum initio erat quaestiones philosophas de collegiis illicitis uberius inquirere et de admiculis ad haec delicta consummanda idoneis et de noxiis talium delictorum, qui ante eorum consummationem a faciendo recedit, nominatim scribere: haec etiam scriptis iam mandata erant, sed melius duxi haecce dissertationi meae non addere, quod non tam arcte cum argumento meo atque aliae quaestiones cohaereant 1).

1) Sic etiam non egi de quaestione, an delictum contra foedus inter varios Germaniae populos constitutum (der teutsche Bund) per-

Per tres annos nempe clariss. Birnbaumio praeceptore et (ut spero) amico uti mihi contigit: hic autem egregius vir colloquiis, consiliis suis et libris, quos mihi saepissime dabat, ad hanc disciplinam colendam me impulit!

Quotidie fere de variis Iuris Criminalis quaestionibus cum eo disserere solebam et sic sensim paulatimque haec disciplina mihi magis placebat atque multa dubia solvebantur.

Pro tuis igitur innumeris in me meritis, Clarissime Vir, gratias tibi ago, quas possum, maximas: me semper consiliorum tuorum atque benevolentiae singularis, qua me affecisti, memorem futurum persuasum tibi habeas.

Grato animo quoque recordor tua consilia, Clarissime Vreede, atque auxilium, quod mihi tulisti libris tuis, quos magna copia ac saepe consulere mihi licuit. Eo magis tibi devinctus sum, quod tu mihi consilia praebueris, et tamen argumentum meum et singulas quaestiones plane secundum meam sententiam tractare mihi concesseris. Tu etiam insigni benevolentia, quae tua est, me excepisti.

Neque tuum nomen silere hic mihi licet, Clarissime Holtius, qui mihi copiam librorum tuorum legendorum fecisti: sic gratissimum mihi fecisti et propterea gratissimus erga te ero.

Tua egregia institutione historiae Iuris Romani et principiorum Iuris Romani universe ad ius Romanum et historiam huius iuris inquirendum excitatus sum, tu mihi calcaria admovisti.

Vobis denique, alii Praeceptores Ordinum Iuridici et Litterarii, pro liberrima vestra institutione gratias

habeo quam maximas; tibi imprimis, Clarissime Gou-
doeyer, quem Antiquitates Romanas, quae semper
mihi arridebant, ita docentem audiui, ut ad hanc
disciplinae litterarum humaniorum partem me magis
magisque converterim. Te interprete veteres historici,
poetae ac philosophi maiore laude celebrandi esse
mihi videbantur.

Utinam inter praeceptores, quibus hisce diebus
gratias ago, etiam Clarissimum Heusdium nominare
possem, sed ille Academiae, patriae et cognatis suis
iam per quorundam annorum spatium, eheu, ereptus
est; egregiam eius institutionem historiae et philoso-
phiae mihi multum profecisse grato animo fateor.

Triste tandem mihi superest officium, vobis, carissimi
commilitones, qui mihi per plures annos Academiae
consortionis socii fuistis, et quibuscum vinculo ami-
citiæ coniunctus fui, valedicendi.

Multi iam vestrum vel in varias patriae nostrae
regiones abierunt, vel Oceanum traiecerunt.

*Vos omnes iterum iterumque precor, ut me semper
illum amicum habeatis, quem me per tot annorum
spatium cognovistis, in illa felici hominum conditio-
ne, qua iuvenes cives Academiae se invicem arctis
amicitiæ vinculis constringere, disciplinas et artes co-
lere, et animum colloquiis varii argumenti universe
excolere solent. Utinam mei sitis memores!*

...the ... of ...

PHOENIX

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

PROOEMIUM

DISS. MEAE P. I ET II,

JUS ROMANUM SPECTANS.

Iureconsulto philosophanti, cuius munus partim est de iure constituendo quaerere, ius constitutum diversorum populorum de criminibus ac historiam iuris eorum consulendas esse in Praefatione totius operis probare conatus sum.

Ius autem Romanum de criminibus praecipue illi, qui iuris criminalis disciplinae operam dat, inquirendum est, quod unus sit fontium iuris multorum populorum excultorum uti e. g. Iuris Germanorum, patriae nostrae ac Francogallorum; quod ante leges poenales latas in illis regionibus magnam vim habuerit, et quod in ipsis legibus latis (Codd.) ratio eius habita sit.

Quaedam principia iuris criminalis praeterea apud Iureconsultos Romanos vel in ipsis Romanorum legibus occurrunt, quamquam nulla generalia principia, ut in legibus recentioribus, sancita erant.

Ius Romanum vero de criminibus solum ope historiae hujus iuris recte interpretari atque intelligere possumus.

Nam uti omnibus notum est, leges, senatusconsulta, rescripta Caesarum, ipsorum constitutiones ab urbe condita usque ad exitum imperii sibi invicem successerunt ac se *temperarunt*, non ita tamen, ut multa essent plane abrogata, nisi aetas alia postulare, sed potius vel iterata vel paululum mutata, prouti res et facta ferrent.

Hisce iuris fontibus accedunt mores per plura saecula fere iidem, deinde ab antiquis temporibus quandam quasi umbram mutantes et saepe, quod moribus iam diu valebat, ut ratio certior esset, legibus est constitutum.

Iureconsulti saepius respondebant de iure, quod vel legibus vel moribus obtinebat, si dubia moverentur, quam novi aliquid statuebant.

Hinc multa Romanorum instituta multasque leges a priscis temporibus originem duxisse facile perspicias.

Quum vero de delictis contra rempublicam admisis ac praecipue de eorum conatu scribere constituerim et Romanorum hac de re sententiam minime negligendam esse censuerim, in illam gravem quaestionem, incidi, quid apud Romanos esset perduellio, quid vero maiestas; nam variis temporibus varia hisce contineri historici, grammatici ac iureconsulti me docuerunt.

Plures verbum *laesae maiestatis* in orationibus, dialogis, scriptis adhibent, multi scriptores a medio aevo usque ad nostram aetatem hoc argumentum tractarunt, sed nuper demum historia duce, varia tempora ac diversam ex iis provenientem perduellionis ac maiestatis indolem recte distinxerunt scriptores Germaniae

Dieck, Weiske, Zirkler, Luden, Zachariae iunior, Abegg, Rosshirt, Hepp, alii.

Celeberrimus Feuerbach in opusculo de delicto perduellionis 1) contrariam viam iniiit, primum, quid sit perduellio, ex philosophis principiis etiam secundum ius naturae declarans, deinde historiam nimis breviter atque summam exponens, diversarum aetatum non plane oblitus, attamen omnia non ita diligenter inquirens, ut bonum decet historicum, qui criticae arti operam navat, quod ei facile indulgere possumus, quum ipsius tempore multa antiquata atque obsoleta iustis adversa obtinere videret.

Carmignani 2) autem hisce in rebus Matthaeum

1) Philosophisch-juridische Untersuchung über das Verbrechen des Hochverraths von Doct. Paul. Joh. Anselm Feuerbach, Erfurt 1798.

2) J. Carmignani in Pisana Academia antecessoris iuris criminalis elementa editio quarta Romae 1820, vol. II, L. III. Ubi de delictis contra rempublicam agit; de perduellione, p. 673-677, vol. I, de conatu L. 1, p. 105-114. In altero maiore opere «teoria delle Leggi della sicurezza sociale di Giovanni Carmignani Pisa presso i fratelli Nistri 1831, vol. II, L. II, c. 14-16, celeberrimus vir quaedam assert de conatu apud Romanos, pauca etiam de delictis contra rempublicam, attamen Imperatorum tempora prae ceteris spectat. confer. praecipue, vol. II, p. 297, 302 not. 2, 305, not. 2, 306, 307, 311, 312. Dissert. Beukeri de Maiestate, quae a Waechtero, Heftero aliisque laudibus celebratur frustra in edit. Thesauri Oelrichi, quae adest in Biblioth. Acad. Traject. quaesivi. Nuper accepi opera doctissimi scriptoris Iuris publici Schmitthener, qui in opere. «Zwölf Bücher vom Staate, vol. I et III, ius publicum Romanorum et historiam normarum temporum Regum et liberae reipublicae de industria tractavit. Infra hunc scriptorem accuratius asseram: hic sufficiat citare, vol. I. Grundlinien der Gesch. der Staatswissensch. u. s. w. ed. sec. Giessen 1839, L. II, § 15, p. 34, § 19, 20, 22 p. 37, 38, p. III, § 29-32, p. 45, 49. Vol. III, Grundlinien des allgem. Staatsrechts, p. I, Cap. II. huius p. I-IV, § 13-37, p. 42-94.

nimis secutus historiae rationem nullam fere habet, ita ut mirari liceat tantum virum Germanicos iureconsultos, praeter illos, qui latina lingua scriberent, non consulis neque aliquid novi, quum ceteroquin innumera in re criminali ipsius essent merita, in medium protulisse.

De Francicis scriptoribus iam taceo, nam Rauteri et Rossii propositum non fuit, ut de iure Romano scriberent, pauca de Romanis disputat Chauveau, quae tamen erroribus non carent.

Omnia enim in perduellione et maiestate, si historiam negligas, sunt obscura atque inter se pugnantia neque historicos neque iureconsultos intelligas, omnia male interpreteris.

Ne quis ergo me nugas agere opinetur, quum ad regum tempora recedam et ducibus Dieck, Rosshirt, Abegg, Zirkler, Zachariae, Luden, Hepp 1) aliis de-

1) C. F. Dieck, historische Versuche über das Criminalrecht der Römer, Halle 1822. Rosshirt, über das römische Recht, als Quelle des deutschen Criminalrechts. Neues Archiv. von Konopak, Mittermaier und Rosshirt, vol. XI, parte prima, p. 1-38, XI, p. 3, p. 371-436. Abegg, de antiquissimo Romanorum Iure criminali Regiomonti 1823. Zirkler, die gemeinrechtliche Lehre von Majestätsverbrechen und Hochverrath, Stuttgart 1838. Hepp, die Bestimmungen des römischen Rechts über den Hochverrath, Archiv. des Criminalrechts, Neue Folge 1837, p. 3, p. 353-415. Luden, über den Versuch des Verbrechens nach gemeinem teutschen Rechte, Göttingen 1836. Dr. H. A. Zachariae, die Lehre vom Versuche der Verbrechen, Göttingen 1836, 2 vol. Weiske, Hochverrath und Majestätsverbrechen, das Crimen Maiestatis der Römer, Leipzig 1836. Weiske in praefatione probare studet se historiae delicti perduellionis et maiestatis valde operam dedisse: ex ipsius autem opere hoc nonnisi paululum apparet. Praef. p. XXI, XXII. cum ipsius operis p. 6, 12, 14-16 seqq. Nuper Köstlin et Osenbrüggen has quaestiones de industria tractarunt. »Köstlin, die perduellio

lictum perduellionis explicare coner; nam, tametsi multa in Regum historia sint obscura, a variis scriptoribus legum quarundam ipsa verba nobis sunt servata et ex Livio, Cicerone, Dionysio Halicarnassensi et Plutarcho critica interpretatione quaedam ad nostram causam pertinentia effici possunt.

Ius criminale cum historia populi, cum ipsius origine atque institutis maxime cohaeret, nam, ut iam vidimus, a reipublicae conditione iudicia, poenae, ratio puniendi pendere solent.

Ceteroquin plane discedo in sententiam doctissimi Abegg, qui de antiquissimo iure Romano disputans, scripsit:

„Quis enim neget, iuris publici, cuius ipsius pars est doctrina de criminibus eorumque poenis, cum politica populi historia et disciplinis ad eam spectantibus, arctiorem esse nexum quam privati iuris, quod ad singulorum tantum utilitatem spectat 1).“

Optime etiam hanc sententiam tuetur celeberrimus Mittermaier:

„Nur ein klares Erfassen des Geistes der römischen Quellen und der verschiedenen Aussprüche in

unter den Römischen Königen 1841. Osenbrüggen, das altrömische parricidium. Kiel 1841. Sic Geib egregie quoque ostendit, quanti momenti ad ius criminale Romanorum cognoscendum sint Regum tempora. Geib, Geschichte des Römischen Criminal-processes. Leipzig 1842. Einleit. p. 3, 5, 6.

1) Abegg, de antiquissimo Romanorum iure criminali comment. prior, p. 2. Conf. etiam p. 1-4. Cum eo nempe plane facio etiam quod ad priora verba attinet, si ius publicum lato sensu intelligit (öffentliches Recht, cuius partes sunt, das Criminalrecht, das Staatsrecht, das Völkerrecht).

ihrem inneren Zusammenhange, eine Prüfung, wie allmählig unter den verschiedenen Verhältnissen des Römischen Rechts, die leges, die Aussprüche der Kaiser und der Juristen sich ausbildeten und aus welchen politischen Verhältnissen und Voraussetzungen die Ansichten hervorgingen, kann zum Ziele führen und eine gehörige Grundlage liefern 1).

1) Mittermaier, in opere Staatslexicon oder Encyclopädie der Staatswissenschaften von Carl von Rotteck und Carl Welcker, vol. VIII, p. 2, p. 201. Conf. etiam Platnerus, quaestiones de iure criminum Romano in praefat. p. V-VII.

PARS LITERARIA-IURIDICA.

AETAS I.

REGIBUS REGNANTIBUS.

§. 1.

Lex de proditiōe. Quaeritur, an ius publicum Romanorum spectet; an idem consilium sit legis duodecim tabularum, si in ea hujus causae mentio fit.

Prima lex de delictis contra rempublicam, cuius nobis est auctor Dionysius Halicarnassensis, a Rege Romulo conditore urbis Romae, ut antiqui de historia Romana scriptores affirmant, de patronis et clientibus lata fuit, quam Dionysius vocat τὸν νόμον τῆς προδοσίας.

Tametsi non, ut antiqui interpretes, in Dionysii antiquitatibus verba legis contineri existimem, quum lex, si scripta fuit, nonnisi brevi formula literis esset mandata, tamen legislatoris sententiam declarasse hic scriptor mihi videtur.

Postquam multa patronorum ac clientium officia enumeravit, quae alter alteri vicissim praestare debebat, de hocce maleficio ita scribit 1): „Commune utrisque

1) Dionysii Halicarnassensis Antiquitates (ἱστοριαι) edidit Frider. Sylburg Francofurti A^o 1586, L. II, cap. 10, p. 84, fol. etiam p. 83, 85 κοινῆ δ' ἀμφοτέρωσιν οὔτε ὕσιον, οὔτε βέμεις ἢν κατηγορεῖν ἀλλήλων ἐπὶ δίκαις,

ut neque fas neque ius esset alterum accusare alterum in iudiciis vel adversum contra eum dicere testimonium vel ferre suffragium vel inter *adversarios* numerari, si vero quis argueretur aliquid horum fecisse, tenebatur lege *de proditione* quam sanxit Romulus. Huius delicti convictum licebat cuique, qui volebat, interficere ut Diti sacrum (i. e. Ditis victimam). Nam mos erat Romanorum, quos vellent impune occidere, horum corpora alicui Deorum et maxime Diis inferis devovere, quod tunc etiam Romulus fecit. Hanc ob causam mutuum inter clientes ac patronos vinculum per multa saecula mansit haud secus ac cognatorum necessitudines posteris per manus traditum."

Hic locus primo adpectu solummodo de patronis et clientibus agere videtur, attamen ipse Dionysius, Metti Fuffetii proditionem narrans, adicit ip-

ἢ καταμαρτυρεῖν ἢ ψῆφον ἐναντίαν ἐπιφέρειν ἢ μετὰ τῶν ἐχθρῶν ἐξετάζεσθαι· εἰ δὲ τις ἐξ ελεγχθείη τούτων τι διαπραττόμενος ἕνοχος ἔν τῷ νόμῳ τῆς προδοσίας, ἔν ἐπαύρσεν ὁ Ῥωμύλος· τὸν δὲ ἅλντα τῷ βουλομένῳ κτείνειν ἕστιον ἦν, ὡς ὁ ὕμα τοῦ καταχθονίου Διὸς· ἕδος γὰρ Ῥωμαίοις, ἕσους ἔβουλοντο νηπρονὶ τελέναι, τὰ τούτων σάματα λαῖν ἐπιδήτινι, μάλιστα δὲ τῆς καταχθονίως κατονομάζειν· ὅ καὶ τότε ὁ Ῥωμύλος ἐποίησε· τοιγάρ τοι δέμειναν ἐν πολλαῖς γενεαῖς οὐδὲν διαφέρουσαι συγγενικῶν ἀναγκασιότων αἰτῶν πελατῶν καὶ προστατῶν, συζυγίαι, παῖσι παίδων συνιστάμεναι. Quamquam haec magnam partem iam ab aliis citantur, omnia dedi ac verti, quod multa ex hac lege deducere meum serat propositum. Versione Sylburgii usus sum, in multis tamen ab ea recedo. In Dionysium nimis inveni mihi videtur doctiss. van der Velden, de comitis curiatis apud Romanos, Introitus, p. 11, 12, uti etiam in Varronem, p. 18, magna doctrina ac subtilitate haec ac fontibus historiae Romanae ceteroquin conscripta sunt, p. 2-19. Sigonius meae sententiae de hac lege etiam favet de iudiciis, L. II, c. 29. Op. omn. tom. V, p. 803.

suis socios *lege de transfugis ac proditoribus* damnatos ac necatos fuisse, quibus ille auctor innuit, quomodo legem Romuli intelligeret, nempe omnes huic legi obnoxios esse qui vel ipsi transfugerent vel civitatem hostibus proderent 1). Transfuga vero illo sensu, quo hocce verbum in fatis Fuffetii occurrit, nonnisi de fuga ad hostem animo proditorio accipi potest: est igitur delictum contra rempublicam admissum et sic a Romanis habebatur: multa autem sunt Pandectarum loca, in quibus civis ad hostes transfugiens id dolo malo fecisse praesumitur vel transfugae hostibus aequiparantur.

Tarruntenus Paternus enim Libro secundo de re militari, cuius operis fragmentum nobis servatum est

1) Dionysii Halicarn. antiquit. L. III, c. 30, in fine ed. Sylb. p. 172. τοῖς ἑταίροις αὐτοῦ καὶ συνιδέει τὴν προδοσίαν αὐτοῦ διακτῆρῃ ὁ βασιλεὺς καὶ τὸν τοῦτο αὐτῶν κατὰ τὸν τῶν λειποπαυτῶν τε καὶ προδοτῶν νόμον ἐπέκτεινεν. Quum Dionysius nullius legis de proditione praeter Romuli legem mentionem faciat atque in Metti Fuffetii historia verbo *proditio, proditor, προδοσία, προδότης* semper utatur, eum legem Romuli, quam citavi, spectasse constat. Confirmatur mea sententia Dionysii Libro VIII, C. 80, ed. Sylb. p. 546, ubi *proditio* gravissimum delictum dicitur ex mente Romanorum ἐφεισθή τιμαρίας ἀπάτης, τοῖς παῖδας ἂν ἢ οἱ πατέρες ἀδικήσωσι, ἔαντε τυράννων ὄντες ἢ οἱ τύχῳσι, ἔαντε πατροκτόνων, ἔαντε προδοτῶν ὁ μάλιστα ἴστος παρ' ἐκείνοις ἀδικήμα. Nonne vero ipse Cicero docet maxime horrendum esse maleficium patriam prodere? Cicero, *de officiis*, L. I, C. 17 et C. 45, ed. Ernesti, vol. IV, parte 2, p. 835, 869, ed. Orell. Turici 1828, typis Orellii, Fueslini et sociorum, vol. IV, parte 2, p. 320, 330, 364, 365. Hanc sententiam prae ceteris impugnavit anno 1841. Köstlin, die Perduellio unter den römischen Königen, Tübingen 1841, haec loca diversas leges spectare existimans sed de una lege scribit Dionysius, L. III ubi de lege iam nota agit; conf. Köstlin, § 6, p. 21-27. Cum p. 29, 30 et passim. Haubold mecum facere videtur, quem tamen mihi comparare non potui.

in titulo Digestorum de re militari, scribit: „*Proditores, transfugae* plerumque capite puniuntur et exautorati torquentur: nam *pro hoste* non pro milite habentur 1).”

Ulpianus libro octavo disputationum inter ea, quae ex primo capite legis Iuliae Maiestatis plectuntur, enumerat „qui exercitum deseruit vel privatus ad hostes perfugit 2).

Hac lege, uti multis legibus tituli Digestorum de re militari *transfugae* et *deseritores* simul nominantur et multis in rebus inter se aequiparantur, attamen transfugarum delictum gravius a Iureconsultis habetur 3).

Paulus libro decimo sexto ad Sabinum: „*Transfugae*, ait, nullum postliminium est: nam, qui malo consilio et *proditoris animo* patriam reliquit, *hostium numero* habendus est 4).”

1) L. 7 ff. de re militari (L. XLIX tit. 16).

2) L. 2 ff. ad legem Iuliam Maiestatis (L. XLVIII, tit. 4).

3) L. 3, imprimis § 3, ff. de re militari, ubi definitio desertoris a Modestino datur »desertor est, qui per prolixum tempus vagatus (reducitur), l. 3, § 9, eod. Si plures simul primo deseruerint, deinde intra certum tempus reversi sint: *gradu puls* in diversa loca distribuendi sunt; § 10 eod. Is qui ad hostem confugit et rediit torquebitur ad bestiasque vel in furcam damnabitur;» definitio ergo diversa est nec poena eadem, l. 4, § 9 et § 14, l. 13, § 5, 6, l. 14, l. 15 ff. de re militari.

4) L. 10, § 4 ff. de captivis et postliminio et de redemptis ab hostibus (L. XLIX tit. 16). Cum l. 2 ff. ad leg. Jul. Maiest. (XLVIII, tit. 4) »privatus ad hostes perfugit.» Simili sensu. De socio lucri quaerendi causa de iure privato hoc scribit Cicero pro Roscio Amerino, Cap. 40. »Iste qui initio proditor fuit, deinde perfuga» ed. Ernesti, vol. II, p. 1, p. 72 ed. Orell. vol. II, p. 1, p. 54. Contra Osen-

Hic ergo animus proditorius in transfuga praesumitur, quod principium ex militari reipublicae conditione ac bellis cum vicinis populis, in quibus non solum de principatu sed saepe de salute dimicabatur, originem duxit: contra rempublicam factum esse atque plane idem esse ac prodicionem affirmatur.

Practerea verba „*hostium numero habendus est, pro hoste habentur*” indicant, neque transfugas militari iure tantum teneri, neque legem de prodicione ad patronorum et clientium vincula esse restringendam, quod confirmatur Ulpiani testimonio libro nono de officio Proconsulis „*hostes autem, item transfugae ea poena adficiuntur ut vivi exurantur* 1) et Marciani libro de-

hrüggen, *das altrömische Parricidium*, Kiel 1841, p. 41, male haec ab animo proditorio distinguit; grammaticae *perfuga* maiorem vim indicat apud Iureconsultos. Eodem sensu usurpatur vel animus proditorius transfugae non deest. Conf. Zirkler, *Majestätsverbrechen und Hochverrath*, p. 7. Cum p. 75, 76. Cum p. 173-178. Köstlin, *die Perduellio unter den röm. Königen* § 7, p. 41-44. Moltzer, *dissert. de causis a reo allegandis, quae doli praesumptionem elidunt*. Lugd. Batav. 1810, p. 1, § 1, p. 28 seqq.

1) L. 8, § 2 ff. de poenis (L. XLVIII, tit. 19). Haec lex non obstat decreto Curiarum, quo quis sacer dicebatur, nam ipso facto civis tunc probatur se esse transfugam. Huic decreto temporis lapsu successit Senatusconsultum: nec magis l. 35 ff. de religiosis et sumptibus funerum (L. XI, tit. 7); nam est causa specialis, civis iam hostibus se adiunxerat, cum iis patriam adoriebatur »eum qui ad patriam delendam et parentes et liberos interficiendos venerit, quem si filius patrem aut pater filium occidisset, sine scelere etiam praemio adficiendum omnes constituerunt. De hoc argumento mox plura. De lege 8, § 2 ff. de poenis Cuiacius coniecit primum »ad hostes autem transfugae” deinde »hostis autem id est transfugae.” Cuiacii observationes in eius operibus Neapoli 1758, vol. III, Obs. L. IV, cap. 9, p. 94, 95, VI, c. 26, p. 157, XV, c. 34, p. 453, 454, quem re-

cimo quarto Institutionum” Transfugas licet, ubicunque inventi fuerint, *quasi hostes* interficere 1).

Easdem vero in latrones, seditiosos atque in transfugas poenas in Digestis constitutas esse pro parte veritati convenit 2), sed non inde efficiendum est delicta eadem esse censenda, neque hoc apparet ex lege Codicis 3), ubi desertores et latrones eadem poena ple-

fellit Cornelius van Bynkershoek, *Observ. Jur. Rom. Libri quatuor. L. V, c. 22*, ad leg. 8 § 2 de poen. hostem intelligit de cive, qui adversus rempublicam hostilia molitur, quod hoc verbum cum transfuga coniungatur et propter Pauli Sent. Rec. L. V, tit. 29, § 1, ap. van Kerkhem. Lugd. Batav. 1733, vol. III, p. 119-123. Cujacius loc. laud. *desertorem* etiam recte a *transfuga* distinguit, uti a graviore specie. Conf. etiam l. 6, l. 8, § 1, l. 13 et 14, tit. de desertor. Cod. Theod. l. 13, e. g. »Universe igitur provinciales sciant opprimendorum sibi desertorum facultatem esse permissam” Cum commentar. Jac. Gothofredi ed. Ritter Lipsiae 1737, tom. II, p. 413, 415, 419, 420. (L. VII, tit. 18).

2) L. 3, § 6 ff. ad leg. Cornel. de sicar. et venefic. (L. XLVIII, tit. 8).

3) L. 28, § 1, cum § 2, cod. ff. de poen. § 1, vivi exuruntur aut furcae suspenduntur § 2, in furcam tolluntur aut bestiis objiciuntur aut in insulam deportantur, l. 28, § 15 ff. de poen. latrones furca figendos — ad bestias, l. 8, § 2 ff. de poen.

4) L. 2, Cod. quando liceat unicuique sine iudice se vindicare (L. III, tit. 27).

»Cuncti iterum adversus *latrones publicos desertoresque militiae* ius sibi sciant pro quiete communi exercendae publicae ultionis indultum compar. Pauli. Rec. Sentent. L. V, tit. 29, § 1, ad leg. Iul. Majest. »deseruerit Imperatorem” apud Blondeau, *Institutes de l'Empereur Justinien suivies d'un choix de textes juridiques relatifs à l'histoire externe du droit Romain et au droit privé Antéjustinien*. Paris 1838, vol. II, p. 318; in hoc opere, vol. II, inveniuntur plura fragmenta Iureconsultorum aureae aetatis Iuris Romani cum animadversionibus criticis. Conferatur imprimis dissertatio Clarissimi Birnbaum in opere *Neues Archiv. des Criminalrechts*, herausgegeben von den Professoren Abegg, Heffler, Birnbaum, Mittermaier, Wächter, vol.

etuntur, quod ceteroquin non ad transfugas pertinet, quippe qui desertoribus non plane similes sint; et omnia haecce ad Imperatorum tempora sunt referenda.

Marcianus mihi prae aliis persuadet transfugas lege Romuli puniri, nam ipse eorum capita sacra fuisse hisce testatur „licet, ubicunque inventi fuerint, *quasi hostes interficere*.”

Nec obstat cum transfugis in Pandectis coniungi „*consiliorum nostrorum renunciatores, atque exploratores, qui secreta nunciaverunt hostibus vocari proditores*, nam haecce delicta *transfugio* similia sunt, contra rempublicam non contra privatos sunt admissa, antiquissimis Romanorum temporibus uno verbo *proditionis* facile potuissent designari, sed cum nulla apud Dionysium vel alios scriptores eorum fiat mentio, non ausim eorum poenam Romulo vel regibus universe adscribere, quamquam illius aetatis moribus est consentaneum ac plura interpretatione, consuetudine ea lege poterant contineri 1).

XIV, parte 4, p. 523, not. 82. Summa eruditione Clarissimus vir. legem Cornelianam de sicar. quaestiones perpetuas ibi interpretatus est, sed quod ad mentem harum legem attinet, paululum ab eo discedo. Multa alia avert Köstlin, quae pertinerent ad hanc aetatem ex ejus sententia ex tit. Digg. ad leg. Jul. Maiest., sed haec non probat. De perduellio § 7, p. 39-42, 44, 46.

1) De his verbis, l. 38, § 1 ff. de poen., l. 6, § 4 ff. de re milit. Graeci, uti Demosthenes saepissime etiam *προδοσία* de delicto contra rempublicam usurparunt. Δημοσθένης κατὰ Τιμοκράτους orat. cum notis Wunderlichii, Wolfii, Reiskii, Weiskii, Stanlei, illustravit Dobson Londini 1827, vol. III, p. 321. (Reiske p. 745,) πλὴν ἢν τις ἐπὶ προδοσίᾳ τῆς πόλεως ἢ ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου συνίη ἀλλῶ. Plutarchi vita Romuli, c. 17, de Tarpeio, qui Galba Sulpicio auctore a Romulo proditionis accusatus et damnatus est i. e. quod rempublicam

Tandem nobis est argumento ex conditione reipublicae, ex modo, quo urbs condita est, repetito, nullos alios Romae fuisse cives, nisi patronos ac clientes, ad totam igitur rempublicam hanc legem pertinuisse, quod et ex antiquis scriptoribus et ex recentioribus imprimis Niebühr et Götting probare possumus.

Dionysius, qui antiquarum Italiae gentium historiam optime indagavit ac plurimos Romanos ac Graecos scriptores consuluit, antiquissimum Italiae populum Siculos a Graecis ex Arcadia Aboriginibus dictis ope Pelasgorum, qui etiam Graeci essent, in Siciliam fugatos esse memoriae tradidit: Aborigines autem, ait idem Dionysius, a Rege Latino tempore belli Troiani Latini vocati sunt: foedere icto cum Aenea Rex Latinus ei ac Troianis agros concedit, qui Lavinium urbem condunt, deinde Albam Longam coloniam deducunt et ex

Romanam hostibus prodere voluerit *ἐλάω δὲ καὶ Ταρπήσιος προδοσίας*. ὑπὸ Φουμίλου διακρίβει, ὡς Ἰββας φησὶ Γάλλων Σουλπίκιου Ἱστορίων et c. 18. de ipsius filia vit. parall. vol. I, p. 50, 51; quamquam factum incertum est, probat verbum proditionem de delictis contra rempublicam tempore Romuli a scriptoribus adhiberi, nec obstat verbum *ἔχθρος*, nam Ammon. Grammat. quidem scribit de eo solum dici, qui antea φίλος fuerat, alii Grammat. tamen et ipsi scriptores antiqui universe hoc usurpant de eo, quem odimus; coniunctio est cum *ἔχθρος* odio; *πολέμιος* significat etiam gegen jemand feindselig gesind seyn: non plane eadem ergo est differentia atque inter inimicum et hostem; *προδοσία* a *προδίδωμι* derivari debet, quod etiam significat aliquem hosti tradere, prodere; Polybius verbis utitur *προδοσίας, συννομσίας*, neque est, quod de ipsius verbis dubitemus: *προδοσία* ap. eum dicitur, si una gens sociorum a Romanis deficit, *συννομσία*, si foedera plures civitates sociae Romanorum ineunt, coniurationes faciunt ad desciscendum, I. VI, c. 13, ed. Schweighäuser, vol. II, p. 327. Passow, verbis *ἔχθρος* et *ἔχθρος*, vol. II, p. 985 *πολέμιος*, vol. III, p. 656 *προδοσία*, vol. III, p. 722 *προδίδωμι*, p. 721.

hac urbe Romulus et Remus missi sunt coloni Romam 1).

Plutarchus in vita Romuli alios Pelasgos, alios Troianos conditores reipublicae Romanae habere narrat, sed hac de re constare Romulum et Remum ex stirpe Regum Troianorum, qui Albae regnarent, progenitos ex virgine Vestali morte damnatos fuisse, dein Romam condidisse 2) cetera.

Livius etiam de Rege Latino Aboriginibusque ac foedere cum Latinis icto, de Alba Longa Lavinii colonia, de duobus fratribus Romulo et Remo iraque in eos Regis Amulii mentionem facit 3), nec non Cicero de republica 4) „a Rege Albano ob labefactandi regni timorem Romulum ad Tiberim expositum fuisse” eum-

1) Dionys. Halicarn. Antiquit. ed. Sylb. L. I, p. 7-18, 46-49, 53, 57, 58 c. 9-16, de Pelasgis, c. 17-20, de bello cum Siculis, c. 21-23, de Aenea ac Trojanis, c. 45. — c. 60, seqq. c. 64, de urbe condita, c. 71 seqq., ubi multa de historicis, quos legit Dionysius. Conf. cum c. 6, L. I, Antiq. Dion. Male Hüllmann, verbum *latini* intelligit de populo: unde haec hausit? Nullis argumentis hoc probavit: ita Latium de loco, ubi multi populi conveniebant, ubi eorum conciones fiebant. Römische Grundverfassung, vol. I, p. 4, 5. Welcker, die letzten Gründe von Recht, Staat und Strafe, hist. Theil cap. XI, p. 480.

2) Plutarchi vita Romuli c. 13, in Bibliotheca classica scriptorum Prosaicorum Graecorum Lipsiae sumtibus Weigelii, Lugduni Batavorum ap. Luchtman 1820, vol. XVI, Plut. vitarum parallelarum, vol. 1, p. 44, 45 cum c. 1, p. 32, c. 2, p. 33 et notae Bosschae et Wassenbergii in versione Batava.

3) T. Livii Patavini historiarum libri, qui supersunt — curante Arn. Drakenborch, Lugduni Batav. Ao 1738, c. 1-6 et in notis, vol. 1, p. 15-38.

4) Cicero de republica quem edid. Moser et Creuzer, L. II, c. 2, p. 200, 201.

que Albam Longam oppressisse commemorat: patrem ioci causa Martem dicit.

Tandem Velleius Paterculus Romulum Romam condidisse legionibus *Latinis* avi sui adiutum scribit 1), unde apparet omnes fere antiquos scriptores *Latinos* habuisse auctores urbis Romae, quare Göttingio 2) potius quam Niebührio accedendum esse arbitror ex *Latinis* Romanos esse repetendos: de Lavinio quasi metropoli Romae omnes hi tacent, Albam Longam fuisse affirmant.

Multa dubia hac de re movit Niebühr 3) ex hostili Romanorum in metropolin animo, sed Albam ubivis

1) C. Velleii Paterculi Historia Romana, L. I, c. 8, ed. Crause, p. 19, alii legunt legionibus *Latini* avi sui, sed recte Iustus Lipsius emendavit *Latinis*, nam sequitur vulgarem sententiam Romulum filium esse Martis, eius avum esse Numitorem et not. 5, ibidem.

2) Geschichte der Römischen Staatsverfassung vom Erbauung der Stadt, bis zu C. Caesar's Tod von Karl Wilhelm Götting, Halle 1840, § 28-30, p. 41-47,

3) Römische Geschichte von B. G. Niebühr, zweite Ausgabe, Berlin 1827, (hinc editioni tamen accessit postea libellus, quo continentur ea, quae in tertia editione a scriptore sunt emendata) vol. I, Alba p. 205-209, de variorum scriptorum antiquorum sententiis, p. 210-223, summa doctrina p. 296, 297 seqq. praecipue p. 359. Wer historische Wahrheit, also auch Zusammenhang, in der Geschichte der ersten römischen Jahrhunderten sucht, muss es ganz unbegreiflich finden, dass Alba im Augenblick der Gründung der Stadt gänzlich verschwindet. Weder meldet die Sage etwas von Hülfe der Mutterstadt in Roms drohender Gefahr. — Alba und Roma waren sich vollkommen fremd. Contra Wachsmuth, qui tamen nimis fidem habere videtur narrationi de Aenea ac Troianis ac nimis dubitat de origine Romanorum ex Alba Longa, nam colonia non missa fuit ab Albanis, Die ältere Geschichte des Römischen Staats, vol. I. p. 104, 105 et not. 90, 91, p. 107, 122, 424, 125, 127 praecipue p. 133, 134.

caput foederis Latii civitatum apud antiquos scriptores invenias, et, si Romulus cum quibusdam Albanis, discordia inter cives orta, inde discessit, ut Götting opinatur; omnia facile explicari possunt, cuius rei nobis est argumento eos connubio Albanorum esse privatos.

Historici et poetae adventum Troianorum narrare videntur, ut maior inde Romanis compararetur gloria; quare cum Niebührio et Göttingio hanc narrationem verosimiliter de variis Pelasgorum coloniis intelligendam esse censeo 1).

Attamen omnes veteres historici memoriae mandarunt Sabinos Romulo regnante, virginibus Sabinis a Romae incolis raptis, bellum Romulo intulisse, deinde cum Romae incolis foedus inisse, ut civitates in unum coalescerent. Cicero 2) et Dionysius scribunt in hoc bello Lucumonem Romuli fuisse Socium et Dionysius diserte affirmat hunc fuisse Etruscorum ducem: Dionysius praeterea de Coelio alio Etruscorum duce, qui in hisce proeliis Romulo auxilium tulit et montem Coelium occupavit, mentionem facit 3), quae confirman-

1) Götting, *Gesch. der Röm. Staatsverf.* §. 28. p. 41. Niebühr, *Röm. Gesch.* 2te Ausg. vol. I. p. 183-205. De Göttingio conf. *Allgemeine Literaturzeitung* Mai 1841. No. 88-90, p. 90-111.

2) Cicero de republ. L. II. c. 8. ed. Moser et Creuzer cum Praefat. et Comment. Angeli Maii Francofurti 1826, p. 224 et ibi notae Moseri et Creuzeri inpr. ad verb. Lucum. et not. 1; verba Ciceronis sunt, «populumque et suo et Tatii nomine et *Lucumonis*, qui *Romuli socius in Sabino proelio occiderat*, in tribus tres curiasque triginta descripserat.»

3) Dionys. *Halic. antiq.* L. II. c. 36, 37, ed. Sylb. p. 104. c. 37. „ἦκε δ' αὐτῶν Τυρρηνῶν Ἐπικουρίαν ἱκανὴν ἄγων ἐκ Σελωνίου (Volsonium con-

tur saltem de tempore Romuli a scriptore Romano, antiquitatum Romanarum valde perito, nempe a Varro, et a priscis scriptoribus Romanis et Italicis Iunio, Ennio et Volunnio ab eo citatis.

Neque obstant ea, quae deinde Varro ipse commemorat hos Etruscos post Coelii obitum, quod nimis munita loca tenerent, neque sine suspitione essent, deductos esse in planum, nam initio cum Latinis et deinde cum Sabinis post foedus initum coniuncti fuerunt, deinde hisce non apparet eos a civitate Romana sciunctos fuisse, sed solummodo aliam sedem iis indicatam fuisse: tandem dubito, num hoc Romulo regnante obtinuerit 1). Festus, qui a Niebührio aliisque

lectura assequi studeat Götting) ἀνὴρ δραστήριος καὶ τὰ πολέμια ἔργα διαφανὴς. Διοδώρων ὄνομα φίλος οὐ πρὸ πολλοῦ γεγονώς. Conf. Dionys. L. III, c. 9 et c. 10. p. 145, 146. ubi haec sententia orationibus Tulli Hostili et Metti Fuffetii confirmatur; verba Tulli Hosti, c. 9. „οὐ γὰρ δὴ Σαβίνοις μὲν καὶ Τυρρηνίοις καλλῶς εἶχεν ἐκλιποῦσι τὰς ἑαυτῶν πόλεις μεταβῆσαι τοὺς βίους ὡς ἡμεῖς.” et c. 10. verba Metti Fuffetii, „ὁμῆς δὲ τὴν ἀκριβεῖαν τοῦ παρ’ ἑαυτοῖς πολιτεύματος διαφείρατε, Τυρρηνούς τε ὑποδεξάμενοι καὶ Σαβίνους, καὶ ἄλλους τινὰς ἀνεστίνους καὶ πλανήτας βαρβάρους πάνυ πολλούς.”

1) M. Terentius Varro de lingua Latina c. 8 in opere, «Auctores Latinae linguae in unum redacti corpus adiectis notis Dionysii Gothofredi Coloniae Allobrogum apud Choüet 1622, p. 10. «In suburbanae regionis parte princeps est Coelins mons a Coelio Vibennio Tusco, duce nobili, qui cum sua manu dicitur Romulo venisse auxilio contra Sabinum Regem. Hi post Coelii obitum, quod nimis munita loca tenerent neque sine suspitione essent, deducti dicuntur in planum.” Cum cap. 9, p. 11: «Ager Romanus primum divisus in parteis treis, a quo tribus appellatae Tatiensium, Ramnium, Lucerum, nominatae, ut ait Ennius, Tatienses a Tatio, Ramnenses a Romulo, Luceres, ut ait Iunius a Lucumone. Sed omnia haec vocabula Tusca, ut Volunnius, qui tragoedias Tuscas scripsit, ducebat.” Festi L. XX de verb. signif. verbo *Coelius Mons* in eod.

contra meam sententiam citari solet, uno loco mihi favet et in alio fragmento satis dubio, neque plane

opere p. 269, «dictus est a Coele quodam ex Etruria, qui Romulo auxilium adversus Sabinos praebuit, quod in eo domicilium habuit.» Contra verbo «Tuscus vicus» fragm. p. 470.

«Tuscum vicum co-
tores dictum aiunt a.

descendente ab obs.

Romae locoque his dato

entes fratres Coeles et Vibenn.

Tarquinius Romam secum na-

rint M. Varro quod ex Coel.

sint.

Deinde suam sententiam exponit ead. pag. «Tuscus vicus Romae est dictus, quod ibi habitaverunt Tusci, qui recedente ab obsidione Porsena remanserunt, conf. verbo Lucerenses et Luceres,» ed. Dacierius, p. 207, «quae pars tertia populi Romani est distributa a Tatio et Romulo: appellati sunt a Lucero Ardeae Rege, qui auxilio fuit Romulo adversus Tatium bellanti.» Huius Romuli socii apud nullum alium vet. histor. fit mentio. Tac. Annal. L. IV, c. 65 ex rec. Ern. den. cur. Oberlinus, vol. I. p. 316, «mox Caelium adpellatum a Caele Vibenna, qui dux gentis Etruscae, cum auxilium adpellatum ductavisset, sedem eam acceperat a Tarquinio Prisco, seu quis alius Regem dedit: nam scriptores in eo dissentiunt. Tab. aen. duae Lugd. crutae — quae Claudii Imp. Orat. continent, p. I. cap. XXIV, ed. Lipsius et in Tac. opp. cur. Oberl. Vol. IV, p. 158. De Serv. Tullio,» si Tuscos (sc. sequimur) quondam Vivennae sodalis fidelissimus — Etruria excessit seqq. Liv. Hist. L. I. c. 8. cur. Drakenb. p. 46, c. 43, p. 65, de alio Lucum. mentionem facit, c. 34, p. 145 et 147. Contra Niebühr, Röm. Gesch. vol. I, p. 123, 128, 296-308, 390, 393-397. Ex fontibus et ex Niebührrii argum. nihil apparet, nisi Etruscos saepe Romam migrasse. Non plane mecum facit Göttingus, quamquam etiam a Niebührrii dissentit, Gesch. der Rom. Staatsv. § 31, p. 43, 49, ubi convenit Etruscos iam Romulo regnante montem Coelium occupasse, sed addit, «aber diese Etrusker sind zu der Latinischen Stadt in einem abhängigen Verhältniss standen.» Propter ult. verba Varr. cum § 33, p. 55-57. Nihil

servato sententiam a Niebührio tantis laudibus celebratam affert: praeterea perperam Varronem citare videtur. Tacitus Caelem Vibennam etiam Etruscum habet et concedit scriptores dissentire, quo Rege Romae regnante hic Etruscorum dux Urbem adierit.

Oratio Imperatoris Romani, imo vero Claudii, qua obiter scriptores Tuscorum vel ea, quae apud Tuscos narrabantur, citantur, haecce testimonia infirmare non potest, ut celeberr. Niebührio visum est. Livius ipse lictores, sellam curulem et togam praetextam ab Etruscis repetitas esse existimat, quamquam alio loco originem tertiae tribus Lucerum incertam esse contendit, et inter scriptores recentiores Niebührius et Götting putant multa instituta, quibus iam ab initio civitas Romana nitebatur, ab Etruscis originem du-

fere inveni de hac quaest. ap. Rubino. Ruperti, Handb. der Röm. Alterth. p. II. hui. pars I, 1842, vol. II, p. 9, ex asylo Lucerenses deducit. Berichtig. und Zusätze zur Zweiten Aufl. von Niebührs Röm. Gesch. p. 47, 48 ex loco urbis. Hüllmann, Röm. Grundverfassung, Bonn 1832 bei Marcus, § 4, p. 4-9 inpr. p. 2, 3 cum p. 7, 8. Romam Graecorum coloniam habet et nomina tribuum locis Urbis adscribere videtur. Wachsmuth, die ältere Gesch. des Röm. Staats, p. 130, 132, 134, p. 191 seqq. inpr. 193-197. Panca inven. ap. Aurelium Victorem de Viris Illustr. ed. Arntzenius, cap. II. p. 59. Plura in opere «Origo gentis Rom.», quod tamen Aurelio Vict. non tribuendum est, sed Grammat. seqq. temp. Arntz. cap. I. p. 3, cap. IV, p. 40. cap. XIX-XXIII, p. 36-44. Opusc. de orig. caet. alicuius momenti est, quod quidam script. vet. citentur, quorum haec fragm. non ad nos pervenerunt. Vossius de histor. Lat. II. e. 8, p. 196 et Bachr. Gesch. der Röm. Literatur, ed. II. n^o 1832, § 231, p. 467.

cere; quare magis probabile fit Etruscorum catervam Romulo regnante partem populi Romani factam fuisse. Niebührius existimat „Sabinos indigenas in monte Agonio deinde dicto Capitolino, Latinos Graecam gentem in monte Palatino habitasse et eos primum duas inter se diversas civitates Quirinum et Romam condidisse, deinde in unam redactos esse civitatem, quod Etrusci et Albani eos premerent, sed haec est mera coniectura, quae a nullo veterum historicorum confirmatur, neque satis apparet ex quibusdam religionum caerimoniis, quae secundum Niebührii sententiam Sabinis solis initio sunt tribuendae, quae res etiam non pro certo affirmari potest.

Si tamen Niebührii parti faveremus, duo iam ab initio populi fuerunt, quibus Romulo regnante tertia tribus Lucerum incertae originis accessit atque hisce omnibus patronorum atque clientium vinculum commune esset: itaque ad totum populum Romanum illa aetate hoc vinculum pertineret.

Ab alia parte Götting putat clientelam Latinis incognitam fuisse, sed hoc institutum cum Latinis communicatum fuisse, Romulo regnante, postquam Latini cum Sabinis in unum coaluerant; et postquam Romulus asyllum profugis aperuerat.

Niebühr autem asyli inter duos lucos spatium nimis exigium fuisse, ut tot homines illuc migrarent, contendit.

Dionysius hanc patronatus necessitudinem de omnibus intelligit. Quum vero ipsius fides hac in re non sit dubia, aut sententiam Göttingii debemus reiicere, aut Romulum hanc legem coniunctione inter diversos

populos facta sanxisse pro certo debemus affirmare, quod mihi magis probabile videtur.

Ceterum si vulgarem sententiam sequimur plebem clientibus contineri, patricios fuisse patronos, cum illis unice Romani constarent, quaestio nullis dubiis est obnoxia, dummodo ad rempublicam non ad singulos hanc legem pertinuisse probemus.

Celeberrimus Hugo de advenis gente non Italica clientelam atque plebem intelligit, nimis tamen ad libertinos (servos manumissos) clientes refert et minus recte eos omnes agricolas habet, nam erant etiam fabri et pastores, ut recte Niebühr et Göttling auctore Dionysio scripserunt 1).

1) Niebuhr, röm. Gesch. 2e Ausg. vol. I, p. 335, seqq. »Der Satz, dass das ursprüngliche römische Volk, ganz aus Patronen und Klienten bestand, ist einer von denen, deren Gültigkeit nur durch übertriebene Anwendung leidet. So falsch er ist, und die Wahrheit der Geschichte zerrüttet, wenn die plejische Freyheit verkannt, und die Gemeinde übersehen wird, so wahr ist er vor der Bildung derselben, als alle Römer in den ursprünglichen Stämmen, durch die Geschlechter enthalten waren.« Göttling, Gesch. der röm. Staatsverf. § 1. — §. 27. p. 1-40. praesertim § 19, p. 25. § 31, p. 47, 48, § 64, p. 127. « Die Latiner oder Ramnes, welche Rom gründeten, haben diese Clientes, eine hauptsächlich Sabinische Einrichtung, durch die Einrichtung des Asyls auf dem Capitol erhalten.» Conf. tamen § 21, p. 29, ubi Clientelam etiam Etruscis adscribit et in Praefatione p. VIII de Niebührii sententia de Etruscis varia in prima et secunda editione operis Niebührii »da ein Etruskisches Element, wenn gleich nicht so scharf hervortretend, im ältesten Römischen Volke nicht verkannt werden kann.« Creuzer, Abriss der rom. Antiq. § 13, p. 13-15, § 81, p. 115 et not. 1, p. 116, § 92, p. 129, 130 suam sententiam non exponit.

2) Hugo, Lehrbuch eines Civilistischen Cursus, vol. I. Berolini 1823, p. 106-108; se ipsum quodammodo emendavit in opere Lehr-

Grammaticus Servius in commentariis ad Virgillii
opera versum 609 Libri VI Aeneidos „Pulsatusve

buch der Geschichte des Römischen Rechts bis auf Justinian 1ste Abtheilung, Berlin 1832, p. 73, not. 6; locus Suetonii ex vita Tiberii c. 1. non de libertate, ut voluit Hugo, sed de clientibus univ-erse intelligi debet cum p. 69-72 et not. 1-7 ex Latinis non ex Etruscis Romanes repetit, at vero secundum ipsius sententiam mul-ti erant advenae: sententias aliorum optime exponit; vid. contra Lucius Cornelius Sulla genannt der glückliche als Ordner des Römi-schen Freystaates von Dr. K. S. Zachariae Heidelberg 1834, 1ste Abtheil. p. 14, 15. Patricier, Schutzgenossen (denn der Abstand zwischen beiden war anfangs nicht so bedeutend, die Verbindung unter ihnen desto inniger und fester) Niebühr, Röm. Gesch. vol. 1. p. 338, 340, freye fremde p. 342 dass die Patricier damals gegen die übrigen Römer ihre Clienten so standen, wie zu seiner Zeit die Stämme der ingenui gegen die der libertini." p. 337. Den hörigen. Leuten, die sich nicht durch Gewerbe ernährten. Götting, Gesch. des Röm. Staatsverf. § 64, p. 127, 128. und hanten das Feld — oder sie waren Handwerker — oder sie waren Hirten." Dion. Hal. antiquit. L. II. c. 9. τοὺς δὲ δημοτικούς — γεωργεῖν δὲ καὶ κτηνοτροφεῖν καὶ τοὺς χρηματοποιούς ἐργάζεσθαι τέχνας, ed. Sylb. p. 83. cum seqq. de patronatu; ap. Götting citatur etiam Strabo. Conf. Clarissimi Holtii Historiae Iuris Romani Lineamenta, ubi plures fontes citantur § 29, p. 17. Prooemio et actate 1, c. 1. § 1-4. § 9. p. 11, 12. § 42, § 45, p. 22. Traiecti ad Rhen. 1840. Romanos ex variis populis constitisse testatur ipse Cicero pro Balbo, c. 13. Romulus, foedere Sabino docuit etiam hostibus recipiendis augeri hanc civitatem oportere. Cuius auctoritate et exemplo nun-quam est intermissa a maioribus nostris largitio et communicatio civi-tatis. Itaque et ex Latio multi et Tusculani et Lanuvini et ex ce-teris generibus gentes universae in civitatem sunt receptae ut Sa-binorum, Volscorum, Hernicorum: quibus ex civitatibus nec coacti essent civitate mutari, si qui noluissent, nec si qui essent civitatem nostram beneficio populi Romani consecuti, violatum foedus eorum videretur, ed Ernesti vol. II. p. 2. p. 1280 ed. Orell. vol. II. p. 2. p. 321. Etruscorum hoc loco directe non fit mentio, sed exempla ci-tantur, oratorem audimus. Mihi non persuadet Wachsmuth iam ab

parens et fraus innexa clienti” ita interpretatur: „ex lege duodecim tabularum venit; in quibus scriptum est:

„Patronus si clienti fraudem fecerit sacer esto.”

Merula autem in opere de legibus Romanorum ex suo manuscripto legit „ex lege *Romuli et duodecim tabularum* hoc venit, in quibus sic scriptum est „Patronus, si clienti fraudem *facit*, sacer esto 1).”

Iure mirari possumus, quod nulla poena nisi in *patronum* sit constituta, cum tamen officia patroni et clientes vicissim praestare debuerint, parentum et liberorum, cognatorum instar, Dionysio, Gellio, Plutarcho testibus 2), haberentur, cum propter ingratum animum

initio plebem proprio sensu adfuisse argumento ex asylo repetito, nam qui primum Romam occuparunt iis, qui deinde advenirent, quasdem conditiones imponere poterant, imprimis si hi essent profugi; probare conatus sum apud varias gentes iam clientelam exstitisse, nec satis Wachsmuth probavit plebem a Romulo vel Numa agros accepisse, altere Gesch. des Rom. Staats, vol. I. p. 484-494, praecipue 487, 188 et not. 62. Hüllmann nimis Romanos e Graecia repetit ac cum iis comparat, plebeios se iungit iam initio a clientibus partem plebis in clientelam se dedisse affirmans *Römische-Grundverfassung*, p. 1-9, 30, 31, 33, 37.

1) Virgilii opera edid. Petr. Burmannus, quibus commentarios Servii, aliorum addidit, vol. III, p. 95, ed. Heyne, A° 1823, Lipsiae vol. II, p. 94. Merula in edit. Burmanni, vol. III, p. 55, in notis, (C. II, operis Merulae de legibus Romanorum). Abegg de antiquissimo Romanorum iure criminali hanc legem in XII tabulas receptam fuisse putat, § 27. Confer. p. 44, cum p. 46. Köstlin, die Perduellio unter den römischen Königen, § 6, p. 21, 22.

2) Dionys. Hal. antiq. L. II, c. 9, 10 ed. Sylb. p. 83, 84, c. 9. ἢ καὶ τὰ ἔργα χρῆσθαι πρόβηκεν ἐκατέρωις φιλανθρώπων καὶ πολιτικῶν κατασκευαζόμενος αὐτῶν τὰς συζυγίας.” C. 10. ἅπαντα πράττοντας ἴσα περὶ παίδων πράττουσι πατέρες. Plutarchi vita Romuli, cap. 13; vol. I, vit. parallel. p. 44. μάλιστα δ’ ἂν τις τυγχάνει τοῦ εἰκότος, εἰ νομίζον τὸν Ῥωμίλον, ἀξιοῦντα τοὺς πρῶτους καὶ δυνα-

cliens poenas dare deberet: suspicor ergo, si verba in duodecim tabulis scripta fuerunt, alteram partem huius legis, in qua eadem in clientem poena sancita esset, periisse. Servii autem testimonium certiores nos facit antiquissimis temporibus talem legem latam fuisse: sed, num ipsi plane fidem habere possimus, licet dubitare, cum Honorii et Theodosii tempore vixisse dicatur et ipsius aetas ab aetate decemvirorum et universe liberae reipublicae iam longe sit remota: nequid monumenta harum legum tam diu permanere? ex quibus aliis scriptoribus haecce hausit?

Praeterea de ipsius verbis controversiae natae sunt; Merula haec de *Romuli et decemvirorum legibus* intelligit, Götting nuper coniectura assequi voluit *lege Romuli vel duodecim tabularum* 1). Niebühr histori-

πατάτους πατρικῆ κηδ:μονία καὶ Φροντίδι προσήκειν ἐπιμελεῖσθαι τῶν ταπεινότερων, ἅμα δὲ τοῖς ἄλλοις διδάσκοντα μὴ δεδῆκεν μηδ' ἔχθεσθαι ταῖς τῶν κρεττόνων τιμαῖς, ἀλλὰ χρῆσθαι μετ' εὐνοίας καὶ νομίζοντας καὶ προσ-αγορεύοντας πατέρας, οὕτως νομᾶσαι. deinde de officiis quae sibi invicem praestare debent eodem modo ac Dionysius. Aul. Gellii Noct. Attic. L. V, c. 13, ed. Gronovii, p. 326-328, ubi disputatur, an hospites, an clientes post parentes priora loca occupent, ex quo patet eorum vinculum ad patris et liberorum necessitudinem accedere: cognatis anteponuntur. Eheu! nonnisi pauca in Republica Ciceronis nobis servata sunt. L. II, c. 9, edid. Moser et Crenzer, p. 228, 229 et in notis; verba Ciceronis »et habuit plebem in clientelam principum descriplam, c. 8, L. III, p. 223 »qui appellati sunt propter caritatem patres.»

1) Götting, Gesch. der röm. Staatsverf. § 110, p. 316, not. 6 ibid. Merula etiam ab hoc scriptore citatur et ipsa verba afferuntur. Minus recte Rubino ex Servio deducit poenam vel solum vel principio de patronis sumtam fuisse; disertis verbis contrarium affirmat Dionysius. Untersuchungen über röm. Verfass., p. 469 et not. 1; a veritate etiam recedunt: Die Wirkung der Analogie u. s. w. der Client — noch mehr aber der

cam clientelae originem mittens ex advenis liberis eos repetit: apud Etruscos simili nec tamen eodem modo atque apud Latinos hocce institutum viguisse existimat, nam Etrusci, Rhaeti e stirpe Germanica oriundi in Italiam erumpentes incolis nonnisi simulacrum libertatis reliquerant, servorum instar eos habebant: Latini et Sabini contra cum populo devicto Siculis coaluerant, iis tamen minora iura tribuentes; advenas, ne poenas luerent, exulantes benevole excipiebant, iis, qui agris carebant, bina ad possidendum colendumque iugera dabant, quae tamen iis adimi poterant, si officia patronis praestare recusarent: haec tamen officia mutua erant. Magistratus gerebant patroni, pontifices erant ac iura iis solum erant cognita, sed clientibus saepe iura interpretari, pro iis in iure stare debebant: clientes contra patronos in bello captos redimere, multas ac partem tributorum, quae patroni aerario deberent, solvere oportebat: clientis sine heredibus mortui heres erat patronus, tutelam ac curam clientum gerebant patroni. Plebcios odio clientium excogitasse fabulam de asylo affirmat idem Niebührius 1).

Patron verfiel in eine dem Landesverrathe ähnliche Strafe. Cum p. 413, 415.

1) Rom. Gesch. von Niebühr zw. Ausg. vol. I, p. 335-340. Wie dieses Verhältniss entstand, lässt sich so wenig als Roms Entstehung historisch darlegen — Starb der Client ohne Erben, so erbte der Patron welches Recht sich für die Freygelassenen erhielt.

Rubino clientelam ex plebe explicat. apud populos Italiae partem fuisse, quae ceteris praecesset adel existimat. Untersuchungen über röm Verfassung und Geschichte p. 208, 209, cum p. 183, 184. Proditionem ap. Dionysium delicta contra rempublicam vel imprimis

Göttling clientes tributum solvisse, quod saepe parte fructuum constaret, eos quasi peculium habuisse, nihil dominii iis fuisse, nisi quod ipsi deinde bello sibi acquirerent, ac Romulum primum certa iis iura constituisse statuit: Romulo regnante iis adiungit libertinos 1).

Vinculum hereditarium fuisse et eos nomine gentis appellatos fuisse ambo scriptores narrant. Si apud Etruscos devicti indigenae clientes victorum facti sunt, quare non etiam apud Sabinos et Latinos hocce institutum partim saltem a Siculis prisca gente devicta deriveamus, cum Latini, deinde Sabini montes Romae occuparunt, quod advenis etiam Romuli tempore est concessum atque ita, cum Etruscorum duces quidam Romam migrarunt, clientes eorum simul illuc profecti esse potuerunt: ab asylo quippe spatio nimis

spectare aliis argumentis probavit etiam celeberr. Plattnerus in opere quaestiones de iure eriminum Romano, Marburgi 1842, quaest. sec. p. 35, 36, cum p. 28.

1) Göttling, Gesch. der röm. Staatsverf. § 64, 65, p. 126-131. Ich zweifle nicht dass sie ursprünglich auch Sanates (die Amnestirten) und Dediticii genannt worden sind — dann ward ihre Zahl durch die Freigelassenen vermehrt, cum § 110, p. 316, 317. Nuper opus doctiss. Ruperti accepi: hic meae sententiae vel coniecturae de clientibus partim favet eos e devictis gentibus esse repetendos, nimis universe tamen omnes clientes de incolis prope Romam devictis ab adventibus Latinis et, ut ille existimat, ab eodem modo coloniam deducentibus Sabinis intelligit. Handbuch der röm. Alterthümer, vol. II, p. 1, p. 55, cum seqq. usque ad p. 61. Schmitthenner, Grundlinien des allgemeinen oder idealen Staatsrechtes. Giessen, Hejers Verlag 1845, (vol. III, tot. op. »Zwölf Bücher von Staate, p. I, cap. II, huj. p. I, § 14-18, inpr. § 15, p. 43-54, inpr. p. 45, 46, de clientibus, ubi existimat, not. 2, clientelam etiam ad Latinos ante Romam conditam pertinuisse ex loco Dionysii I, 31; minus recte. « In Rom scheint dasselbe wenig eigenthümliches gehabt zu haben.»

angusto omnes non possunt repeti: an Latini clientibus caruerint nec ne, quaeri potest, nam diserte hac de re nihil scribit Dionysius, post urbem conditam de omnibus hoc narrat.

Si Dionysium et Plutarchum consulas 1), tibi facile apparebit nullam ibi tributorum fieri mentionem: domini quidem agrorum, qui iis a patronis dabantur, profecto non erant, nonne tamen iugera quaedam a victoribus indigenis poterant esse relicta?

Niebühr de libertinis hanc necessitudinem Romuli tempore valuisse negare videtur, et, si originem servitutis respicias, multi servi eo tempore Romae esse non poterant 2), clientela ergo eorum causa non instituta est, attamen vel Romuli iam aetate vel sequentibus

1) Dionys. Halic. antiq. L. II, c. 9, 10, ed. Sylb. p. 83, 84. Plut. vita Romuli, c. 13. vol. I, vit. parall. p. 44, 45.

2) Servitus e bellis originem ducit, initio saltem non tanta ac tam multa bella Romulus gessit. Conf. l. 4, § 1 ff, de statu hominum (I tit. 3). Servitus est constitutio iuris gentium § 2, servi ex eo appellati sunt, quod Imperatores captivos vendere ac per hoc servare nec occidere solent, l. 5, § 1. Iure gentium servi nostri sunt, qui ab hostibus capiuntur aut qui ex ancillis nostris nascuntur." Non obstant ultima, nam feminae bello ancillae factae erant, si originem spectas Dionys. Halic. Antiq. L. I, c. 9, p. 8, ed. Sylb. "Ρωμύλον — τῶντε δεομένων αἰχμαλώτων κατὰ σφίσι φιλανθρώπων ὑπόδοχῆ καὶ πολιτείας μεταδόντι τοῖς μετὰ τοῦ γενναίου ἐν πολέμῳ κρατηθεῖσι, δούλωντε ὑποὶ παρ' αὐτοῖς ἐλευθερωθέντων, ἂν τοῖς εἶναι συγχωρήσει; nihil scribit de hisce; L. II, ubi agit de Romuli institutis: Livius de manumissione servorum primum scribit coniurationem Bruti filiorum narrans «ille primum dicitur vindicta liberatus," L. II, c. 5, ed. Drakenb. vol. I. p. 257. Göttling hanc manum. antiquissimam dicit et ex Sabinis repetit quo fonte nescio § 67, p. 137, § 69, p. 141. Gaii Instit Comment. I, § 17, Ulp. fragm. tit. 1, § 6-8. Livius tamen innuere videtur antea servos iam manumissos fuisse.

Regibus regnantibus libertini clientibus fuerunt additi, atque eadem, si Digestorum fragmenta legas, iura verisimiliter acquirebant. Götting clientes magis servis aequiparat, eos vocat *halb-freyen*, tributa, quorum Dionysius mentionem facit de coloniis tempore liberae reipublicae, ad eos refert 1).

Niebührii vero sententia, quoad eorum conditionem, si Dionysium, Gellium et Plutarchum quemque ex suis fontibus haurientes inter se compares ad veritatem magis accedere mihi videtur, nam Dionysius, etsi apud Thessalos et Athenienses similem morem obtinuisse declaret, scribit „in melius haecce mutavit Romulus, utilia iis dedit officia, quae si perlegas significant non eodem modo apud Romanos atque apud Graecos clientelam ad servitutem accedere: solummodo in eo erravit Dionysius clientes plebem vocans 2).

Plutarchus 3) de paterna cura, de mira benevolentia ab utraque parte praestita loquitur, et Aulus Gellius inter prima officia patriciorum refert eos clientes de-

1) Götting Röm. Staatsverf. § 64, p. 127, 128 gegen eine bestimmte Abgabe an Früchten, et nol. 2. Dionys. Hal. L. IX. c. 60. Ἀντιπῶν, ὅσων μὲν εἶχον ἐφέστια καὶ κλήρους, ἕμισιν ἐν τῇ γῆ τὰ τ' ἀπομερισθέντα σφίσι καὶ τὰ ὑπὸ τῶν κληρέων ἀφορισθέντα κτήματα, γεωργῶντες ἐπὶ βήτατις τισὶ καὶ τεταγμέναις μοίραις ὡς ἐκ τῶν καρπῶν αὐτοῖς ἐτέλου.

2) Dionys. Halic. antiq. L. II. c. 9. p. 84 ed. Sylb. „ἐπὶ τὰ κρείττω λαβῶν — ἐπικλήσει εὐπρεπέι — καὶ τὰ ἔργα χρηστὰ. Nomen plebis non nocet, dummodo non eodem modo intelligas, quo sequentibus Regibus regnantibus adhibitum est; conf. Götting, § 65, p. 129.

3) Plut. vita Romuli, c. 13, vol. I. p. 44, 45 seqq. πατρικῆ κηδεμονία καὶ Φροντίδι. — ἄλλὰ χρῆσθαι μετ' εὐνοίας — p. 45. ἄμα δὲ παρὲς ἄλλοις θαυμαστὴν εὐνοίαν, αὐτοῖς καὶ μεγάλων δικαίων ὑπάρξουσιν ἐνεποιήσεν.

fendere debere, qui sese itidem in fidem patrociniūque patronorum dediderint: tandem C. Caesar apud eum exclamat" neque clientes sine summa infamia deserī possunt 1).

Vasallorum igitur cum dominis Suzeranis necessitudini (ut hisce barbaris vocibus utar) optimo sensu familiaritatem patroni ac clientis comparari posse cum Niebuhrio et Blackstone 2) contendo, sed mihi non a probabilitate recedere videtur lapsu temporum usque ad duodecim tabulas, cum servi manumissi *liberti*, qui eos libertate donarant, *patroni* vocati sunt, ad illos

1) Auli Gellii Noctium Atticarum L. XX, prout supersunt, illustraverunt Ioannes Fredericus et Iacobus Gronovii Lugduni Batavorum apud Corn. Bontestejn, a^o 1706. L. V. c. 13, p. 326, 328, cum L. XX. c. 1. p. 869.

2) Fide etiam nitebatur necessitudo domini (suzerani) et vasalli. Confer. Niebühr Rom. Gesch. vol. I. p. 123 seqq. praesertim 335, 338, 339, das Römische Patronat war Feudalität in ihrer edelsten Gestalt, de iis quae vasallus domino praestare debebat Commentaries on the laws of England by Sir William Blackstone, Book II, ch. 5, the rights of things of the ancient English tenures ed. 16. by John Taylor Coleridge, London 1825, vol. II. p. 64. And one can not but observe in this particular the great resemblance which the lord and vassal of the feudal law bore to the patron and client of the Romae republic: between whom also there subsisted a mutual fealty, or engagement of defence and protection" — as aid to pay the lord's debts (probably in imitation of the Romans) et not. 6. ubi locus ex Hallam, qui animadvertit: «The relation of patron and client in the Roman republic is not unlike that of lord and vassal in respect of *mutual fidelity*, but it was not founded upon the *tenure of land nor military service*." Non plane idem fuisse constat, agros ad possidendum tamen saepe accipiebant advenae. Verba *dominus* et vasallus a me adhibentur, quia inveniuntur in Feudorum Libris et alia verba desunt. Conf. tit. I. § 1. L. II. tit. 5; IV. tit. 98, 107, 108 et passim.

maxime hanc necessitudinem esse translatam: officia eadem fere esse potuerant, sed res non eodem modo sese habebat, nam hi servi fuerant: ad totam civitatum ea aetate lex non amplius referebatur, cum plebs praeterea iam diu accessisset: eo tempore non erat delictum contra rempublicam.

Niebühr et Götting clientes lege duodecim tabularum, quae etiam de iure publico agebant, in tribus plebeiorum distributos fuisse, unde illa in ipsa plebe factio, quae patriciis faveret, orta sit, commemorant: ex quibus efficere studuit Götting legem sacram de patronatu decemviris non posse adscribi, quod clientes plebeis aequiparati essent 1), sed, si fontes iuris consulere velis de omnibus fere officiis in iure standi, tutelam gerendi, ne alteri liceret accusare alterum vel in eum adversum dicere testimonium, Digesta mentionem faciunt, et Plutarchus in vita Romuli omnia de patronis et clientibus ad sua tempora transiisse opinatur praeter obligationem clientis litis aestimationem patroni aut pretium ab hostibus capti patroni solvendi, quod patronis dedecus deinde visum est 2).

1) Niebühr, Röm. Gesch. vol. II. p. 360, 361. Götting, Gesch. der Röm. Staatsverf. § 65, p. 130, 131, § 110, p. 316. Es sind aber nicht bloss Patricier und Plebejer Theilnehmer der Tribus geworden, sondern auch sämtliche Clienten — Deshalb ist durchaus zweifelhaft, ob die Worte: Patronus si Clienti — in den Zwölf Tafeln gestanden haben, vielmehr gehören sie eher einem Gesetze an, welches lange vor den Zwölf Tafeln gegeben worden ist et not. 6 ibid.

2) Plutarchi vita Romuli c. 13, vol. I. vit. parall. p. 46: ὕστερον δὲ, τῶν ἄλλων δικαίων μενόντων, τὸ λαμβάνειν χρήματα τοῦς δυνατοῦς παρὰ τῶν ταπεινοτέρων ἀσχερὲν ἐνομίσθη καὶ ἀγενεῖς. 1. 5. 1. 10,

Hocce igitur argumento hanc legem ad aetatem Regum solum referendam esse non probatur: omnia pendent a testimonio Servii: summi vero est momenti naturam huius delicti regum et decemvirorum tempore diversam fuisse, si in duodecim tabulis decemviri quaedam de clientibus praeceperunt.

Servius verbum *fraus* magis ad *ius privatum* restringere videtur, cum illud verbo *fallere* interpretetur, quamquam *fraus* de culpa (schuld) universe intelligi potest, et quodammodo Gellius de lege duodecim tabularum loqui videtur, nam in toto hoc capite de legibus a decemviris latis sermonem habet, saltem ad antiqua tempora respicit ad explicandam talionis poenam de iniuriis haecce disserens, „Omni- bus quidem virtutum generibus exercendis colendis- que populus Romanus e parva origine ad tantae amplitudinis instar emicuit, sed omnium maxime atque praecipue *fidem* coluit — *sic clientem in fidem acceptum* cariorem haberi quam propinquos tuendumque contra cognatos censuit, neque peius ullum facinus existi-

l. 17. § 1, l. 19 ff. de iure patronatus L. XXXVII. tit. 14, aliis multis huius tituli; l. 1, § 1, l. 5. l. 9, l. 10. ff. L. XXXVIII, tit. 15. de obsequiis parentibus et patronis praestandis: iam patet ex modo quo titulus inscribitur et imprimis ex lege 5 pr. » Parens, patronus, patrona liberive aut parentes patroni patronaevae — in factum actione tenentur. Confer. imprimis dissertatio doctissimi Chr. L. Schüller de necessitudine cum morali tum civili inter patronum et liberum. Traiecti ad Rhenum 1838, ubi plura testimonia citantur. Auctor, ut titulus indicat, non de antiquissimis Romanorum temporibus nisi obiter mentionem facit. Magni momenti etiam est l. 4, § 1 ff., de in ius vocando et l. 8, § 1 ibid.

matum est quam si cui probaretur clientem divisui (dirisui) habuisse 1)."

Etsi nihil certi de ipsa lege dicatur, potuit tamen auctor illam spectare, quare cum Göttingio non auisim dicere Gellium nullam legem duodecim tabularum hac in re rationem habuisse.

Ex hoc fonte et ex Servii loco qui clientes quasi colentes, patronos quasi patres habet 2), *fidem* huius instituti fuisse fundamentum magis magisque apparet.

Dirksen 3) hanc legem duodecim tabularum cum illa Romuli de patronis et clientibus plane cohaerere

1) Aul. Gellii Noct. Att. L. XX, c. 1, edid. Gronovii p. 867-869. Contra Götting, Gesch. der röm. Staatsverf. § 110, p. 316, not. 6. Conf. e. g. l. 131 ff., de verb. signif.; eius § 1 comp. cum l. 144 ff. cod. sitt.

2) Servii Commentarii ad Aeneid. L. VI, vs. 609, in Virgilio operibus a Petro Burmanno editis, vol. III, p. 95.

3) Uebersicht der bisherigen Versuche zur Kritik und Herstellung der Textes der Zwölf Tafeln fragmente von Heinrich Eduard Dirksen, Leipzig 1824, ad tab. VIII, fr. 21, p. 601-607. »Denn die sonstigen Ueberlieferungen der Klassiker über die Heilighaltung des Clientärverhältnisses bei den Römern — stehen in keinem unmittelbaren Zusammenhange mit der vorliegenden Sanction der XII Tafeln. — Obgleich diese Autoritäten nur mittelbare Quellen für unser XII Tafel-fragment bilden. Lector benevole, si eris, mihi condones precor, si tibi videor nimis diu de chartibus scripsisse, haec tribuas studiis meis legem Romuli et tempora ac verisimiliter legem duodecim tabularum inter se conferendi legesque interpretandi. Schmittbener, Grundl. des alleg. oder idealen Staatsrechtes, p. I, cap. II, ling. p. I, § 18, p. 50 et not. 2, distinguit inler institutum (id, quod moribus et iure divino inductum est, ab aliis populis moribus ad Romanos transiit) et inter legem. Nominatim p. 51 et not. 1, de lege XII, tab. quam citavimus: «Das Gesetz der Zwölf Tafeln, si quis clienti fraudem faxit, sacer esto; ist unzweifelhaft ein Grundsatz des ältesten ius divinum.»

negat: testimonium Servii ei nullis dubiis obnoxium videtur; sed, si lex in duodecim tabulis scripta fuit, nescio quomodo hoc infitieris, nam ipsa verba simile quidquam duos legislatores spectasse indicant.

§ 2.

De legibus sacris.

Haec igitur, de qua vidimus, est prima lex sacra et nomen iam declarat legem a sacris, a religione pendere. Dionysius 1) optimus hac in re nobis auctor, quia de lege Romuli non, ut Festus, praecipue de legibus ad tuendos tribunos plebis in monte sacro (vel Aventino) latis loquitur, eum, cuius caput sacrum esset, similem fuisse victimae Diti sacratae, consecratae, nos certiores facit, quod etiam de sacrando capite lege Valeria Livius intelligit atque idem de restituendis legibus ad tribunos plebis tuendos formula „eius caput Iovi sacrum esset” utitur 2).

Niebühr 3) pontificem caput noxi Deo cuidam devovisse et ab hominum sacrificiis hunc morem esse repetendum censet, et Rosshirt 4) illud primis certe

1) Dion. Hal. Antiq. L. II. c. 10 ed. Sylb. p. 84. ὡς ἕμα τοῦ καταχθονίου Διὸς — τὰ τούτων σώματα ἐπωθέντι, μάλιστα δὲ τοῖς καταχθονίοις κατονομάζειν, vid. Passow, in verbo ἕμα, vol. II. p. 1089 verbo κατονομάζειν, p. 1247, quod verbum etiam interpretatur consecrare, sacrare.

2) T. Livii Patavini hist. L. II. c. 8. vol. I. p. 298, ed. Drakenb. L. III. c. 55, p. 771 cum p. 773.

3) Niebühr, Röm. Gesch. Zw. Ausg. vol. I. p. 339.

4) Rosshirt, Ueber das Römische Recht als Quelle des Deutschen Criminalrechts, Neues Archiv. von Konopak, Mittermaier und Rosshirt vol. XI, parte I, p. 6, de legibus sacris, p. 3-8.

temporibus cum sacrificiis aliquomodo cohaesisse optimis argumentis probavit: etenim, licet hominum sacrificia ab usu recessissent, qua de re dubitationes in medium proferre possent, tamen ad eorum similitudinem, nam memoria saltem non plane oboleverat, sacrari poterat caput noxii, vel si haec tibi non placent, instar pecorum, quae profecto Diis consecrabantur atque immolabantur. Nonne de rege, qui toti rei publicae praeerat, belli duce, senatus principe, litium iudice, auguria haberi oportebat, antequam crearetur? Nonne ipse saepe erat sacerdos 1)? Tota igitur reipublica religione nitebatur.

Neque etiam verba Festi obstare videntur, ut Abeggio 2) visum est. „At homo, ait Festus, sacer is est, quem populus iudicavit ob maleficium, neque fas est eum immolari, sed qui occidit parricidii non damnatur, nam *lege tribunicia prima* cavetur, si quis eum,

1) Mibi in mentem venerat Regem Pontificem maximum fuisse, quod et Huschkio visum est, sed Ciceronis de republica libris, Livio, Plutarcho et Dionysio inter se comparatis in aliam sententiam discessi; merito ergo Huschkiu reprehendit Götting, § 78, p. 473 seqq. et not. 10. Cicero de rep. II. c. 11. ed. Kreuzer et Moser, p. 215, » et sacris e principum numero pontifices quinque praefecit, Liv. Hist. L. I. c. 20, p. 88, 89, quanquam ipse plurima sacra obibat, ea maxime, quae nunc ad Dialem flaminem pertinent p. 90. Pontificem deinde Numam Marcium Marci filium e Patribus legit, quae confirmantur monumentis, manuscriptis. Plut. vita Numae, c. 9. vol. I. p. 121, καὶ φασιν αὐτὸν ἕνα τούτων τῶν πρώτων γεγονέναι, sed distinguit ab his Pontificem maximum eodem capite. Dion. Antiq. L. II. c. 73. In errorem Huschkii etiam inciderunt Köstlin die Perduellio c. §. 7. p. 48 et passim et Rubino.

2) Abegg, de antiquissimo Romanorum iure criminali pars prior p. 41, § 27 et nota 64, p. 16, § 50, nota 79.

qui e plebiscito sacer sit occiderit, parricida ne sit 1)."

Nam Grammaticus agit de sequentibus temporibus, affert plebiscitum, legem tribuniciam primam; haec igitur praecipue ad liberae reipublicae tempora pertinent: lex autem tribunicia prima de secessione, qua primum tribuni plebis creati sunt, non de lege Valeria intelligenda esse videtur 2): minime sane ex hoc loco apparet plane eandem verbi *sacer* regibus regnantibus fuisse significationem: verbum autem *immolari*, ut recte docet Rosshirt, ostendit Romanos hac de re cogitasse, inprimis si coniungas cum iis, quae praecedunt: „montem (sc. sacrum) Iovi consecrarunt" et cum aliis Festi locis de *sacratīs legibus*: „quidquid adversus eas fecerit, sacer alicui Deorum sit, sicut familia pecuniaque 3).” Tandem verbum *supplicia* sic in-

1) Sexti Pomponii Festi et Marii Verrii Flacci de Verborum significatione, Libri XX, notis et emendationibus illustravit Andreas Dacierius p. 467. Quodammodo ad leges sacras, l, 35 ff, de religiosis et sumptibus funerum (XI tit. 7).

2) Alio modo fortasse legem tribuniciam intelligit Pomponius l. 2, § 3 ff. de origine iuris exactis deinde regibus lege tribuniciam omnes haec leges exoleverunt. Sed haec nil ad Festum. Pomponium interpretati sunt de iis, quae Brutus, regibus cunctis, tribunus celerum tulit.

3) Festi de verb. signif. Libri XX, ed Dacierius p. 469, verbo *sacrae leges*, ubi sententia Festi et Pauli; et Festus verbo *supplicia* et *supplicium*, p. 549 et 550, haec (sc. *supplicia*) Deorum, hominum illud (*supplicium*). Conf. etiam Köstlin, die Lehre vom Mord und Todtschlag, vol. I, cap. I, p. 33-40, cum p. 37, ubi contendit: «Die Götter erscheinen dabei als die Beleidigten und die Strafe ist eigentlich dies nicht, sondern gleichfalls nur ein akt, wodurch die Ausführung mit den beleidigten Göttern vermittelt wird.» Censet

terpretatur. „Veteres quaedam sacrificia a *supplicando* vocabant, *supplicia* sunt, quae caduceatores portant: ea sumebantur ex verbena *felicis* arboris — Simmius Capito ait, cum *civis necretur*, institutum fuisse, ut semoniae res sacra fieret vervece bidente, ut eo sacrificio poena solutis civibus, caput ipsum patrimoniumque, cui delibatum esset, id fieret sacrum Deo.”

Haec non sunt verba unius Festi, sed multo antiquioris scriptoris, et diserte iis affirmatur cum religionis caerimoniis, cum sacrificiis priscis temporibus caedem civis coniunctam fuisse eiusque caput Deo consecrari: sic victimae coronis ornabantur, sic *felix arbor*, uti *infelix* in sacrificiis formula erat usitata, e more Etruscorum, qui principium boni et mali agnoscebant, repetita, ut Göttling opinatur 1); sic verbum *delibare* sacrificiis proprium erat. Festi mens est non ius, non fas esse talem civem occidere, sed eum qui hoc perpetraverit facinus, tantum parricidii non teneri, quod tamen affirmatur a Livio de sacra lege post decemviratum de una causa, si quis magistratum sine provocatione creasset, his verbis” eum ius fasque esset occidi neve ea caedes capitalis noxa haberetur;” de lege Valeria haec non commemorat. Ecquid propterea verba mu-

hoe aliquid intermedium esse inter vindictam privatam multamque, et delicta quae publice vindicabantur. Sententiam paululum mutavit in altero opere. Die Perduellio unter dem röm. Königen, de quo mox plura. In priore opere dubitavit, an lex Numae de parricidis sacra lex fuerit: huic sententiae plane adversatur in altero opere de perduellione et recte.

1) Göttling, Gesch. der röm. Staatsverf. § 75, p. 159 et not. 1. Cum § 28, p. 37 et not. 6.

tata sunt et ab omni culpa occisor liberatus est, quod non solum lex est restituta, sed etiam nova lex est lata 1)? Festus ipse ad tempora secessionis in montem sacrum has leges refert scribens eas etiam *sacratas* dictas fuisse „quas plebs iurata in monte sacro sciverit;” spectat igitur liberam rempublicam.

Antiqua formula profecto erat „sacer esto” et lex *sacra* dicta erat: huius delicti noxium Dionysius *ἱερόν του θεού*, quod magis quam *τῷ θεῷ*, victimam designat, vocat, ubi legem sacram Numae de terminorum motione exponit, additque hoc etiam de publicis agris votitum fuisse, unde, uti ex re ipsa, patet hanc legem Numae non solum delicta contra homines privatos spectasse 2).

Ne quis tamen putet hanc legem Romuli homines noxios victimis plane equiparasse, nam Curiae 3), in quibus res publicae tunc peragebantur, reum sacrum esse debebant decernere praeside Rege.

1) T. Liv. Pat. L. III, c. 55. cur. Drakenborch, vol. I, p. 771. Aliam deinde consularem legem de provocatione, — non restituunt modo, sed etiam in posterum muniant, sanciendo novam legem.

2) Dionys. Halic. antiq. L. II. c. 74: *εἰ δὲ τις ἀφανίσῃσιν ἢ μεταβίῃ τοῦ θεοῦ, ἱερόν ἐνομεθέτησεν εἶναι τοῦ θεοῦ τὴν τοῦτον τι διαπραξαμένον, ἵνα τῷ βουλομένῳ κτείνειν αὐτὸν ὡς ἱερόσυλον ἢτε ἀσφάλεια καὶ τὸ καθαρὸν μιάσματος εἶναι προσῆ. τοῦτο δ' οὐκ ἐπὶ τῶν ἰδιωτικῶν κατεστήσατο μόνον κτήσεων τὸ δίκαιον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν δημοσίων — ἵνα καὶ τὴν Ῥωμαίων ἡγῆν ἀπὸ τῆς ἀστυγείτονος ἕρσι διαίρωσι θεοῦ.* ed. Sylb. p. 432, 433.

3) Geib, Gesch. des Rom. Criminalprocesses, Lips. 1842. p. I. cap. III. p. 38, 39 et not. 30, 31 decretum, quo quis sacer dicebatur, Comitibus Centuriatis tribuit, verum talis sententia procul dubio ad tempora Servii Tullii et seqq. restringenda est; de his H. potissimum agit. De tempore Regum, quod ad hanc quaestionem pertinet, sententiam suam non discrete exponit, conf. tamen cap. I. p. 44 seqq.

Pontifex maximus religionum caerimoniis ac solemnibus formula caput noxii Deo cuidam maxime inferorum devovebat: ab eo temporis momento a quovis cive impune poterat occidi: saepius in absentem haec fiebant.

Plures antiqui scriptores hoc affirmare videntur. Dionysius, ubi de industria de legibus sacris agit, verbis utitur ἐξελεγθησειη, quod iuridico sensu significat aliquid in iudicio probatum fuisse, et ἀλόγτα, quod etiam designat reum convictum fuisse, eius culpam argumentis patuisse 1). Festus vero verbum sacer interpretatur „*quem populus iudicavit ob maleficium*“, et affert legem tribuniciam primam „*si quis eum, qui e plebiscito sacer sit, occiderit* 2).“ Livius tam breviter de legibus Valerius et sacratis loquitur, ut certa ipsius de illa re sententia inde effici nequeat, solummodo commemorat caput eius sacrari et cum eius fasque esse occidi 3): semper quaeri potest, quo-

1) Dionys. Hal. Antiq. L. II. c. 40, ed. Sylb. p. 84 conf. Passow, Handwörterbuch der Griechischen Sprache, verbo ἀλιτκομαι, vol. I. p. 85, bey den Att. meist. gerichtlicher Ausdruck ertappt, verklagt, überführt, verurtheilt werden, verbo ἐξελεγω, vol. II. p. 763, überführen. Nuper accēpi opus Köstlini die Perduellio unter den Röm. Königen, qui in primis Rösshirtum, partim etiam Plattnerum refellere conatus est. Recte distinguit inter mythica et regia tempora, sacras leges tamen nimis restrinxit et plane diversa habet regum tempora et liberae reipublicae: mediam sententiam amplexus est noxios post legem sacram vel a singulis occidi posse, vel a Rege iudicium de iis ferri posse, ut Köstlin scribit p. 132, «wenn die schuld entdeckt wurde und am dem thäter nicht bereits von einem dritten die acht vollstreckt war» et univ. § 17, p. 127-142.

2) Festi de verb. signif. L. XX ed. Dacierius p. 467 verbo sacer.

3) T. Livii Patav. histor. L. II. c. 8 cur. Drakenborch vol. I. p. 268, «sacrandoque eum bonis capite eius, qui regni occupandi consilia inisset. L. III, c. 55, vol. I, p. 771-773. nocuisset: eequid probari debebat eum nocuisse tribunis? p. 774 sacrum sanciri. Dicas

modo ex Livii mente sacer sit factus, an sufficiat unum civem eum tali delicto teneri existimare: magis accurate res a Dionysio et Festo tractatur.

Contrariae sententiae favere videtur Plutarchus in vita Publicolae 1) Valerium legem sacram adversus tyrannos tulisse memoriae prodens, qua liceret cuique civium tyrannidem affectantem *sine iudicio* occidere, dummodo argumentis probaret interfector alterum civem Romae regnare conatum fuisse. Haec simul iudicium parricidii et religiosam maculam respiciunt: φόνου καθάρων talem occisorem vocat, quae coniunctio apud ceteros, quos iam citavi scriptores, etiam occurrit.

fortasse Festum de libera republica hoc intellexisse, sed nonne idem de Livio et Plutarcho dici potest?

4) Plutarchi vita Publicolae c. 12. ἔγραψε γὰρ νόμον ἄνευ κρίσεως κτείνειν δίδοντα τὸν βουλευόμενον τυραννεῖν. κτείναντα δὲ φόνου καθάρων ἐποίησεν, εἰ παράσχοιτο τοῦ ἀδικήματος τιδε ἐλέγχους — οὐκ ἀδύνατον δὲ τὸ μὴ λαβόντα τοῦ κτείναντος φλάσαι κρείττονα γενόμενον. vit parall. vol. I. p. 190. Equid autem ad solam speciem affectatae tyrannidis hoc refert Plutarchus? Si meam sententiam non vis admittere, iuri magis convenit interfectorem argumenta deinde afferre debuisse. Ex mente antiquorum tyrannum occidere licitum fuisse, tyrannicidas saepe laudatos fuisse, non magno est argumento ad meam sententiam resellendam, nam haec saepius obtinebant de illis, qui interficerent cives, qui summo imperio vi potiti essent. Nonne Festus, ut Romanus Graeco praeponeudus est, cum sint aequales? Plattner quaestiones de iure criminum Romano in quaest. sec. p. 27-34 et in notis iudicium negat etiam de iudicio summatum facto, sed mediam viam ingressus est, ni occideretur, qui contra legem sacram fecisset, eum etiam in iudicio perduellionis accusari posse. Dr. Osenbrüggen das altrömische parricidium negat leges sacras regibus regnantibus ad ius publicum pertinuisse veniamque occidendi sacrum hominem cuique concessam fuisse censet, p. 31-36. Moltzer, diss. de causis a reo allegandis, quae deli praesumptionem elidunt Lugd. Batav. 1810, p. I. § 4, p. 20-22, etiam de iudicio cogitat.

Vidit Plutarchus legislatorem, nimis arbitrio, nimis inimicitiae singulorum indulsisse, ni probationes accederent: rem ambiguum explicare voluit, sed ex quibus fontibus haec hausit? fides ipsius ceteroquin saepe est dubia, aliis locis nimis obscure loquitur, nec satis *sacrae* legis rationem habet: ab alio cive verisimiliter accusari debebat occisor; nonne invidiae multum tribueretur, si a singulis penderet, an amicitia, odio vel iuris studio incitati in iudicium vocare vellent, nec ne, eum, qui alium interfecerat. Praeterea de talibus probationibus Livius tacet, quare eum stricte interpretari debemus, cuique ius ac fas fuisse statim, postquam alius magistratum sine provocatione se gessisset, hunc occidere, vel ex Festo et Dionysio eius sententia illustranda est: verbum autem iudicium non stricto sensu hoc loco accipiendum est, poterat esse inquisitio rei de plano et brevi spatio confecta: num Regi tanta potestas fuerit, dubitari licet, saltem saepe hanc Curiis, iudicibus mandabat. Tandem historia liberae reipublicae Romanae nullum certum nobis praebet exemplum, ut deinceps videbimus, sine ulla iudicii forma cives talium delictorum noxios iure occisos fuisse: de iis, qui regnum affectarent, species quaedam iudicii habita est 1).

1) Unus Voekestaert mecum facere partim videtur, omnia tamen ex Festo repetit in dissert. historico-iuridica de L. Cornelio Sulla legislatore Lugd. Batav. 1816, p. 99, 100 quos populus ob malefium iudicaverat — horum conditio proxime accedit ad conditionem proscriptorum ex crudelissimo Sullae invento — sed hi tamen, de quibus diximus, omnes nonnisi post expressam populi sententiam aut in summa necessitate, quum nulla superesset alia ratio expediendae sa-

Niebühr vero accusationem in iudiciis reiecit propter necessitudinem patroni et clientis, quae sic plane

causam *patroni* *et* *clientis* *reiecit* *in* *iudiciis* *propter* *necessitudinem* *patroni* *et* *clientis* *quae* *sic* *plane*

lulis, occidi poterant. In tali causa occisor profecto a poena poterat liberari, sed nonne in iudicium poterat vocari? Non loquor etiam de tempore, quum dictator dictus erat. Maxime mihi adversatur Zirkler, Hochverrath, p. 8, 9, 27 praecipue p. 200. »So lange in dem auf das Weichbild einer Stadt beschränkten enngeschlossenen Kreis noch die Leges sacrae galten, konnte ihn als inneren Feind jeder ungestraft tödten, p. 201. Praktisch beruhte also die Friedloserklärung auf einem vorgängigen Senatusscusse, der jedoch das Recht der Tödtung nicht erst gab, sondern eigentlich nur proclamirte, dadurch gegen die Gefahr und Unlust sicherte, eines Mords verdächtigen processirt zu werden, und dabei aus Mangel an Beweis zu unterliegen, cum p. 192; haec de senatusconsultis ultimorum saeculorum liberae reipublicae, sed spectantur imprimis antiquae leges sacrae. Weiske, Hochverrath, p. 11, 15. Zachariae Luc. Corn. Sulla Zweite Abtheil. p. 120 et not. 168 iurisdictionem ea aetate apud sacerdotes fuisse et poenam mortis, quod ad speciem eius attinet, ab eorum arbitrio pendisse opinatur; sacros a magistratibus impune decidi posse contendit. Rosshirt affirmat hoc Consuli et cuique civium licuisse, über das römische Recht als Quelle des Deutschen Criminal-Rechts, neues Archiv, vol. XI. parte I, p. 5. Niebühr, röm. Gesch. Zw. Ausg. vol. I. p. 339. Götting, Gesch. des röm. Staatsverf. p. 128, 129 et not. 12, § 65, ubi dicit de lege patronorum et clientium, «er soll von jedem gefödtet werden können» et de lege Valeria, p. 275, »Weihung des Hauptes? — Untersuchung und Urtheil gehörte aber nicht an die Centurien, sondern an die Curien, welche über dieses Majestätsverbrechen — als Pärgericht anerkannt waren; sibi ergo contradicere videtur, nam etiamsi lex Romuli non ad delicta contra rempublicam pertineret, formula «sacer esto» tamen eadem, ac iura civium, quae inde deduci poterunt, eadem. Abegg de antiquissimo Romanorum Iure Criminali, p. 48, 49, § 28, aut a quolibet ex populo, Dei nomine in eos animadverti possit — et hoc est, quod sacrae legibus cavetur — et antea »numen certum, Deum Deamve crimine perpetrato vel culpa admissio violari, cum § 27, p. 44, 45 et in notis. Nihil de legibus sacris in specie, quid sit, sacer esse, Dieck scripsit. Omnes

everteretur, idemque de poenis liberorum opinatur, quae a patre iis infligendae erant, sed recte Rosshirt, tametsi tantam patribus familias tribueret potestatem, eam a patribus non exerceri, si magistratus intercebant, vel, si in comitiis liberi accusabantur, exemplo Horatii contendit, quod etiam ad patronos referri licet: error Niebuhrii et Göttingi ex eo natus esse videtur, quod prodicionem delictis contra rem publicam admissis non accensuerint.

Neque apud scriptores antiquos invenias vinculum patronorum et clientium Deo cuidam consecratum

fere recentiores scriptores, etiam Rosshirt qui egregie hanc rem inquisivit, a me recedunt, nec quaestio dubiis obnoxia iis fuisse videtur. Non nisi perpaucam dedit etiam Fr. Creuzer, *Abriss der römischen Antiquitäten*, Leipzig und Darmstadt bei Leske 1829, § 449, p. 157, not. 2 et quidem de libera republica; plura de legibus saceratis, § 453, p. 214, dolendum est eum suam sententiam nullibi fere memoriae prodidisse; voluit sane non nisi compendium dare, quod ipse docendo illustraret, quodammodo etiam § 433, p. 178, ubi tamen non discrete de lege sacra agit, nec etiam Wachsmuth, *die ältere Geschichte des römischen Staates*, Halle 1819, ubi de Romulo et Tullo Hostilio scribit, vol. I, p. 122-141, p. 145-151, neque ubi de clientibus sermonem habet, p. 184-191, neque ubi de iudiciis, p. 221-223. Contra plura dedit nuper doctissimus J. Rubino, *Untersuchungen über römische Verfassung und Geschichte*, Cassel ed. Krieger 1839, quaecum facio quod ad coniunctionem legum saceratum cum religione attinet, valde tamen ab eo discedo scribente, „sacer esto“ war demnach die religiöse Furcht, dass die Götter selbst den verborgenen Frevler zur Strafe ziehen, ihn als ein Opfer — einfordern würden: sie war daher insofern nicht sowohl ein *Rechtsgrundsatz* als eine mit dem Cultus des terminus und der fides, mit dem institute der clientel, u. s. w. verbundene und in dem Volksglaube übergegangene Idee, vol. I, p. 414 et not. 4 cum p. 412, 413 non satis rationem habet notionis hostis, nimis leges sacras ad ius privatum restringit. Iureconsultos non satis consuluisse videtur.

fuisse, unde ius cuiusdam Dei violaretur, delictumque in hunc Deum ipsum commissum videretur, quare huius noxium impune occidere liceret, ut antiquissimas leges sacras et partim etiam legem tribuniciam interpretatus est Abegg leges sacras et sacras tamen non recte distinguens, ut nonnumquam etiam Zirkler et Götting, nec non summae doctrinae vir Plattnerus.

De iudicio perduellionis, parricidii.

a. Ecquid regibus regnantibus tale iudicium existit? quare Horatii iudicium iudicium *perduellionis* est dictum?

Praeter leges sacras Regibus regnantibus iudicium de rebus capitalibus Romae obtinuit, ut plures antiqui historici ac Grammatici testantur, quod ab aliis *perduellionis*, ab aliis vero *parricidii* vel *parici* dicitur.

Livius, ubi caedem sororis Horatii narrat, huius iudicii mentionem facit, imo vero formulam hac in re usitatam nobis servavit, quae de omnibus fere dubitanti Niebührio ex antiquo carmine de Rege Tullo Hostilio pugnae inter Curiatios et Horatios desumpta esse videtur 1). Cum autem ipsa Livii verba priscam

1) Niebühr, rom. Gesch. Zw. Ausg. vol. I, p. 267 et not. 636. »Ja hier hat Livius ein Bruchstück des Gedichts unversehrt erhalten, in den lyrischen Numeri des altrömischen Verses et ita in notis hoc nobis dedit, cum vol. I, p. 360, 381; historiam pugnae caedisque fabulam habet, contra Wachmuth eam veram esse ex formulis iuris fetialis contendit, die ältere Gesch. des röm. Staats, vol. I, pag. 147.

redoleant actatem breviterque sint conscripta, ea iam Regum temporibus scripta fuisse cum Niebuhrio facimus.

„Lex, ait Livius, horrendi carminis erat: Duumviri perduellionem iudicent: si a Duumviris provocarit, provocatione certato: si vincent, caput obnubito: infelici arbori reste suspendito: verberato vel intra pomerium vel extra pomerium.”

Antea Rex dixerat „Duumviro, qui Horatio perduellionem iudicent, secundum legem facio 2), ex quibus minime apparet Tullum Hostilium legem pertulisse, ut Abeggio visum est 2).

De caede sororis agitur, quam Horatius, cum illa

1) T. Livii Patav. Hist. L. I, c. 26. cur. Drakenb. p. 114, 115 et in notis. verbum *carminis* i. e. sollemnis formula, de arbore infelici iam disputavi. Verba omnibus nota sunt, ita tamen cum meo argumento cohaerent, ut ea citare necessarium ducerem. Zachariae (Luc. Corn. Sulla Zw. Abth. p. 119, 120.

2) Abegg, de antiq. Rom. iure crimin. p. 22, not. 28.

Valerii Maximi Libri VIII, cap. I, de iud. publ. § 1, ed. Torrenius p. 695, 696. «M. Horatius *interfectae sororis* crinine a Tullo rege damnatus, ad populum provocato iudicio absolutus est.” Priora minus accurate scripta sunt. Sext. Aur. Victor de viris illustr. ed. Arntzen. cap. IV, p. 69, 70 apud duumviros condemnatus ad populum provocavit, ubi patris lacrymis condonatus.

Conf. Sigonius de iudiciis in Sigonii operibus omnibus Mediolani 1736, in aedibus Palatinis, tom. V, p. 834, 835 iudic. L. III, c. 4, ibi perduellionem interpretatur rem capitalem — deinde poenam, sed deinde suam sententiam mutavit. Cum L. II, § 30, p. 820, 823.

Conf. Mollzer, de causis a reo allegandis, quae doli praesumptionem elidunt. Lugd. Batav. 1810, p. I, § 1, p. 22. Prisciani Grammatici Caesariensis de arte grammatica, L. I, § 3 de numero literarum in opere Grammaticae Latinae auctores antiqui, Hanoviae 1605, p. 553, de verbo *parricida*.

magis sponsum lugeret, quam victoria patriae et fratris laetaretur, interfecerat, delictum a Livio vocatur perduellio: quomodo hoc verbum ab eo hoc loco usurpari potest? Nam teste Festo perduellio designat eum, qui pertinaciter retinet bellum, bellum a verbo duellum derivandum est 1); hoc verbum igitur intelligendum est de hostibus, de iis quibuscum bellum est, cuius rei nos certiores facit M. Terentius Varro. Et multa verba, ait, aliud nunc ostendunt, aliud antea significabant, ut *hostis*. Nam tunc eo verbo dicebant peregrinum, qui suis legibus uteretur, nunc autem eum, quem tunc dicebant *perduellem* 2) et tandem Gaius scribit ad legem duodecim tabularum, quos nos hostes appellamus, eos veteres *perduelles* appellabant, per eam adiectionem indicantes, cum quibus bellum esset 3)."

Primum perduellis, uti hostis notio non nimis urgenda est, saepe dicitur hostis, perduellis pro hostis perduellis instar, ad similitudinem perduellis, deinde Horatius ipsam rempublicam Romanam quidem serva-

1) Festi de verb. signif. L. XX, illustr. Dacierius verbo *duellum*, p. 124, bellum videlicet quod duabus partibus de victoria contentibus dimicatur. Inde et perduellis qui pertinaciter caet. et Dacierius in notis.

2) M. Terentii Varronis de lingua Latina Liber IV, c. 1, ait cornucopius Perotti, p. 1057.

3) L. 234 ff. de verb. signif. (L. L. tit. 16) ibi Gaius L. II, ad legem XII, tabul.

Conf. Cicero de officiis L. I, c. 12, ed. Ernesti, vol. IV, parte 2, p. 828, 829 ed. Orell, vol. IV, p. 2, p. 324.

Hostis apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus — cum quocum bellum geras tam molli nomine appellare. — Quamquam id nomen durius iam effecit vetustas, a peregrino enim recessit et proprie in eo, qui arma contra ferret, remansit.

verat, sed interemerat civem Romanam partem ipsius civitatis 1): praeterea ab aliis scriptoribus iudicium vocabatur parricidii, uno iudicio plura delicta diiudicabantur, quod a gravibus malificiis hoc vel illo nomine dicebatur; universe ei nomen imponebatur de capitalibus rebus, et hac aetate imprimis, (quod aliquomodo ad sequentia tempora transit, in notio caedis parentum (parricidii) maximo cum patria, cum delictis in patriam coniuncta erat. Etenim Cicero libro primo de oratore patriam *parentem omnium Romanorum* dicit 2), in prima oratione in L. S. Catilinam (hunc scelestissimum hominem, *parricidam civium* 3), civem Romanum necare *prope parricidium* in secunda oratione in Verrem vocat, et Sallustius in bello Catilinario, et Florus de bello

1) At praeter alios argumentis illud est adhibendum Horatium civem nullo iudicio damnatum coram *Rege et populo* interfecisse. Horatius igitur Regem et populum hoc facto laesisse existimari poterat, nunquam magistratus et comitorum sibi vindicarat.

Conf. Festus de verbor. signific. verbo sororium tigillum ed. Dacicus p. 518, ubi etiam Paulus: «(quamquam a patre absolutus erat, accusatus tamen parricidii — liberatus est omni noxia sceleris auguriis adprobantibus).» Haec spectant religionem.

2) Cicero de Oratore Libro I, c. 44 ed. Ernesti vol. I, p. 312.

«Vel quia patria parens omnium nostrum,» ed. Orell, vol. I, p. 236.

3) Ciceronis in L. S. Catilinam oratio prima c. 12 ed. Ernesti vol. II, parte 1, p. 759 ed. Orell, vol. II, p. 2, p. 15, «hoc parricida civium interfecto.»

4) Ciceronis in Verrem Actio sec. L. V, c. 66, ed. Ernesti vol. II, p. 1, p. 704, ed. Orell, vol. II, p. 1, p. 376: «Facinus est vinciri civem Romanum: scelus verberari: *prope parricidium, aucari*: quid dicam in cruce tolli! Cicero de officiis L. III, c. 21 ed. Ernesti vol. IV, p. 2, p. 929, ed. Orell, vol. IV, p. 2, p. 425: «Potest enim, Dii immortales, unquam esse utile foedissimum et teterrimum *parricidii*»

Mariano et de filiis Bruti iisdem verbis utuntur: parentibus in officiis enumerandis praepositur patria a Cicerone 1), ex quibus Romanos patriam omnium civium parentem habuisse recte efficit Dieck.

Tandem Horatium accusatum fuisse perduellionis, quod civem Romanam occidisset, magis nobis apparet ex verbo ipso parricidae, parricidii, nam ea aetate hoc delictum de caede omnis hominis intelligebatur, uti patet ex lege Numae „si quis *hominem liberum* dolo sciens morti duit, parricida esto; ex Festo, qui de quaestoribus parricidii scribit „solebant creari causa *rerum capitalium* quaerendarum i. e. de caede omnium hominum ac de gravissimis 2) maleficiis universe, et ex

cidium patriae, quamvis is qui se eo obstrinxerit, ab oppressis civibus *Parens* nominetur? L. Annaei Flori Epitome rerum Romanarum, L. I; c. 9, § 5 p. m. 9. «Brutus vero favori civium etiam domus suae elade et *parricidio* vellicatus est — ut plane publicus *parens* in locum liberorum adoptasse populum videretur L. III. c. 21. § 1. p. m. 83. Hoc deerat unum populi Romani malis iam, ut ipse intra se *parricidiale* telum domi stringeret; de Catilina L. IV, c. 1, § 6, p. m. 89 parricidii innocens. Sallustii bellum Catilinarium, c. 54, 52 p. m. 44, 47, parricidas reipublicae — crudelissimis parricidis.

1) Cicero de officiis libro I, c. 47 et c. 45 ed. Ernesti vol. IV, p. 2, p. 835 et 869 ed. Orell. IV, p. 2, p. 330 et 364. Dieck, Hist. Versuche über das Criminalrecht der Römer, p. 9 et 10. Rabirium, quod civem Romanum occidisset, perduellionis accusatum fuisse affirmat, sed Saturninus erat tribunus.

2) Festus, de verbo, signif. L. XX verbo parici (Scaliger parricidii nescio quo iure, nam parici poterat esse antiquior forma) quaestores appellabantur cet. — Id autem fuisse indicat lex Numae Pompilii Regis his composita verbis, ed. Dacierius, p. 324, cum verbo sacer p. 467, «parricida ne sit. Plutarchi vita Romuli, c. 23, vit. parall. vol. I. p. 57: ἄξιον δὲ τὸ μηδὲμίαν θίσαν κατὰ πατρικόντων ὀφίσσαντα, πᾶσαν ἀνδροφονίαν πατρικόντων προσεπέμειν.

Plutarcho, qui de Romulo commemorat eum nullum iudicium de parricidis constituisse, sed omnem caedem parricidium dixisse. Mihi fortasse quis obiiciat totam Horatorum et Curiatorum historiam fabulam esse et multos haec probare conatos esse libenter confiteor; multa sunt tam incerta ac saepe ornata, ut causam Livii et Dionysii hac in re vix tueri ausim, attamen, si varios antiquos scriptores consulas, de iudicio universe constat; indoles huius aetatis nobis inde apparet, ipsa formula vel tota vel fragmenta eius ad nos pervenerunt, omnia consuetudinibus populi, qui nuper existit, conveniunt.

Nec nobis adversatur Pomponius libro singulari Enchiridii, nam, quamquam de quaestoribus parricidii proprie sermonem habet tempore liberae reipublicae, omniaque manu a Regibus gubernari sine lege certa memoriae prodit, Romulum sequentesque Reges quasdam leges curiatas, quae conscriptae sint in libro Sexti Papirii, talisse affirmat 1) multique ipsius libro insunt errores, ut iam multi ante me animadverterunt, ac cuique liquet, qui eum perlegere et cum ceteris scriptoribus comparare velit.

Tandem Dionysius, Festus, Plutarchus et Livius 2)

1) l. 2, ff. de origine iuris (L. l. tit. 2) comparantur inter se § 23, cum § 1, et § 2.

2) Dion. Hal. Antiq. L. II, c. 74 ed. Sylb. p. 132, 133. T. Livii Patav. hist. L. II, c. 8. cur. Drakenb. vol. 1, p. 268, L. III, c. 55, p. 773, vol. 1, Plut. vita Publicolae c. 12, vol. I, p. 190. Festus verbo *sacer* quam ed. Dacierius, p. 467.

Minus recte celeberr. Plattnerus tanquam praecipuam causam affert in opere quaestiones de iure criminum Romano, e qui civem occidit

de sacris legibus sermonem habentes, quisque suo modo et ex suis fontibus adiciunt eum, qui talem occide-

sive sontem sive insontem, ea facit, quae imperii sunt idque sibi arrogat. Quare sane fieri potuit, ut omne homicidium perduellio existimaretur," quaest. quarta p. 74 cum p. 73. Inprimis hac de re est consul. Dr. Osenbrüggen, das Altrömische Parricidium, Kiel 1841, eius coniectura placet nec tamen plane sententiam eius probo p. 7-15, 17, 22, 29, 39, cum eo convenio delicta non plane eadem fuisse, i. e. ex regula, sed ab eo recedo quod ad iudicia attinet, p. 40-43. Conf. Pauli Manutii liber de legibus cap. XXI, p. 347 ac praec. 348 in Joh. Rosini, Roman. antiquit. corpore absolutissimo cum notis Dempsteri Traiecti ap. de Water 1701, qui minus recte maiestatem, cuius gravissima species esset perduellio, iam a primis Romanorum temporibus repetit.

Mihi prae ceteris persuadet Köstlin vir egregii ac valde subtilis ingenii magnaque doctrinae, quamquam ceteroquin in multis ab eo discedo e. g. de hoc ipso iudicio Horatii facinus solum ut perduellionem diiudicatum fuisse, quod Rex adesset, non, quod populus adstaret, nec ullam rationem similitudinis inter civitatem Romanam et singulos cives Romanos hac aetate habendam esse.

Pater Horatii ex mea sententia non loquebatur, ut irreconsultus; prodicionis ea saltem aetate soror Horatii propter tale factum, si factum dicendum est, non facile damnata fuisset. Köstlin die Perduellio unter den Römischen Königen Abhandlung von Köstlin, Tübingen 1841, § 8, p. 57-67, praec. 60 et 66 et passim cum § 16, p. 126.

Geib, Gesch. des Röm. Criminalprocesses 1842, p. I, cap. V, p. 61, 62, delictum Horatii sine illo dubio habet parricidium Festo assentiens et perduellionem de aliis delictis contra privatos etiam usurpatum fuisse existimat, cum p. 63-65, ubi opinatur iudicium duntaxat virorum obtinuisse de «notorische verbrechen — entweder wegen der Grösse der Beschuldigung, oder aus irgend einem anderen Grunde ein ungewöhnliches Aufsehen gemacht hätten et tamen except. causa; cum not. 43 seqq. inpr. not. 50. Sic quoque negat eadem Saturnini (si delictum esset) fuisse delictum perduellionis, de ipsa re infra disputabo. Woeniger, Zweite Abth. das Provocationsverfahren, p. 1, § 3, perduellionem habet p. 253, 254, «keineswegs bloss ei-

ret, parricidii non teneri neve eam caedem capitalem noxam haberi, in iudicium de rebus capitalibus eos non incidere; itaque ex eorum sententia exstabat tale iudicium iam regum aetate.

§ 4.
Iudicium perduellionis.

b. A quo Rege iudicium perduellionis est constitutum?

Festus legem Regis Numae Pompilii de parricidii

nen unmittelbaren Angriff gegen den Staat oder Unehorsam gegen die oberste Macht, sondern alles was auch nur mittelbar die Ruhe, Ehre und Sicherheit des Staats. berührte. Es lässt sich also vermuthen, dass dies Verbrechen oft weder in den untersten Volksklassen zu suchen war noch überhaupt bloss einzelne betraff, so dass eine Urtheilsfällung in kritischen Zeitverhältnissen dem Könige gerade hierum so beschwerlicher fallen konnte als die Adelpartei überhaupt noch zur Förderung der königlichen Machterweiterungen ein unentbehrliches Element sein musste. Dem zu entgegen war die lex perduellionis eingeführt, conf. nota 4 ibidem de sententia Kästlini et § 5, p. 261—264: valde subtiliter haec scripta sunt, sed si a Numa tales iudices creati et instituti sunt, minus indoli eius regni conveniunt: exemplum Horatii non ostendit factionem patriciorum esse sedandam vel comprimendam. Dionysius et Cicero iudicium Horatii primum iudicium populi fuisse scripserunt, quod primum memoria dignum iudicium esset et quod verisimiliter de hoc uno iudicio in Annal. et Libr. Pontif. mentio facta esset, contra Woeniger op. laud. § 2, p. 243, « das erste Blutgericht in Rom, und mit Livius zusammeng gehalten dieser Fall der erste war, in welchem eine Provocatio an das Volk vorkam. » Haec non plane conveniunt cum eius coniectura de opportunitate perduell. Neque accedere possum sententiae Pauli Manutii cap. XXI, Lib. de Legg. p. 347, 348 sic causam indicantis, cur facinus Horatii esset perduellio, « quia Numa vir sanctissimus parricidium omne perduellionem voluit esse vel quia, si non omne parricidium, saltem illud quod in cognatos affinesve committeretur. »

ciat ipsamque nobis dedit formulam eo verbo, quo proprie de quaestoribus parricidii et de iudicio agit 1); ex ipsius autem sententia et ex rei natura hic Rex iudicii auctor fuisse videtur, et sine ullo dubio Festo magis quam Plutarcho fides habenda est; nam nihil de formula apud vitarum praeclarorum virorum scriptorem invenitur, immerito omnes fere iuris civilis leges Romulo tribuit, neque hanc quaestionem de industria tractavit; commemorat tantum Romulum nullum proprium de parricidis iudicium instituisse, ubi nullum primis temporibus Romae fuisse parricidam narrat, feminas non teneri iudicio eorum, quibus de caede decernendum 2) erat; tandem, ut iam saepe dixi, Plutarchus caute consulendus est, praecipue de temporibus tam remotis.

Plures veteres historici vitam ac res gestas Romuli et Numae memoriae mandantes, Numam plura quam Romulum de iure statuuisse scripserunt, tametsi nonnulla Romulo adscriberent; omnes fere Romani scriptores de historia Romae inter se conveniunt, Romulum quidem urbem condidisse, sed rempublicam a Numa ordinatam fuisse; nam Romulus bellis cum vicinis gentibus nimis distractus fuerat, ut ipsius socii, bellicosus vir, gloriae cupidus; Numa contra pacem firmarat, animos civium *religione ac iure* sedarat.

1) Festus verbo *parrici* quem ed. Dac. p. 324. Conf. etiam de lege Numae Welcker die letzten Gründe von Recht, Staat und Strafe, histor. Theil Cap. XII, p. 542, 543, ubi minus recte opinatur caedis impetu factae noxios apud Romanos mulctam solvendo poena liberari.

2) Plutarchi vita Rom. c. 22, vol. I. p. 57, vita Numae c. 8-15, vol. I. p. 118-129. De feminis vita Romuli, c. 20, p. 54, *δίκην φέρειν παρά τοῖς ἐπὶ τῶν Φονικῶν καθεστῶσι.*

Hoc inprimis patet ex Ciceronis libris de republica, „hominesque, ait, Romanos instituto Romuli bellicis studiis ut vidit incensos, existimavit eos paulum ab illa consuetudine esse revocandos — amoremque eis otii et pacis iniecit, quibus facillime iustitia et fides convalescit — et animos propositis legibus his, quas in monumentis habemus, ardentis consuetudine et cupiditate bellandi religionum caerimoniis mitigavit 1). Deinde alio loco.” Nam ceteri (Reges), etsi hoc quoque munere fungebantur, magnam tamen partem bella gesserunt et eorum iura coluerunt. Illa autem diuturna pax Numae mater huic urbi *iuris et religionis* fuit, qui *legum etiam scriptor* fuisset, quas scitis exstare 2).

Tacitus in Annalibus idem testatur, quamquam ipsius verba de Romulo veritati non conveniunt: „Nobis Romulus, ut libitum, imperitaverat: dein Numa religionibus et divino iure populum devinxit: reperiae quaedam a Tullo et Anco, sed praecipuus Servius Tullius sanctorum legum fuit, quis etiam Reges obtemperarent 3).”

Servio Tullio profecto hoc iudicium non est tribu-

1) M. Tullii Ciceronis de Republica Libros, ed., Moser et Creuzer, L. II, c. 13 et 14, p. 244, 245.

2) Cic. de rep. ed. Moser et Creuzer, L. V, c. 2, p. 445.

3) C. Corn. Taciti Annales Libro III, c. 26 ex recensione Ernesti denuo curavit Oberlinus, vol. I. p. 205, 206; aliquo modo etiam Plutarchus, qui tamen haec ad sacra solum refert in vita Numae, c. 8, vol. I, p. 118, 119, ταῦτα δὲ ὁ Νουμῶς ἐπ' εὐνοίᾳ καὶ χάριτι τοῦ δήμου πολιτευσάμενος, εὐδὲς ἐπεχειρεῖ τὴν πόλιν ὡς περ σίδηρον ἐκ σκληρῆς καὶ πολεμικῆς, μαλακωτέραν ποιῆσαι καὶ διακοσμήσαι.

endum, nam Horatii causa iam antea diiudicata erat: ex Taciti sententia nomisi hi duo Reges ius universe constituerunt.

Leges quasdam a Romulo et aliis Regibus latas fuisse, eas conscriptas in libro dicto *ius civile Papirianum* suo tempore etiamtum exstare affirmat Pomponius 1), quem si cum Cicerone et Tacito conferas, inde apparet leges Numae non solum ius sacrum spectasse, quae sententia confirmatur commentariis Servii ad Bucolica et Georgica: etenim versum 43 Eclogae quartae sic interpretatus est: „Sane in *Numae legibus* cautum est, ut si quis *imprudens occidisset* hominem, pro capite occisi natis eius in cautione offerret arietem,” et ad vs. 387 Georgicorum: „Nam apud maiores homicidii poenam noxius arietis damno luebat, quod in *Regum legibus* legitur 2).”

1) L. 2, § 2 ff. de origine iuris »Et ita leges quasdam et ipse Curiatus ad populum tulit (Romulus). Tulerunt et sequentes Reges, quae omnes conscriptae exstant in libro Sexti Papirii — Is liber, ut diximus, appellatur ius civile Papirianum: non quia Papirius de suo quidquam ibi adiecit, sed quod leges sine ordine latas in unum composuit.” Multa dubia de hoc libro mota sunt, leges de iure civili Reges tulisse ex eo apparet et ceteri scriptores hoc confirmant. Conf. etiam Abegg, de antiquissimo Roman. Iure Crimin. § 8-§ 13, p. 9-19, praecipue § 13, p. 17” Pomponio et hoc loco auctoritatem nullam tribuere possumus;” multi alii hac de re scripserunt, etiam celeberrimus Dirksen de legibus Numae comment. sexta. Uebersicht der hisher. Versuche zur Kritik und Herstellung des Textes der Ueberbleibsel von den Gesetzen der Röm. Königen.

2) P. Virgilii opera edid. Furmannus cum comment. Servii vol. I, p. 70, ad vs. 387, Libri III, Georgicorum p. 423.

«Illum autem quamvis aries sit candidus ipse.”

De his legibus Numae confer. etiam Dr. Osenbrüggen, das altrömische

Priore loco saltem Numam auctorem habet legis; formula huius ab eo citatur; si Festi verba recorderis, de Servii testimonio dubitare non licet, alter alterum explicat. Numa igitur non unam, sed plures leges de variis caedis *speciebus* statuit, culpam a dolo distinxit, de industria hanc rem inquisivit. Nonne hoc etiam nobis argumento esse potest eum iudicium constituisse?

Praeterea Livius de regno Numae Pompilii scribit, „qui regno ita potitus urbem novam conditam *vi et armis*, iure eam *legibusque ac moribus* de integro condere parat;” deinde „ea pietate omnium pectora imbuerat, ut *fides ac iusiurandum* proximo legum ac poenarum metu civitatem regerent 1);” nec nobis idem auctor adversari videtur paulo ante bellum Macedonicum libros septem Numae de iure *pontificio* lingua Latina a L. Petillio sub Ianiculo inventos fuisse memoriae prodens. Praetor eos cremandos esse censuit, quod et Tribunis et Senatui placuit:

Paricidium, ubi in ea formula de homine, qui alium hominem imprudenter occidisset, legit *agnatis* ex emendatione Huschkii, pro *et natis*; in *conciōne* pro *cautione* ex emendatione Jos. Scaligeri: prior coniectura magis placet et ibidem duo loci Festi. Platner, quaest. de iure crimin. Romano, quaest. II, p. 37, 38. Opus celeberr. Dirksenii, *Versuche zur Kritik und Auslegung der Quellen des röm. Rechts*, mihi comparare non potui. Conf. tamen eiusdem script. *vermischte Schriften*, fünfte Abhandl. praec. p. 91, seqq. siebente Abhandl. pr. p. 140-143, cap. I, p. 143-147, tametsi inprimis de seqq. temp.

1) T. Livii histor. I. 1, c. 19, cur. Drakenborch, vol. I, p. 86, cum c. 21, p. 92 et c. 18, p. 81. Cum eo plane convenit Florus Epitome, L. I, c. 2, p. m. 4. «Eo denique ferocem populum redegit, ut quod vi et iniuria occuparat, *religione atque iustitia* gubernaret.

„animadvertit enim Praetor, ut ait Livius, *pleraque dissolvendarum religionum* esse 1):“ non omnia ergo, poterant etiam alia iis libris contineri, quae ad ius sacrum non respiciebant: dubia moventur, num mente religionum subvertendarum hi libri ab aliis conscripti essent 2), et testis nobis est Cicero de iure universe in Pontificum libris agi his verbis: „Provocationem autem etiam a Regibus fuisse, declarant pontificii libri, significant nostri etiam augurales,“ uti etiam Fenestella, et pro parte Seneca.

Provocatio vero non ad ius sacrum, sed, ut 3) Li-

1) T. Livii hist. L. XL, c. 29, cur. Drakenb. vol. V, p. 487-450 et in notis; octo libros fuisse Pontificum dicit Dion. Halic. L. II, c. 73, in sine ed. Sylb. p. 124.

2) Götting, Gesch. der röm. Staatsverf. § 78, p. 174 et n. 12.

3) Cicer. Libros de republ. ed. Moser et Creuzer, L. II, c. 31, p. 301, 302 et in notis. Livii L. I, c. 26. Rubino Tullum Hostilium huius iudicii auctorem habere videtur, saltem provocationis et iudicii formarum, vol. 1, p. 472 et in primis not. 1, magis tamen dubitat p. 317 et not. 1-3, p. 321, sed, quod dumviri provocationem recusarent, nihil probat, nisi legis verba dubia fuisse. Ciceronis verba in oratione pro Rabirio nimis oratorice dicta sunt, ut iis quod ad tempus instituti iudicii fidem habeamus. Livius L. I, c. 26 Tullum Hostilium de lege loquentem inducit, quasi lex iam diu in usu esset, saltem nobis non adversatur.

Contra Köstlin, die Perduellio unter dem römischen Königen, § 6, p. 23, 27-30, 35, 36.

Woeniger (quem duobus annis, postquam haec conscripseram, accepi) nuper Romulo vel Numae quoque iudicium perduellionis et formulam a Livio 1, 26, citatam tribuit. Woeniger, das Sacralsystem und das Provocationsverfahren der Römer. Leipzig Brockhaus 1843, Zweite Abhandlung, p. 1, § 2, p. 243 et not. 3. Wir möchten daher lieber mit anderen glauben, dass eine solche lex bereits dem Romulus oder Numa zugeschrieben werden muss. Talem legem Numae adscribendam esse confirmatur etiam Cic. Tusc. Quaest. L. IV, c. 1,

vius nos docet de caede Horatiana, ad capitales quaestiones referenda est.

Dionysius ius sacrum, religiones a iure civili in legibus Numae afferendis seiungit, legis de terminis et de fide publica mentionem facit tanquam exemplorum Legum Numae de iure civili, quibus cetera coniectura assequi licet; Numam *pietatem* ante omnia homines docuisse, deinde *iustitiam* animadvertit et tandem, quum de terminis motis sermo esset, adiecit, illum, qui talem hominem iura ac sacra laedentem occidisset, securum atque piaculi purum esse, quibus iudicium parricidii et tabem religiosam simul spectasse videtur 1): quamquam autem non disertis verbis me-

ed. Ern. vol. IV, p. I, p. 392, regis institutis, partim etiam legibus provocationis — *divinitus* esset constituta. *Divinitus* multo magis ad Numam quam ad Rom. pertinet.

1) Dionysii Halicarn. antiq. L. II, c. 62 ed. Sylb. p. 123, ἔπειτὰ δικαιοσύνην. L. II, c. 74 Sylb. p. 133, τὰδ' εἰς εὐτέλειάν τε καὶ σωφροσύνην ἄγοντα τὸν ἐκάστου βίον, καὶ εἰς ἐπιθυμίαν καταστήσαντα τῆς φυλακταύσης ἐν ἰμονοίᾳ τὴν πόλιν, δικαιοσύνης πλείττω, ὅσα τὰ μὲν ἐγγράφοις περιληφθέντα νόμοις, τὰ δ' ἔξω γραφῆς εἰς ἐπιτηδεύσεις ἀχθέντα καὶ συνασκήσεις χρεῖνους ὑπὲρ ὧν ἀπάντων μὲν πολλὸν ἂν ἔργον εἶναι λέγειν, ἀρκέσει δὲ δύο τὰ μεγίστης μνήμης τυχόντα, τεκμήρια καὶ τῶν ἄλλων γενέσθαι, eum L. II, c. 73 in ed. Sylb. eod.; cap. 74 de terminis motis et de caede talis malefici, «ἦτε ἀσφάλεια καὶ τὸ καθαρὸν μιάσματος εἶναι,» male Sylburg vertit μίασμα verbo scelus: est piaculum a μαιίνω tingo, contamino, usurpatur etiam pro scelere, sed hoc loco Deos inde irasci innuitur, hoc *expiandum* est. Passow, Lexicon vol. III, p. 172 et inprimis K. O. Müller ad tragoediam Aeschyli Eumenides Abhandlung Blutrache und Verfolgung des Mörders, praecipue Mord-sühne und Reinigung, p. 126-148, 136, 138 seqq. vs. 27, ipsius tragoediae μίασμα, alio sensu inde derivatio μαστὴρ, vs. 161, ἕως, vs. 195, αἵματος δέκτωρ, vs. 270, βρίζει γὰρ αἷμα. alia multa Dionys. Halic. de Horatio scribit ὡς οὐ καθαρὸν αἵματος ἐμφυλίου διὰ τὴν τῆς ἀδελφῆς Φόνον — καὶ τὰ παρὰ τῶν θεῶν ἀπάντων μνημόματα ταῖς μὴ κο-

cum facit, non tamen contrariae sententiae favere videtur.

Hae non sunt merae nugae, nam ex indole Regis partim differentiam iudicii perduellionis et legum sacrarum deducere possumus.

§. 4.

Iudicium perduellionis.

c. Quomodo iudicium perduellionis et leges sacrae inter se cohaerebant, quid differebant? qualis erat notio hostis de cive talium delictorum noxio?

Romulus, uti omnium, quos citavi, apparet testimoniis, multa cum vicinis gentibus bella gesserat, populi, quorum Dux erat, bellicosa indole erant praediti, si secessio facta est, haec eorum mentes ad bellum magis redderat proclives: in ipsius igitur legibus, etiam in lege sacra praeter religionis principia, quae sane non neglexerat, inerat notio belli: ne hostes advenirent, ne cives cum hostibus machinarentur, praecipue illi profugi, qui in asylum convenerant, metuebat, quare si quis sacer in Curiis dictus esset, hostis instar impune a quoque cive poterat occidi, quo nostra sententia Romulum de bello cogitasse confirmatur; nam civem occidere non licebat, lex agebat de transfugis, qui non amplius civitatis censebantur participes: de iis vero leges posterioris aetatis dicebant pro hoste habentur, transfugas licet quasi hostes interficere: verbum perduellis, si alia maleficia hoc prisco tempore eo verbo

etiam designarentur 1), in primis tamen cives spectabat qui hostili animo ipsam rempublicam petebant.

Hanc notionem etiam Numa verbo hostis significavit, cum hac ergo leges sacrae et iudicium perduellionis cohaerent, sed turbulentum civium animum religione ac iustitiae normis sedare Numa voluit, iudicium proprie ita dictum constituens, quo omnia gravissima maleficia, etiam ea quae contra rempublicam fierent, diiudicarentur, veniam interficiendi restringens ad causas, quae in lege sacra nominabantur: quasi hostis etiam habebatur, qui vel civem publice occideret vel ipsam rempublicam adoriretur caet; attamen Rex vel quaestores ab eo creati praeiudicium de eo ferrent, causam inquirerent, si reus provocaret, ipse populus sententiam vel confirmaret vel reiiceret. Damnatus iussu Regis vel quaestorum virgis a lictoribus caedebatur, arbori suspendebatur, aliis civibus talem noxium interficere vetitum erat 2).

Verumtamen Numa leges Romuli non mutavit, ipse legem sacram de terminis motis sanxit et tempora sequentia leges sacras non in desuetudinem abiisse nos certiores faciunt.

Cum fontes hac de re taceant, non liquet an hocce iudicio, ea quae lege sacra Romuli iam puniebantur, etiam diiudicari potuerint, an Numa prodicionem et transfugium mittens, alias cum hostibus machinatio-

1) Nam a Livio dicitur iudicium Horatii perduellionis l. 7, ff. de re milit. l. 9, § 4, de captiv. et postlim., l. 8, § 2, ff. de poen. l. 3, § 6, ff. ad leg. Corn. de sicar. et venef. Hac aetate leges sacrae obsoletae erant, *sacrorum, religionis* in hisce non amplius habebatur ratio, sed *belli, hostis*.

2) T. Liv. hist. l. 1, c. 26, cur. Drakenb. vol. I. p. 116, 117,

nes suis legibus plecti iusserit: si historiam primorum temporum liberae reipublicae consulas ac cum legibus illius aetatis conferas, eadem facta quae lege sacra vindicantur, etiam iudicio perduellionis puniuntur; si Dionysium perlegas 1), omnia, quae a Romulo vel legibus vel consuetudine erant constituta, immota reliquit Numa illa modo addens, quae a conditore urbis praetermissa esse videbat; haec tamen non nimis stricte debemus interpretari, nam Numa magis quam Romulus legislator est habendus, lapsu temporum, cum Romani magis excolebantur, iudicii normis potius quam iure belli causae decerni coeperunt; sic de factis, quae proprie sacra lege puniebantur, deinde saepius inquiri poterat iudicio perduellionis. Proprium Romanis in lege sacra et in iudicio perduellionis erat verbum *hostis*: utebantur vero et verbo *proditione*, nam hoc non tantum apud Graecos scriptores, sed etiam apud Romanos invenitur, noxii ipsi dicuntur *proditores*. Etenim Livius Bruti filiorum facinus *proditionem*, ipsos *proditores* vocat 2). Cicero sic in Pisonem, Clodium et Clodianos invehitur 3).” Qui *latrones* igitur, si quidem vos

«lector, conliga manus.” Accesserat lector iniiciebatque laqueum.

1) Dion. Hal. ant. L. II, c. 63 ed. Sylb. p. 124, ὅσα μὲν οὖν ὑπὸ Ῥωμύλου ταχθέντα ἐν ἰδισμοῖς τε καὶ νόμοις παρέλαβεν ἀπὸ τοῦ κρατίστου τετάχθαι πάντα ἡγησάμενος εἶα κατὰ χώραν μένειν: ὅσα δ' ὑπ' ἐκείνου παραλελειφθῆαι ἐδόκει, τὰυτα προσετίθει —

2) T. Livii Patav. histor. cur. Drakenb. L. II, c. 3, vol. 1. p. 247 per dolum ac proditorem, L. II, c. 4, p. 251. Proditoribus ex-temple in vincula coniectis.

3) Ciceronis oratio in Pisonem c. 10 ed. Ernesti vol. II, parte 2, p. 1309. ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 342. Nepos de Themistocle scribit, « hoc crimine absens proditionis est damnatus. Cornelii Nepotis vitae excellentium imperatorum. Themistocles cap. VIII, Lugd. Batav. ex officina Hackiana 1675, de Miltiade « accusatus ergo proditionis, »

consules? Qui *praedones*, qui *hostes*, qui *proditores*, qui *tyranni* nominabantur?....

Itaque credo si minus frequentia sua vestrum egressum ornando atque celebrando; at omnibus saltem bonis, ut consules, non tristissimis, ut *hostes* aut *proditores* prosequerentur 1). Haec autem oratorio modo ut verba latrones, tyranni declarant, a Cicerone dicta sunt, neque aliquid ex orationibus Caesaris vel Catonis, uti Dieckio visum est, efficere possumus, nam proditoris verbum ibi non occurrit. Cato exclamat „qui patriae, parentibus, aris atque focis bellum paravere — alii intra moenia, in sinu urbis sunt *hostes*” et ambo in orationibus apud Sallustium eos vocant *parricidas*, quod verbum eleganter ab historico ad antiqua tempora respiciens usurpatur, nam, etsi ipsius aetate hoc nomine dicerentur, nemo aequalium Sallustii parricidium et delictum contra rempublicam ad idem redire censebat 2).

sed haec ab eo de Graecis usurpantur, igitur non probant apud Romanos hoc verbum illis delictis proprium fuisse. Miltiades cap. VII, p. 30, 31.

1) Cic. or. in Pison. c. 13, ed. Ernesti, vol. II, p. 2, p. 1312, c. 34, ubi verba *hostis* et *proditor* coniunguntur, p. 4333, c. 40, p. 1342, ubi *praedo* et *hostis*, ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 344, 361, 368, contra Köstlin die Perduellio u. s. w. praec. § 7, p. 33 seqq.

2) Caii Crispi Sallustii bellum Catilinarium ed. Wetstein c. 54, p. 44, ubi oratio Caesaris: «At enim quis reprehendet quod in *parricidas* reipublicae decretum erit,» oratio Porcii Catonis, c. 52, p. 45 et 47. Vos de crudelissimis parricidis, quid statuatis, cunctamini. contra Dieck historische Versuche über das Criminalrecht der Römer, § 16, p. 39-42, ubi eandem vim verbis *hostis* et *proditoris* tribuit et ex variis locis efficere studet perduellionis iudicium in desuetudinem abiisse, quod verbo perduellis eo sensu non amplius uterentur scriptores, de qua sententia postea. — Quare verbum

Tandem in ipsis legibus transfugae *proditores* dicuntur, animus eorum praesumitur fuisse *proditorius*, „qui malo consilio et *proditoris animo* patriam reliquit, *hostium* numero habendus est 1),” ubi tamen maior vis tribuitur verbo *hostis*: qualis sit animus proditorius, explicatur verbo omnibus noto *hostis*.

Ne quis 2) tamen sibi rem ita cogitet, quasi Romani tales cives plane hostibus equiparassent, contrarium declarant leges Pandectarum, quas iam citavi praecipue lex 3. ad legem Corneliam de sicar. § 6. „Transfugas licet, ubicumque inventi fuerint, *quasi hostes* interficere,” neque etiam Cicero in Pisonem vel in Antonium stricto sensu haec verba usurpat, quod imprimis apparet ex ipsius verbis in Philippicis „sin eos, *qui natura cives sunt, voluntate hostes* salvos

hostis non spectaret aliquomodo apud Sallustium eam iuridicam comparationem cum hoste.

1) l. 19, § 4, ff. de captiv. et postlim. etiam l. 8, § 2, de poen.; nec obstat lex, quam etiam iam citavi l. 6, § 4, ff. de re milit. «Exploratores, qui secreta nunciaverunt hostibus *proditores* sunt,” nam sunt proditores, quod machinentur cum hostibus, eorum facti sint socii contra rempublicam, nec magis l. 38, § 1 ff. de poen., nam exploratores etiam puniuntur eadem poena, qua transfugae, quod hostibus faveant secreta civitatis cum iis communicantes.

2) Non satis dilucide Dieck haec mihi videtur exposuisse et inter perduellem et iudicium perduellionis distinguere; § 3, p. 6-7, § 4, p. 7-10, § 7, p. 17-19, aliis locis. Minus recte et accurate Ruperti perduellionem interpretatur, «Ausübung von Feindseligkeiten gegen den Staat, nam his verbis res profecto non definitur, nec additur hoc a cive fieri oportere. Ruperti, Handbuch der Röm. Alterthümer, vol. II, p. 1, verfass. p. 99 et not. 2, ubi minus recte nihil nisi lex notiss. XII tabl. citatur, quum ille hac paragr. de Regum aetate agat.

velis, quid tandem intersit inter te et illos 1).” Antea in eundem Antonium exclamarat. „In te autem, M. Antoni, id decrevit senatus, quod in hostem togatum decerni est solitum more maiorum — tu hostis reipublicae iudicatus 2).” Senatum de Catilinae coniuratione sic alloquitur Cicero: „Nunc illos, qui in urbe remanserunt, atque adeo, qui contra urbis salutem omniumque vestrum in urbe a Catilina relictii sunt, *quamquam sunt hostes*, tamen *quia nati sunt cives*, monitos eos etiam atque etiam volo 3).” Quomodo *hostis togatus* proprie hostis dici potest?

Equites Romani Saturninum vocarunt *hostilem* in *modum* seditiosum 4) et Cicero de caede Catilinae et ipsius sociorum se defendens legem Semproniam de civibus Romanis latam esse, Catilinos non amplius esse cives contendit vociferans „qui autem *reipublicae* sit *hostis* eum civem esse nullo modo posse 5),” quod

1) Cic. oratio Philippica VIII, c. 4 ed. Ern. vol. II, p. 2, p. 1532. ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 5, 39, cum Philipp. IV, c. 4 ed. Ernesti vol. II, p. 2, p. 1530. Orell. ed. II, vol. II, p. 2, p. 504. Philipp. V, c. 8 ed. Ern. vol. II, p. 2, p. 1546. Orell. vol. II, p. 2, p. 514.

2) Or. Philipp. II, c. 21 ed. Ernesti vol. II, p. 2, p. 1485, ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 471.

3) Cic. Orat. in Catilinam II, c. 12 ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 773 ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 26, 27.

4) Cic. or. pro C. Rabirio c. 9 ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 742, ed. Orell. vol. II, p. 1, p. 579, 580.

5) Cic. Or. in Catilin. IV, c. 5 ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 793, ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 42.

Wolfius, deinde Ahrensius, Orellius, alii, vel de omnibus his orationibus, vel de parte earum dubitarunt, tandem Orellius eas omnes spurias esse affirmavit, sed optimis argumentis Vir egregius Madvig

absurdum esset, si stricto sensu hoc acciperemus. Ipsum Senatusconsultum, quo quis hostis reipublicae dicebatur, ad cives pertinebat, eos civitate privabat: quidam opinantur Consules seditiosos quasi hostes interficere potuisse, quae saltem Ciceronis optimatum parti faventis erat sententia: animo hostibus erant similes, si sacri erant dicti, ut hostes, qui terras reipublicae Romanae invadebant, poterant occidi.

Ubi de iure inter gentes agebant Iureconsulti Romani *hostes* recte poterant definire „hostes sunt quibus bellum publice populus Romanus decrevit vel ipsi populo Romano, caeteri *latrunculi* vel *praedones* appellantur 1). Hoc loco sermo est de postliminio civis, nulla vero quaestio de delicto civium contra rempublicam movetur; est causa specialis statum civium spectans. Eodem sensu Pomponius libro secundo ad Quintum Mucium verbum *hostes* interpretatur, „hostes hi sunt qui nobis aut quibus nos publice bellum decrevimus: caeteri latrones aut praedones sunt 2).”

contra Orellium aliosque eas, uti hodie exstant, a Cicerone conscriptas fuisse probavit in opere M. Tullii Ciceronis orationes selectae duodecim iterum recensuit et praefationem criticam novam adiecit Doct. J. N. Madvig, Haaviae 1841, typis Schultzianis. Praef. p. XXXIV-XLIV, inter ipsa argumenta praecipue testimonium ipsius Ciceronis in epist. ad Atticum, L. II, ep. I, et ex Sallustio nihil efficiendum esse; comp. etiam ipsius operis, p. 77, 89, 90.

1) l. 29 ff. pr. de captivis et de postliminio cum ultimis verbis, « ab hostibus (autem) captivis (ut puto a Germanis et Partibus), cum l. 21, § 1, vice hostium non sunt eorum, inter quos iura captivitatum aut postliminiorum fuerunt.

2) l. 118 ff. de verb. signif.

Quam differentiam inter latrones, praedones et hostes etiam animadvertit Cicero in libris de officiis: „ut si praedonibus pactum pro capite pretium non attuleris, nulla fraus est ne si iuratus quidem id non feceris. *Nam pirata non est ea perduellium (i. e. hostium) numero (definitus) sed communis hostis omnium 1).*”

Nec mihi adversatur idem Cicero Ligarium coram Caesare sic defendens. „Quomodo autem de republica bene meritus esses, si tot sceleratos incolumi dignitate esse voluisses, *secessionem* tu illam existamasti, Caesar, initio, non *bellum*: non *hostile* odium, sed *civile dissidium* utrisque cupientibus rempublicam salvam, sed partim consiliis, partim studiis a communi utilitate aberrantibus 2); nam nihil hoc probatur nisi

1) Cic. de offic. L. III, c. 29 ed. Ern. vol. IV, p. 2, p. 937 ed. Orell. vol. IV, p. 2, p. 433.

De verbis hostis, perduellis conf. etiam totius Latinitatis Lexicon consilio et cura Iac. Faeciolati, opera et studio Aeg. Forcellini tert. ed. Schneebergae, verbo hostis tomo II, p. 427, verbo perduellis tomo III, p. 343, ubi minus recte Beier in excursu cap. 3 ad Cic. offic. I, 12, „ut hostis apud Romanos humanitatis sensu aucto promiscue singulum quemque eius populi, quocum bellum esset, *sive arma sive non gerantur*, significasset, *perduellis ad solos armatos*, proprie spectasset. Nam hostis Cicerone teste adhibebatur de omni alio populo, qui a Romanis cognoscebatur.

2) Cic. Oratio pro Ligario c. 6 ed. Ern. vol. II, p. 2, p. 1422, 1423, ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 422, cum lege 21, § 1. Ulp. *non tamen in exitum reipublicae contenditur*, ubi de Iure Captivitatibus et postliminiorum *vice hostium non sunt eorum* ff. de capt. et postl.

Sententiam earum, qui prodicionem a perduellione seiungunt et in Iure Romano propriam prodicioni notionem tribuunt, confirmare videtur Declam. 266 M. Fab. Quintiliani studiis societ. Bipontinae vol. IV, p. 80-83, prodicionis damnatus — sanctissimi iudices,

cives hostibus non plane accenseri: quod hic vocatur *civile dissidium*, ab aliis scriptoribus bellum *civile* dicitur, an noxio delicti contra rempublicam propria esset hostis notio etiam Ciceronis aetate, nec ne, ex hoc loco non apparet. Caesarem mitiori sententiae favisse ad illum solum pertinet: Cicero ut orator loquitur, non ut iureconsultus, omnibus adminiculis *victorem* ad clementiam excitare studet.

Sic Cicero antiquam verbi hostis significationem cum nova comparans de hoste externo hoc intelligit. „Hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus, indicant duodecim tabulae, ut status dies cum hoste.” Itemque „adversus hostem aeterna auctoritas.” Quid ad hanc mansuetudinem addi potest? cum quicum bellum geras, tam molli nomine appellare? quamquam id nomen durius iam effecit vetustas; e peregrino recessit et proprie in eo, qui arma contra ferret, remansit 1). Peregrinus

quod proditorem me esse pronuntiaverint; sed ipse hanc causam fugit, rhetoris partes agit, non vero iureconsulti, deinde initio huius declamationis addit. «In quadam civitate» non igitur nominatum de republica Romana, nec hoc probat verbum proditionem in legibus, in iudiciis iuris sensu usurpatum fuisse, conf. etiam Declam 272, p. 104-108.

1) Cic. de offic. L. I, c. 12, ed. Ernesti vol. IV, p. 2, p. 829 ed. Orell. vol. IV, p. 2, p. 324. Confer. Rosshirt, qui nimis urget notionem hostis. Neues Archiv. des Criminalrechts von Konopak, Mittermaier und Rosshirt, vol. IX, p. 141-143, § 2, über Hochverrath und die angrenzenden Verbrechen. »Wenn das gesammte Alterthum, auch darin *eines* Sinnes gewesen zu seyn scheint, dass es jeden, der eine feindselige Gesinnung gegen das Gemeinwesen trug, dem er angehörte, als sich selbst aus dem Verbande austossend als *Hostis*

saltem non erat civis Romanus nec proprie de cive Cicero scribere poterat „quicum bellum geras, qui arma contra fert (i. e. rempublicam Romanam):“ ipsi ergo Romani scriptores, quamquam in iure non saepe philosophicis notionibus indulgentes, hac in re de notione non quidem de industria mentionem fecerunt, bene

betrachtete; wenn man sich daher ex iure gentium gleichsam berechtigt hielt, den Feind mit der ganzen Familie zu vertilgen, so dass es das wahre Kriegsrecht ist was hier geübt wird, wo die Schuld des Einzeln nicht immer vorausgesetzt und abgewiesen werden kann et not. 4. Recte Dass auch die Alten von Verräthern sprachen — ändert an der Sache nichts — aber es ist hier nicht von einer Vorstellung des Lebens, sondern von der aus der politisch-juristischen Wirkung gebildeten Vorstellung also von dem Begriffe *aus welchem der Staat seine Rechte ableitet*. Und dieser ist im *Altherthume der Begriff hostis.*“

Hanc sententiam probare conatus sum, a prioribus tamen paululum recedens. Melius Hepp, Archiv des Criminalrechts, Neue Folge, Jahrg. 1837, p. 361, cum p. 363, und überhaupt die Vergleichung des Hochverräthers mit dem äusseren Feinde nicht zu weit getrieben werden darf, sondern mehr nur bildlich und im Allgemeinen nämlich dahin aufzufassen ist, dass der Hochverräther gleichsam mit dem bestehenden Staate oder dessen Verfassung Krieg zu führen beabsichtige. Differunt numero, animo, nam externus hostis propter sua commoda universe bellum gerit, nisi ortum sit ad se defendendum, patriae amore ad patriam tyrannide liberandam arma saepe capit seditiosus vir. Aliquo modo etiam Mittermaier, quamquam rem de plano tractat, ut consilio operis congruum erat, in Staatslexicon von Rotteck und Welcker, verbo Hochverrath (Juristisch) vol VIII, p. 2, p. 202. Feind des Staats, cum p. 204. Nicht der gewöhnliche Dolus, sondern jene Absicht verstanden wurde, die bestehende Macht durch Krieg und Gewalt zur Ausführung der hochverrätherischen Plane anzugreifen.“ Uberius Rosshirt in opere Neues Archiv. von Konopak caet. vol. XI, p. 40, 11, § 7, cum p. 16-22, § 9, ubi magis ad meam sententiam accedere videtur nec tamen veterum testimonia satis adhibet.

tamen ipsi distinxerunt inter civem hosti similem et hostem proprie sic dictum, quod confirmatur Ciceronis oratione in Catilinam, ubi eum *civem* habet, *hosti* assimilat. „Castra sunt in Italia *contra rempublicam* in Etruriae faucibus collocata; crescit in dies singulos *hostium* numerus: eorum autem *imperatorem* castrorum *ducemque hostium* intra moenia atque adeo *in senatu* videmus, *intestinam* aliquam quotidie *perniciem* reipublicae molientem.

Deinde „atque hunc quidem unum *huius belli domestici ducem* sine controversia vicimus — *palam iam cum hoste* nullo impediante bellum iustum geremus — quem quidem ego *hostem*, Quirites, quam vehementer *foris* esse timendum putem, licet hinc intelligatis, quod illud etiam moleste fero, quod ex urbe parum comitatus exierit. Utinam ille omnes secum suas *copias* eduxisset.” Si haec duo loca inter si conferas, invenias Catilinam in urbe morantem ad Senatum verba facientem magis civem quam hostem a Cicerone haberi, nam, tametsi eum *ducem hostium*, quod socios in Etruriam ad arma vocasset, diceret, eum *intestinam perniciem reipublicae* moliri contendit, in eum invehitur in ipso Senatu et huius rei mentionem facit: contra, cum urbem reliquerat ad bellum patriae inferendum, de iusto bello *palam* gerendo loquitur: tunc hostis Senatusconsulto erat dictus, non amplius erat civis 1).

1) Cic. Orat. I, in Catilinam c. 2, ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 749, ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 7. Orat. II, c. 1, 2 ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 762, 763 ed. Orell. vol. II. p. 2, p. 17, p. 48.

Tandem apud Paulum legimus „qui deficiunt capite minuuntur. *Deficere* autem dicuntur, qui ab his, quorum sub imperio sunt, desistunt et in *hostium numerum* se conferunt, sed et hi, quos Senatus hostes iudicavit (vel) lege lata utique usque eo ut civitatem amittant 1).” His Iureconsultus cives Romanos trans-

1) L. 5, § 1 ff, de capite minutis (IV, tit. 5). « Quorum sub imperio sunt » proprie de militibus, qui sunt sub imperio ducis exercitus, sed nonne ipsis ducibus imperabat Imperator Romanus, nonne imperium in eos exercebat? nonne multis magistratibus, postquam summi magistratus, ut consul, tribunus cact. Caesares evaserunt, imperium erat ademptum? Maxime iis, quae de hostis notione disputari, adversatur Weiske, Hochverrath und Majestätsverbrechen u. s. w. § 15, p. 49-52, non plane negare potest hostibus apud Romanos comparari noxios delicti contra rempublicam: nimis ex lege 21, § 1, de capt. et postl. efficere studet ex verbis in *exitium*, nam hic agitur de factionibus, de variis partibus, non vero de transfugio, de proditione, ubi saltem noxius exitium patriae spectare poterat. Haec omnia ab eo dicta sunt ad probandum dolum ab hostili animo non differre. Partim meae sententiae accedunt J. H. Zirkler, die gemeinrechtliche Lehre vom Majestätsverbrechen und Hochverrath, p. 4, 6, 10-13, ibi sententia Sigonii invenitur de Horatii iudicio, quod propterea perduellionis dictum fuisse censet, quod coram populo et Rege sororem interfecisset, comp. Sigonius de iudiciis L. II, c. 29, in Sigonii operibus omnibus Mediolani 1736, tomo V, p. 802-807, ubi tamen etiam sententiam defendit perduellionem esse rem capitalem, crimen esse parricidium, poenam esse perduellionem existimandam, sed deinde in alio opere magis veram sententiam defendit. Luden, über den Versuch des Verbrechens nach gemeinem teutschem Rechte, Göttingen 1836, p. 226, 227. Mittermaier in opere Archiv des Criminalrechts, neue Folge von Abegg, Hefster, Birnbaum, Mittermaier, Wächter, a° 1837, p. I ubi iudicium de opere Zirkleri, p. 164-169, praecipue p. 165, 167 et de opere Weiskii, Archiv neue Folge a° 1836, p. 3, p. 478-482, magis tamen Zirklero favet. Feuerbach, Philosophisch-Juridische Untersuchung über das Verbrechen des Hochverraths, p. 5, 7, 9, 19-24, 65-70, Lehrbuch cum notis.

fugas, fortasse etiam duces proditione ad hostes cum exercitu migrantes, et tales seditiosos, de quibus Se-

Mittermaieri Giessen 1836, § 462, 163, p. 451-153. « Der Hochverräther ist Feind des Staats, aber seine Beleidigung ist grösser, als die des auswärtigen Feindes, weil er Bürger, oder doch Unterthan desselben ist. » Horum virorum sententias inter se comparavit Hepp in opere Archiv., Neue folge, ao. 1837, p. 3, p. 353-415, imprimis p. 357, 358, 361, 364, 365, 373, plura alio loco disputabo de Heppi sententia: Feuerbachii sententia in usum communem in Germania est recepta. Cropp de praeceptis Iuris Romani circa puniendum conatum delinquendi parte sec. p. 14-32, distinguit etiam inter perduellionem et maiestatem, temporum tamen non satis rationem habet. Dieck, hist. Versuche p. 10, 11, 16, 17, 40, 41, 412. Dr. H. A. Zachariae, Göttingen 1836. Die Lehre vom Versuche der Verbrechen, vol. I, p. 106. De Bosch Kemper, dissert. de indole iur. crimin. ap. Romanos Lugd. Batav. 1830, p. 3-5, 7, 8. Götting, Gesch. des röm. Staatsverfass. p. 158, 159, § 75, minus recte tamen de duabus speciebus, si civis armis formam reipublicae Romanae mutare vellet, vel coram populo civem Romanum interficeret. Das gemeine Deutsche Criminalrecht von Dr. Theodor Marezoll, Leipzig 1841, § 58, p. 180 et not. 1, p. 81, aliquo modo etiam Hepp, Versuche über einzelne Lehren der Strafrechtswissenschaft, Heidelberg 1827, comment. 10 über das vollendete und unternommene Verbrechen, p. 256-368, imprimis p. 275, 276, Xav. Car. Eug. Lelièvre, Commentatio de conatu delinquendi in Annal. Acad. Lovaniensis 1824-1825, vol. VIII, p. 121-124, Dirksen, Zwölf-Tafel-fragmente p. 654, 655, not. 687, ibi verba Lydi de magistratibus reipubl. Roman., de legibus regis p. 44, 45, De criminibus ad Libr. LXVII et XLVIII Digest. Commentarii Antonii Matthaei 1744, Traiecti p. 312, 313 ad leg. Iul. Maiest. p. 326. J. Carmignani iur. crimin. elementa Libro tertio § 673-677, tit. 2, § 1, tit. 2, § 2 de ceteris speciebus perduellioni proximis § 678-684, tit. 3 de crimine maiestatis ex secundo capite § 682, 683, vol. II, p. 10-14.

Ernesti, clavis Ciceroniana verbis perduellio et perduellis p. m. 663 in gravem errorem incidit perduellionem proprie parricidium fuisse praeiis temporibus contendens Niebühr. röm. Gesch. Zw. Ausg. vol. I, p. 316, 358, 359. confer. the history of the progress and

natusconsulta ferri solebant, designat, non solum ad suam actatam, sed verisimiliter ad prisca reipublicae

termination of the roman republic by Adam Ferguson, London 1830, p. 1-5, uberius tamen de libera republica, ut liber ipse inscribitur. Confer. etiam Clarissimi Adr. Cath. Holtii, hist. iur. Rom. Lineamenta Leodii 1830, aetas I de fontibus iuris, § 4-11, p. 11, 14 et § 48, § 24, p. 32, Historiae Iur. Romani Elementa Traiceti ad Rhenum 1840, p. 12 seqq. Francisci Balduini opuscula omnia in opere Iurisprudencia Romana et Attica 1733, vol. I, ad leges Romuli, § 8, p. 26 et § 11 ad leges XII tabuli, vol. I, p. 70-72. Leges Regiae et leges decemvirales Iusti Lipsii opera studiose collectae in edit. Sylb. Dionys. Halicarn. p. 781 fol. parricidii iudicium Romulo adscribit. T. Liv. Pat. hist. cur. Drakenb. ubi not. ad l. l., c. 26, vol. I, p. 115, ibi Glareanus iudicium Romulo tribuit; Pighius, alii Romulum duas leges, alteram de perduellione, alteram de parricidio tulisse, has retulisse Numam et duumviros constituisse existimant Rubino, Untersuchungen über römische Verfassung und Geschichte, p. 464 cum p. 453, 454, 463, 466 seqq. et not. 1, ibid., ubi refellere studet notionem hostis ad iudicium pertinuisse perduellionis technico sensu. Die ältere Geschichte des Römischen Staates von Wachsmuth, vol. I, p. 214, 245 ubi parricidium speciem habet perduellionis, nimis universe et de sequentibus temporibus liberae reipublicae hoc affirmasse videtur p. 222, cum p. 147 et not. 93, Creuzer, Abriss der Römischen Antiquitäten, Leipzig 1829 ed. sec. § 420, p. 159, suam sententiam in ipso opere non exponit, nisi perduellionem diudicatam fuisse in Comitibus centuriatis: omnes fontes ibi non inveniuntur. Heffter, Lehrbuch des gemeinen Deutschen Criminalrechts, Zweite Auflage, Halle 1840, § 199, n. III, et not. 3, p. 172, § 209, p. 179 et not. 1 et 3-5 ibid.; etiam inter perduellionem et maiestatem distinguit animo hostili, et satis accurate hunc animum sine machinationibus cum hoste externo definit. Henke, Handbuch des Criminalrechts und der Criminalpolitik 1830, Berlin vol. III, § 183, p. 382, 383 etiam de seditione sermonem habet cum p. 394, et in notis. von Wächter, Lehrbuch des römisch-deutschen Strafrechts. Stuttgart 1826, vol. II, § 228, p. 505 cum not. 26, p. 505-507, not. 27, p. 507-510, not. 30, p. 513, not. 31, p. 514.

Bauer Lehrbuch besonderer Theil elfter Titel, § 340, p. 481 et

tempora, quod ad transfugum attinet respiciens nec cives hostili animo cum ipsis hostibus miscet: facto cum animo hostili coniuncto civitate Romae noxii privantur.

§ 3.

Iudicium perduellionis.

d. Ecquid autem ius puniendi Romanorum ex vindicta privata repetendum est? Nonne potissimum religione nitebatur? Nonne hac re etiam leges sacrae et iudicium perduellionis inter se coniunctae erant?

Feuerbach magis philosophice quam historice ius puniendi, et apud populos incultos universe et apud Romanos ex vindicta privata, quae deinde compositione, expiatione temperata sit, repetendum esse contendit eandemque sententiam, sed uberius argu-
mentis ac magis historica via Abegg, Dirksen, Luden, Zachariae Heidelbergensis professi sunt, quam tamen Welcker, Rosshirt, Zirkler, De Bosch Kemper et Götting recte impugnarunt: quod si mea iuris criminalis Romanorum antiquissimo tempore expositio vera sit, ex ea facile patet talem rerum conditionem iam regum temporibus apud Romanos non obtinuisse: iudicia aderant Regis, selectorum iudicum, comitorum, formae quaedam iudiciorum iam obtinebant, ius

not. a, § 341 not. a. Grolman, Grundsätze der Criminalrechtswissenschaft, ed. IV, Giessen 1825, parte III, cap. I, § 326, p. 343, 344 et not. b.

Filangieri scienza della legislazione quod mihi non nisi Franco-gallorum lingua comparare potui, vol. V, L. III, cap. XXI, p. 2, ubi contendit nihil fere ut delictum contra rempublicam factum puniri nisi proditionem, Paris chez Dufart alia versio exstat celeb. viri Benjamin Constant.

ergo se ulciscendi non erat apud singulos cives neque iis a iudicibus concedebatur, nisi in singulis paucisque causis 1).

1) Feuerbach, über das Verbrechen des Hochverraths p. 65, 66. Abegg, de antiq. Roman. iure criminali p. 23-43, et in opere Neues Archiv des Criminalrechts von Kleinschrod, Konopak u. s. w. vol. VII, p. 1. Beiträge zur richtigen Erklärung der l. 5, cod. ad leg. Jul. Maiest. p. 150-153, nimis ex moribus aliorum populorum sententiam suam confirmare studet. Luden, über den Versuch des Verbrechens, p. 57-59. Rosshirt, über das römische Recht als Quelle des deutschen Criminalrechts. Neues Archiv von Kleinschrod, Konopak u. s. w. vol. XI, p. 1, p. 1-22. Zirkler, die gemeinrechtliche Lehre von Maiestätsverbrechen, praesertim p. 27 et in praefat. p. XXVIII. De Bosch Kemper, dissertatio iam laud. p. 3-5. Zachariae, Luc. Corn. Sulla Zweite Abtheil. p. 116-120. Hugo, Lehrbuch der Geschichte des römischen Rechts, ed. XI, vol. I, p. 75. Dirksen, Civilistische Abhandlungen, Berlin, Reimer 1820, vol. I, Zweite Abhandl. über die Criminal-iurisdiction des römischen Senates, p. 101-105. Göttling, Gesch. der röm. Staatsverfassung, § 75, p. 157, cum p. 159, 160 nimis tamen ex notione belli, imperii poenam ex verbo *πρωτὴ* derivat Rubino, nimis etiam compositionis principio addictus, nimis Romanos aliis gentibus, etiam Germanis assimilavit. Untersuchungen über röm. Verfass. u. Gesch. p. 459-462, recte tamen deinde de coniunctione cum religione. Sententiae meae etiam favet Welcker, die letzten Gründe von Recht, Staat und Strafe. Giessen 1843, histor. Theil. cap. XI, p. 458, 459, ubi recte indicat religionem Romanorum imprimis rempublicam spectare cum p. 452 seqq. de Taciti Annalium L. III, c. 26 et 27, cui scriptori nimis fidem habet p. 480 seqq. Cap. XII, p. 536-539, cum p. 540. Plattnerus negat vestigia vindictae in Romanorum legibus occurrere, nimis tamen has leges urgere videtur celeberr. vir, quaestiones de iure criminum Romano quaestio quarta, p. 66-73. Egregie Köstlin, cuius et hoc opus nuper accepi, hanc sententiam, cui iam magnam partem favebat Rosshirt, refellit. Die Lehre von Mord und Todtschlag. Stuttgart 1838, vol. I, cap. I, p. 21-40, praec. p. 25, 29. Conf. etiam Abegg, die verschiedenen Strafrechtstheorien, u. s. w. Neustadt 1835, § 8-§ 10, p. 20-32, cum § 25-27, p. 78-105, primum de vindicta deinde de theoria iusti apud Romanos.

Nullum autem vindictae privatae studium apud Romanos fuisse affirmare non ausim, nam, etsi leges duodecim tabularum, in quibus saltem vestigia priscae iuris supererant, non stricte interpretaremur, tamen fragmenta „si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio esto, tertiis nundinis partis secanto; si plus minusve secuerunt, se fraude esto” alia, ius talionis Romanis non incognitum fuisse declarant, sed exempla Abeggii, uti recte animadvertit de Bosch Kemper, ad ius gentium vel ad ius privatum sunt referenda: si vindicta non generale Romanorum iuris puniendi erat principium, quomodo sola causa esse poterat, cur Diis placeret maleficum puniri: exemplum decemvirorum, qui ut cremarentur, rogabat plebs irae partium sine ullo dubio est adscribendum.

Ius vero publicum, ius de gravissimis delictis cum religione cohaerebat, uti tota civitas religione nitebatur: reges Romulus et imprimis Numa religiosas caerimonias ad ius adhibebant.

Illa etiam, quae a Numa non religionis tantum causa instituta erant, ut *ius terminorum*, de *testimoniis*, cum religione tamen maxime hic Rex coniunxit, nam lapides terminorum Iovi terminali, Fidei publicae consecravit 1). De sacris legibus iam vidimus, at vero in ipso perduellionis iudicio condemnato caput obnubatur, noxius infelici arbori suspendebatur; Horatii facinus sacrificio expiare debebat pater, qui mos

1) Dion. Halic. antiq. ed. Sylb. p. 133, 134. L. II, c. 74. *ἱεροῦς ἀπέδειξεν ἑρίῳ Διὸς τοὺς λίθους, c. 75. πρῶτος ἀνθρώπων ἱερὸν ἰδρύσατο πίστεως δημοσίας καὶ βυστίας αὐτῆ κατεστήσατο.*

verisimiliter in multis gravibus causis obtinebat 1). Nonne haecce Deos, nonne numen eorum, quod placandum erat, vel caerimonias, quae in sacris celebrabantur, spectant? Non solum igitur notione belli, hostis, sed etiam religione sacrae leges et iudicium perduellionis inter se conveniebant.

Patri familias erat ius vitae et necis in liberos, qui in patria potestate erant, dominus eodem iure gaudebat de servis, patronus quaedam iura retinebat vel acquirerebat in servos manumissos, vel in clientes universe, qui ab eo in fidem erant accepti; in iure privato talio vel eius compositio per mulctam saepe adhibebatur, sed quamquam pater filium vel absolvebat vel laudabat, tamen Horatius in forum protractus a civibus quibusdam est accusatus, imo vero iudices eum condemnaverunt 2); etenim filium ex iure patris familias

1) Liv. Hist. L. I, c. 26 et Rosshirt, das röm. Recht als Quelle des deutschen Criminalrechts, in opere Neues Archiv, vol XI, p. 1, p. 20, 21. Mittermaier in opere Archiv des Criminalr. Neue Folge Ao 1843. Beurtheilung der Neuesten criminalistischen Schriften p. II, p. 284 de hac quaest. et de opp. Geibii, Platneri, Köstlini, Osenbruggeni, Wönigeri.

2) Liv. Hist. L. I, c. 26, patre proclamante filiam iure caesam iudicare, ni ita esset, patrio iure in filium animadversum fuisse." Dion. Halic. ant. L. III, c. 24, 22 ed. Sylb. p. 158, 159, ἡ δὲ πατὴρ ἀπελογοῦντο περὶ τοῦ μισθίου κατηγορῶν τῆς θυγατρὸς καὶ τιμαρίαν εἰς Φόβου εἶναι τὸ πρῶτον λέγων· δικαστὴν δὲ αὐτὸν ἄξιον εἶναι τῶν πόλεως καὶ ἀμφοτέρων γενόμενον πατέρα. Non plane inter se conveniunt Livius et Dionysius et nulla fere patriae potestatis in hac causa ratio est habita. Plura infra, cum de Bruti filiorum iudicio sermo erit. Conf. etiam Köstlin, die Lehre vom Mord und Todtschlag, cap. I, p. 40, 41. Geib etiam negat ius puniendi Romanorum ex vindicta repetendum esse, quamquam hoc de origine omnium populorum et in specie de

propter facinus interficere potuisset Horatii pater, hoc praetermisso, iudicibus ei cedendum erat.

§ 3.

Iudicium perduellionis.

e. Ex quo potissimum fonte ius antiquissimum criminale Romanorum derivandum est, an ex legibus sacris, an ex iudicio perduellionis?

Paucae nobis supersunt leges sacrae ex regum temporibus, perpaucae etiam in legibus duodecim tabularum inveniuntur, nam, praeter legem Romuli de proditione ac Numae de terminis motis, Rosshirt Plinio auctore fragmentum duodecim tabularum de furto frugum nocturno affert, ex cuius formula, si cum formula iudicii perduellionis Livii comparas, magis probabile fit hoc delictum iudicio perduellionis plecti. Plinius enim in historia naturali scribit: "Frugem quidem aratro quaesitam furtim noctu pavisse ac secuisse puberi duodecim tabulis capitale erat suspensumque Cereri necari iuebant: gravius quam in homicidio convictum: impubem Praetoris arbitrato verberari noxiumque duplione decerni 1). Nostra vero

populis Italiae affirmat. Geib, *Gesch. des röm. Criminalprocesses* 1842, p. I, Cap. I, p. 45-48.

1) Caii Plinii Secundi historiae naturalis, Libri XXVIII ex recensione Joannis Harduini, Biponti 1782, L. XVIII, c. 3, vol. III, p. 226.

Rosshirt in opere neues Archiv. vol. XI, p. 1, p. 4, 17. Cicero in libris de republ. de Romulo scribit, « multae dictione ovium et bovum (quod tum erat res in pecore et locorum possessionibus, ex quo pecuniosi et locupletes vocabantur) non vi et supplicii coërebat." L. II, c. 9 ed. Moser et Creuzer, p. 229, 230, et ibi not.

lege iudicii perduellionis eadem poena statuitur „infelici arbori recte suspendito, verberato” eadem fere verba usurpantur; quidam interpretes duodecim tabularum coniectura assequi voluerunt „Cereri sacer esto,” sed huic coniecturae repugnant Codices.

Si poenam ignis mittis, fragmentum duodecim tabularum, quod Gaius in libris ad has leges nobis servavit, ad iudicium perduellionis referri potest: etenim ibi legitur „vinctus verberatus igni necari iubetur 1),” non solum de aedibus sed etiam de acervo frumenti agitur; agriculturae vero maxime hi priscae populi Romae operam dabant ac tantam poenam, furto frugum minari primis temporibus alicuius populi convenire videtur: quamquam haecce dubiis non carent, neque ex his efficias talia facinora legibus sacris vindicari. Ne leges sacras praecipuum iuris criminalis Romanorum antiquissimi fontem habeamus, obstat etiam ea delicta, quae contra civitatem essent admissa, iudicio perduellionis puniri et caput civis post Curiarum iudicium sacrari; hunc igitur ab eo temporis momento a quocumque cive impune posse occidi. Nonne enim respublica Romana valde turbata esset ac corruiisset, si haec saepissime fierent?

Leges, „Nurus — sacra divis parentum esto,” — „si quis aliuta faxit ipse Iovi sacer esto,” „si pa-

1 et 2. Si vero haec cum Dionysio, Plutarcho, Livio ac Festo comparas, ad ius privatum sunt restringenda, conditorem urbis nimis etiam laudare videtur Cicero. Confer. Dirksen, Uebersicht der bisherigen Versuchen zur Kritik und Herstellung des Textes der Zwölf Tafel fragmente, Leipzig 1824, p. 545-551.

1) l. 9 ff. de incendio, ruina, naufragio caet. (L. XLVII, tit. 9), Gaj. L. IV, ad l. g. duodecim tabul. Dirksen, op. cit. p. 551-557.

rentem puer verberit ast olle plorassit, puer divis parentum sacer esto 1), a regibus fuerint latae, aliae leges sacrae nobis perierint, tamen non plane Rosshirt accedere possunt scribenti, „das älteste Strafrecht der Römer tritt in der *sacratio capitis* hervor, und diese ist eine Aechtung verbunden mit der Weihung des schuldigen Haupts — wo eine *sacratio* nicht statt fand, konnte die Läsion in *judicio* geltend gemacht werden. Das Gesetz ist hier eine Aufforderung für die Obrigkeit und für den einzelnen den Sänder seinem Schicksale zu überlassen: an ein geregelttes Verfahren gegen den Verbrecher ist daher eben so wenig zu denken, wie an eine Classification der Verbrechen und Strafen 2).“ Etenim hisce Rosshirti

1) L. XX. de verb. signific. Sext. Pomp. Festi ed. Dacierius verbis *plorare, aliuta*, p. 352 et 20. Verba «qui fruges excantasset — neve alienam segetem pellexeris,» cum verbum *sacer* ab antiquis scriptoribus iis non addatur, nihil probant. Conf. Dirksen, op. cit. p. 539-544. Hac in re aliquomodo Abeggii sententiae accedo sacras leges in iure Romano criminali non tantam vim obtinuisse, ut quibusdam visum est. Abegg de antiquissimo Roman. iure criminali, § 27, p. 44-47, § 28, p. 48, 49, valde tamen ab eo dissentio has leges eam tantum partem iuris criminalis constituisse, quae ad divini iuris violationem pertineret, ubi numen certi Dei violabatur. Rosshirt, op. cit. p. 3, 4. Auli Gellii Noctes Atticae quas edid. Gronovii 1706, Lugd. Bat. L. XX, c. 1, de talione, p. 863, 867, 868 confirmat meam sententiam de iudicum potestate verbis «aestimata lite iudex hominem pecuniae damnabat,» p. 872, partes secante — tanta immunitas poenae denunciata est, ne ad eam unquam perveniretur. Multum hac de re disputatum est e. g. a Niebührio, Hugone. Dolendum est illam partem operis Dionysii, qua de iure duodecim tabularum scripsit, nobis deperditam esse.

2) Rosshirt, über das röm. Recht als Quelle in opere neues Archiv, vol. XI, p. 1, p. 22, cum p. 7.

verbis apparet cum leges sacras generale Romanorum iuris puniendi principium habuisse, quod aliis locis ipsius operis confirmatur: quamquam hac aetate Romani non plane erant exculti, tamen iuris studio iam erant imbuti, instituta quaedam, formae nonnullae iudiciorum aderant.

Zirkler leges sacras partem iudicii perduellionis fuisse in ipso opere scripsit, deinde eas indirecte ad hoc iudicium pertinuisse perhibet, et tandem in praefatione has leges cum iudicio in unum coaluisse et iudicium institutum fuisse, ne sacris legibus abuterentur cives contendit, quibus non plane sibi constitissimū videtur, nec satis regum temporum, nec antiquissimarum legum sacrarum in ipso opere rationem habuit 1).

Nuper Rubino parricidium a perduellione, perduellionem a proditione a priscis Romanis distingui, uti ipsa iudicia, probare conatus est: proditionem restringens ad machinationes cum hostibus, perduellionem ad se-

1) Zirkler, die gemeinrechtliche Lehre vom Majestätsverbrechen und Hochverrath, p. 8, p. 27: «Allein auffallend ist es, dass es gerade in denjenigen Widersetzlichkeiten und Verfassungsverletzungen geschieht, deren Würdigung als perduellio — auf einer bloss mittelbaren Subsumtion beruhte, welche mit den legibus sacratis? in der genauesten Verbindung stand.» Hoc loco igitur non distinguit inter leges sacras et sacratas. Praefat. XXVIII: «Es wird mir immer klarer dass die perduellio genau mit dem legibus sacratis? oder einer allgemeinen Friedloserklärung, welche jeden zum Rächer beruffte, verwachsen ist. — Jenes Rächeramt bedurfte eines Gegengewichts dem subjectiven Misbrauch zu steuern und dieses lag in der Talion für denjenigen, der dasselbe zum Vorwand nahm oder aus Leidenschaft ohne gerechte Ursache übte, in ipso opere tempora miscuisse videtur, p. 8, «also jeder der sich iniussu populi eine obrigkeitliche Gewalt anmasste.»

ditionem similiaque facta, quae sine hostium ope perpetrantur: ad exemplum machinationis cum hostibus animadvertebatur ex ipsius sententia in patricos et clientes: parricidium habebatur proprie caedes parentum, neque eius notio usurpabatur de delictis contra rempublicam? Haec plane adversantur testimoniis veterum, Dionysii, Livii, Festi, Plutarchi; nulla mentio illius differentiae fit apud scriptores, nihil ad hoc probandum effici potest ex legibus, quarum formulae supersunt; haec repugnant nomini ac notioni perduellis, verbo parricidae, uti eam interpretati sunt ipsi Romani, sed quamquam doctrina valde imbutus est Rubino, ut suam sententiam de provocatione a Regibus quoquo modo tueretur, haec scripsisse videtur 1).

§ 3.

Iudicium perduellionis.

e. Qui iudices? Quae formae huius iudicii? Ceteroquin et in legibus sacris et in iudicio rerum capitalium paucae formulae conscribebantur, Rex haec interpretabatur et ad similes causas secundum mores protrahebat 2). Rex tam-

1) J. Rubino, Untersuchungen über Römische Verfassung und Geschichte, vol. I, p. 490, 494-496, cum p. 453-453, 461, 462, praecipue p. 466 et not. 1, 467-473, partim hoc efficit ex Liv. Hist. L. VI, c. 4, ubi tamen verbum proditor non doctrinae (Technico) sensu usurpatur.

2) Rosshirt op. laud. p. 9, 40. De Bosch Kemper, dissert. p. 5, 7. Niebühr, röm. Gesch. Zweite Ausg. vol. I. p. 356, 357, Göttling, röm. Staatsverf. p. 157-159. Cicer. de rep. L. II, c. 31, ed. Moser et Creuzer, p. 301, 303. Nuper hanc sententiam infirmare conatus est Rubino provocationem non obtinuisse, nisi in causis perduellionis, non vero in specie proditorum nec in iudicio parricidii, quae

quam summus magistratus de iure civili et de iure criminali respondebat et sententiam summam ferebat.

Ut iam ante vidimus (§ 3 a et b), Numa iudicium de rebus capitalibus, quo iudicium perduellionis et parricidii continebantur, instituerat et varias formulas de iis sanciverat, quae apud Livium et Festum occurrunt. Hisce brevibus formulis, quae a veteribus leges vocantur et certo sensu sic vocari possunt, Numa universe provocationem a quaestoribus duumviris perduellionis vel quaestoribus parricidii dictis ad populum (sc. ad Curias) dederat, et in formula a Livio nobis servata nulla provocationis a Rege fit mentio, Livius ipse iudicium Horatii narrans quodammodo innuere videtur

ab eo seiunguntur, vol. I, p. 481, 482, cum p. 473-475, cum p. 433 seqq. leges regias ex regum imperio perfectas fuisse, non fuisse rogationes contendit, p. 402, 408 seqq. 416 seqq. Egregie ex modo, quo imperium Regibus daretur, Rubinum refellit Göttling, röm. Staatsverf. Dritter Anhang, p. 510-520. Wachsmuth, magnam etiam regibus tribuit potestatem, die ältere Geschichte des Römischen Staates, vol. I, p. 210, 211 cum p. 212, cum p. 221, 222 convenit tamen ibi de iudicio curiarum. Conf. Platnerus quaestiones de iure criminum Romano, prooemium et quaest. I, p. 9-13, cum p. 15 seqq., nimis universe de moribus quasi in iis temporis diuturnum spatium non requireretur, ex regula generali potius « mores maiorum, » de duumviris, quos eosdem habet ac quaestores parricidii, tamen diversos ab aliis quaestoribus (magistratibus qui iudiciis praecrant, quaest. IV, p. 73-75. Ille etiam non satis seiunxit tempora Regum et liberae reipublicae, quod ad tales iudices attinet. Conf. etiam Osenbrüggen, das altrömische parricidium p. 38, 49, 52, 55 iudicia et Regum temporibus plane inter se distinguit, convenit de caede Horatiana eam proprie esse Parricidium, cum p. 56, 58. Mittermaier de hac quaestione et de opp. Osenbrüggen, Köstlini, Platneri, Geibii scripsit in opere Archiv. des Crimin. Rechts. Neue Folge, Ao. 1843, p. II, p. 285, 286.

a Rege non provocari potuisse verbis „Rex, ne ipse tam tristis ingraticus ad vulgus *iudicii*, aut *secundum iudicium*, supplicii auctor esset. Haec tamen verba nimis breviter atque obiter scripta sunt, ut ex iis aliquid certi effici possit; proprie de iudicio duumvirorum agitur: fieri potest, ut causa, cur Rex iudicium duumviris mandaverit, a Livio ipso sine Amalium vel Iliorum Pontificum aut Augurum locis sit excogitata. Cicero contra et Fenestella, (qui paulo post eum vixit) discrete Libros Pontificum et Augurales afferunt ad probandum provocationem ab ipsis Regibus ad populum fuisse. Woeniger nuper existimavit Ciceronem et Senecam (potius Fenesstellam) hos libros non recte intellexisse et in his libris provocationis solum in *causis perduellionis* mentionem fieri, sed si iudicia perduellionis et parricidii hac aetate tam arcte cohaerent, ut mea fert sententia, provocatio procul dubio etiam ad parricidium, quod illa aetate de omni caede dolo malo facta itaque etiam de veneficio accipiebatur, protrahenda est: et si lex a Numa (vel ab alio Rege lata est, qua universe a duumviris (vel quaestoribus) ad populum provocari licebat, provocatio non esse poterat exceptio a regula.

Deinde testimonium Ciceronis in opere, cui tantas operas dedit, in quo multo minus quam in aliis partium studiis vel elegantiae oratoriae favet, reicere non ausim, quum praeterea Fenestellae et pro parte Senecae testimonio confirmetur: testimonia, quae Woeniger citat, valde dubia sunt, et magis indirecte quam directe Ciceronis et Fenestellae locis repugnant, quare coniectura assequi mihi liceat saltem inde a Numa provocationem a Regibus ipsis moribus obtinuisse, ve-

rum a Regum indole et moribus pependisse, an obtineret nec ne. Sic Tarquinio Superbo regnante provocationem et a Regibus et a duumviris vel quaestoribus esse sublatam neque a Bruto esse restitutam, a Valerio Publicola vero lege diserte esse constitutum ab omni magistrato et in causis accurate enumeratis ad populum in Comitibus centuriatis provocari licere.

Iam inde a tempore, quo Servius Tullius Comitia centuriata instituerat, provocatio ad haec Comitia facta est, quamquam a Woenigero discedo ante haec Comitia cives in coetum Comitibus centuriatis similem convenisse, si populo de provocatione iudicium ferendum esset. Provocatio ad omnes cives pertinebat saltem inde a tempore Servii Tullii et Comitiorum centuriatorum.

Geib, Woeniger alique Regum potestatem cum potestate dictatoris et decemvirorum, a quibus nulla provocatio libera republica fuit, comparantes et propter veterum loca et propter narrationem historicorum illorum potestati equiparantes, inde efficiunt ab ipsis Regibus provocationem non concessam fuisse, verumtamen Cicero, qui tam diserte de provocatione a Regibus ad populum scribit, in eodem opere de primo dictatore animadvertit „novumque id genus imperii et *proximum similitudini regiae*”: eius ergo sententia non de provocatione est accipienda.

Livius Papirium Dictatorem loquentem inducit de consulibus tanquam de „regia potestate” et decemvirorum imperium vocat, „haud dubie regnum;” quod nulli magistratus subrogarentur, quod decemviri imperium in alterum annum retinerent, neque a populo in Comitibus iterum summi magistratus essent creati;

Dionysius non ab omni parte eos Regibus acquiparat et a Polybio infirmatur; Lydi testimonium, hisce adversantibus, non magni est momenti.

Libenter concedo Dictatorem non solum propter bellum creari solitum fuisse, magno periculo reipublicae sive ab hostibus sive a civibus imminente eos dictos fuisse; conditio reipublicae tunc plane specialis erat; primis saltem temporibus omnia a Dictatore pendebant, quod de Regibus tam universe affirmari non potest, si modum, quo creabantur, potestatem Senatus et Comitiorum iis regnantibus spectamus; dummodo Ciceronem et Livium duces sequamur. Sic Cicero de Tullo Hostilio memoriae prodidit „ne insignibus quidem regiis Tullus, nisi iussu populi, est ausus uti,” et Livius testatur consules initio *omnem potestatem* et *omnia iura* Regum retinuisse, quae cum Woenigero de solis insignibus et honoribus iis tribuendis accipere nolim. Non necesse est, neque probabile est legem Regiam eandem potestatem iis atque Imperatoribus Romanis dedisse.

Quae Cicero in Libris de Oratore animadvertit provocationem „sine nobilium dissensione,” non dari potuisse et provocationem fuisse „vindictam libertatis,” uti ea, quae Livius scripsit de consulari lege de provocatione post decemvirorum imperium eversum provocationem „unicum praesidium libertatis” vocans, solummodo ostendunt liberam rempublicam sine provocatione revera exstare non posse, cives arbitrio magistratum nimis esse subditos nisi ad Comitia provocare possent, non vero provocationem moribus Regum actatis minus convenire. Ciceronis animad-

versio potissimum pertinet ad leges Valerias de provocatione iterandas, quod Patricii magistratus creati iis non satis obtemperarent et efficerent, ut ab usu recederent. Verbum „etiam” Ciceronis et Senecae pro parte indicat iam illa aetate, iam initiis reipublicae Romanae provocationem fuisse, hoc memoria dignum esse, et deinde hoc tenendum esse, notioni Regum, ut universe apud alios populos intelligebatur, provocationis notionem non semper convenire.

Verba in Rullum de lege Agraria Ciceronis sunt oratoris: sic Cicero in orationibus saepe in regiam potestatem invehitur, ut magis animos civium vel iudicium odio potestatis in cives incitet 1).

1) Loca Cicer. quae citavi, inveniuntur. L. II, c. 32, operis de Re Publ. ed. Moser et Creuzer, p. 306, 307 cum L. II, c. 17, p. 257 (neque obstant loca ibidem, L. I, c. 35, p. 143, 144, c. 36, p. 147, c. 38, p. 154-158, cum c. 39, 40, p. 159-161, nam haec vel maxime de Regis notione universe scripta sunt, ut illa, quae de republica Romana libera inveniuntur, magis oratorice dicta sunt, quam illa quae L. II, occurrunt e. g. c. 32, p. 305, c. 33, p. 307 «plusculum sibi iuris populus adscisceret. L. I, non satis inter varia liberae reipublicae temporis momenta distinguitur, ut ex L. II, apparet. Cum L. I, c. 26-28, p. 110, seqq. Liv. Hist. L. VIII, c. 32, vol. II, cur. Drahenb. p. 791, L. II, c. I, vol. I, p. 240, ibi verba satis nota «quam quod *deminutum quidquam sit ex regia potestate — omnia iura, omnia insignia primi consules tenere.*” De Dictatoribus L. I, c. 23, vol. I, p. 87 (saepe cit. c. 13, minus recte) L. IV, c. 13, vol. I, p. 911, cum L. II, c. 48, p. 315-318, L. VIII, II. Polybii Histor. L. III, c. 78, illustr. Schweighäuser Oxonii 1823, vol. I, p. 397.” *ἀποκράτωρ στρατηγός, ὃς κατασταθὲντος παρακρήμα διαλύσθαι συμβαίνει πάσης τῆς ἀρχῆς πλὴν τῶν δημόρων.*” Creuzer hunc locum habet «Hauptstelle” Abriss der römischen Antiquit. ed. sec. 1829, § 462, p. 234, cum p. 233, 235, 236. Verba Lydi ap. Creuzerum § 161, p. 233 *πατριός τείνον εἰ Ῥωμαίοι τὸν ἐπὶ καίρων μετὰ ἀρχὴν ὄντι κελύου* (de Magistr. Rom. c. 36-38.) I. 2, § 16 et

Ceteroquin cum Geibio et Woenigero facio ius provocationis inde a libera republica sensim paulatinque

§ 18 ff, de origine iuris (Pomponius Lib. sing. Ench) de Pomponii testimonio mox magis discrete agam. Dion. Halic. Antiq. L. V, c. 19, vol. II, p. 158, c. 70 (ed. Reiskii, c. 73, ap. Creuz.) αὐτοκράτορα καὶ ἀνυπεύθυνον — πάντες ἄλλου πράγματος κυρίαν — ἀβάαιρον ὑπομείναν τῶσαννίδα, vol. II, p. 232, c. 73, p. 237, μόναρχος potest tamen opponi duobus consulibus dictator, qui solus imperat. Haec etiam caute accipienda esse iam vidit Creuzer. Polybius non satis spectat alias opportunitates dictatoris dicendi (Woeniger citat c. 79). L. X, c. 1, Dion. nimis rhetorice est scriptum cum cap. 57—59 et passim. De decemv. conf. etiam Liv. Hist. L. III, c. 38, vol. I, p. 691 cum seqq.

Woeniger, das Sacralsystem und das Provocationsverfahren der Römer. Leipzig 1843, Zweite Abh. das Provocat, p. I, § 1, p. 237-241, de fontibus veterum § 2, p. 242, cum § 4, de testimoniis Ciceronis et Senecae, p. 250-256, inpr. p. 252, 253, de dict. et decemv. et p. 255. «So wird die Annahme nicht unmöglich, dass Cicero, der überhaupt seine Nachrichten von der Provocatio nur bei Gelegenheit der Perduellio in den heiligen Büchern sammeln mochte, der darüber vielleicht unverständliche Andeutungen der Annalisten fand und dem nach Jahrhunderten schwerlich noch die ächten Pontificalbücher zur Hand waren — das Cicero irrhümlich zwei ähnliche Dinge verwechselt; statt eines Urtheils unter königlicher Autorität dachte er an ein Urtheil des Königs selbst, cum p. 256, de Senecae testimonio in specie. Valde subtiliter doctissimum virum haec scripsisse ac summa doctrina cum imbutum esse libenter concedo, mihi tamen non plane persuasit. Fenestella hoc discrete affirmabat et quidem alii ex Libris pontificalibus. Ab alia parte convenio cum iis, quae disputat de notione provocationis § 3, p. 246-250, eius indolem fuisse «Politisch- et Rechtlich» spectare — Begnadigung — wirkliche Ungerechtigkeiten hindern. Haec iam contra Köstlinium contendebam, antequam opus Woenigeri ad me pervenerat, cum § 7, p. 274 seqq. de studio aequit. Rom., non satis ibi cogitat de crudelitate iurium creditoris praeis tempor. § 5, p. 257-264, egregie exponit sententiam aliorum script. recent. Geib, Gesch. des röm. Criminal. proc. aet. I, p. II, cap. III, p. 152-156, in eandem sententiam atque Woeniger discissit, tametsi hoc opus scribens eum legere non potuerit. Ciceronem

auctum fuisse et cum notione libertatis Romanorum variis liberae reipublicae temporibus, ac cum notione summae populi potestatis in Comitibus valde cohaerere.

Afferre solent scriptores locum Ciceronis de republica, qui tamen maxime ius privatum spectare videtur: etenim ibi legimus, „neque vero quisquam privatus erat disceptator aut arbiter litis, sed omnia con-

interpretatur «so darf man doch nicht vergessen, dass alle derartige Gerichte eben bloss von den Königen bestellt wurden» et tamen de regia potestate «eine Provocation dagegen in Beziehung auf die von den Königen in Person gesprochenen Urtheile scheint mir mit der Würde und dem ganzen Charakter des Königthums durchaus untrüglich.» de pot. Senatus et Regis p. I, p. 21, 22 censet consilium senatus proprie non requiri, neque semper obtinuisse. Cum cap. III, p. 39-42, ubi contendit Reges senatum potius consuluisse quam senatum iudicium per se spectatum tulisse, quod satis probabile videtur. Sententiam Geibii de provocatione non plane accurate exponit Mittermaierus in opere Archiv des C. R. N. F. 1843, p. III, p. 427. «Im bezug auf das Provocationsverfahren nimmt Hr. Geib an, dass jetzt seit Wiederauffindung der Schrift von Cicero de republica kein Zweifel mehr seyn könne, dass zu den Zeiten der Königen selbst gegen ihre eigenen Entscheidungen eine Provocation gestattet war. Conf. tamen p. 328, ubi aliquatenus sententiam in melius mutat. Cnm p. II, ibid. p. 289. Seneca Epist. ad Lucilium Epist. 108. Studiis societ. Bipontinae 1782, vol. IV, p. 62, scribit de prov. ratione habita reipubl. Ciceronis et prov. Reg. aet. fuisse non plane pro certo affirmat. Cicero de rep. I. II, c. 31, p. 301, 302. Cic. de lege agraria Orat. II, c. 43 ed. Ern. Vol. II, p. 699, intolerantiam Regum — cognitio sine consilio, poena sine provocatione «priora iam ostendunt haec non striete esse accipienda: sic quoque verba «speciem ipsam tyrannorum» ibi inveniuntur. Recorderis, precor, quomodo ibi Gracchos laudet, conf. etiam Cic. de Legg. I. III, cap. 3 ed. Ern. vol. IV, p. II, p. 798, 799 de dict. idem iuris, quod duo consules teneto; paulo ante «discordiaeve civium escunt.» Cautè tamen de temp. tam remotis hoc Cic. opus est consulendum. Fenestella scripsit Annales et mortuus est a^o 21, p. C. n. conf. Baehr, Gesch. der röm. Litt. §. 201, p. 412.

ficiebantur iudiciis regis 1).” Nonne vero verba *arbitrè, disceptator, lis propria* erant privatis iudiciis?

Magis autem obstant, quae Dionysius de Romulo narravit ipsum de gravibus delictis statuissè, Senatoribus mandasse, ut de minoribus maleficiis sententiam ferrent, et de Servio Tullio hunc delicta contra rempublicam inquisivissè, ad delicta contra privatos diiudicanda iudices constituissè. Attamen ipse sibi contradicere videtur narrans Servium Tullium regiam potestatem minuisse, quum priores reges omnes lites ipsi iudicarent omnesque accusationes ad eos deferrentur 2). Pòmponii autem testimonium parvi pretii est nec sibi constat. Reges cum consilio i. e. cum Senatu iudicasse Livius et Cicero nobis sunt

1) Cicero de republ. L. V, c. 2 ed Moser et Creuzer, p. 444, 445.

2) Bion. Halic. L. II, c. 44 ed. Sylb. p. 37, τῶν τε ἀδικημάτων τὰ μέγιστα μὲν αὐτὸν δικάζειν τὰ τε ἐλαττώτα τοῖς βουλευταῖς ἐπιτρέπειν, cum L. IV, c. 25 ed. Sylb. p. 228, 229 de Serv. Tull. « ἄλλὰ καὶ ἐν οἷς τὴν βασιλικὴν ἀρχὴν ἐμίωσθε τὴν ἡμίσειαν τῆς βουσιῆς αὐτοῖς ἀφελόμενος· τῶν γὰρ πρὸ αὐτοῦ βασιλέων ἀπάσας ἀξιώσεων ἐφ' ἑαυτοῦς ἀγεῖν τὰς δίκας καὶ πάντα τὰ ἐγκλήματα τὰ τε ἴδια καὶ τὰ κοινὰ — ἐκείνος διελθὼν ἐπὶ τῶν ἰδιωτικῶν τὰ δημόσια, τῶν μὲν εἰς τὸ κοινὸν φερόντων ἀδικημάτων αὐτοῖς ἐποιεῖτο, τὰς διαγνώσεις τῶν δὲ ἰδιωτικῶν ἰδιώτας ἔταξεν εἶναι δικαστὰς, nimis rhetorice et universe, quae idem Dionysius initio L. X, Antiq. scripsit, ἄλλὰ τὸ μὲν ἀρχαῖον εἰ βασιλεὺς ἐφ' ἑαυτοῦ ἐτάττων τοῖς δευτέροις τὰς δίκας καὶ τὸ δικαιοῦν ἐπ' ἐκείνων, L. X, c. 1 ed. Sylb. p. 627, spectant praeterea illam ἰσηγορίαν et ἰσονομίαν, quae civibus data est duodecim tabulis. Hugo, civilistisches Magazin, 4te Ausg., Berlin 1823, vol. I, p. 35-37, ubi etiam quaedam de locis Dionysii, uti etiam Wachsmuth, vol. I, p. 222, qui tamen rem non satis accurate interpretatur. Probabilitati convenit hos iudices cum Niebührio et Göttingio de centumviris intelligere. Niebühr, Zw. Ausg, vol. I, p. 441, 442. Götting, § 92, p. 240, 241.

auctores 1): nimis philosophice ac rhetorice rem tractat Tacitus. Quamquam de regum potestate multa dubia mota sunt ac veteres inter se non plane conveniunt, ex his et imprimis ex legis verbis efficere licet Numam iudicio rerum capitalium praeposuisse

1) l. 2, § 4 ff. de origine iuris cum § 2 et 3, «sine lege sine iure certo, sed iam Romulus Pomponio auctore leges tulit: deinde: «omniaque manu a regibus gubernabantur;» haec ergo caute accipienda sunt. Manifestus error § 3. Omnes leges hae exoleverunt (nempe regiae), diserte quasdam leges regias etiamtum vim obtinuisse nos docent Livius hist. L. VI, c. 4, cur. Drakenb. vol. II, p. 257: «Inprimis foedera ac leges (erant autem eae duodecim tabulae et quaedam regiae leges) conqueri;» et ipsa historia Romanorum. Cic. de republ. L. II, c. 8. Multo etiam magis Romulus *patrum auctoritate consilioque regnavit*, p. 225, c. 9, singulari imperio et potestate regia tum melius gubernare et regi civitates, si esset *optimi cuiusque ad illam vim dominationis adiuncta auctoritas. Itaque hoc consilio et quasi Senatu fultus et munitus*, p. 226, et quae de interregno commemorantur a Cicero. de rep. L. II, c. 12 ed. Moser et Creuzer, p. 241. Liv. Hist. L. I, c. 49 ed. Drakenb. vol. I, p. 199, cognitiones capitalium rerum sine consiliis per se solus exercebat, quod Tarquinio Superbo crimini vertebatur et Dion. Hal. iam citatus, L. II, c. 14. p. 87, Sylburg. Verba Livii I, c. 26, «raptus in ius ad regem» declarant iudicandi potestatem vel saltem ordinandi iudicia vim apud eos remansisse: deinde «clemente legis interprete.» Recte Rubino de Senatus auctoritate ac potestate, sed a veritate recedunt, quae inde deducit de minore comitiorum potestate, vol. I, p. 419, n. 3, p. 428-430, et in notis nimiam vim tribuit loco Taciti Annalium, L. III, c. 26 ed. et III, c. 36, p. 216; nescio quomodo aliquid ex ultimo loco effecerit. Rubino I, p. 422-424. Vituperandus est Dirksen, quod Senatum regibus regnantibus iudicandi potestatem habuisse plane denegat nec mentionem faciat eius rei reges Senatum consuluisse: non unus Dionysius nobis est testis, ut Dirksen opinatur, sed Livius et Cicero. Civilistische Abhandlungen, vol. I, p. 100, 101, de comitiorum potestate convenit, nimis tamen eam restringit; confer. etiam Rubino vol. I, p. 144 seqq.

iudices ea conditione, ut a Regibus, quotiescunque causa obveniret, creari possent: hisce saepe ipse Numa ac reges sequentes talem potestatem mandarunt, ut pro parte recte coniectura assequi mihi videtur Götting, ne ipsorum regum potestas a populo in Comitiiis curiatis infirmaretur, attamen hac Numae lege ius regibus non ademptum fuisse videtur ut summis magistratibus, iudicibus summam ante provocationem sententiam ferendi Senatores consulentes; gravissimas etiam poenas de civibus sumere poterant, nisi reus ad Comitia provocaret. Hoc vero iure nonnumquam utebantur et universe, si res dubia esset, ius etiam de criminibus interpretabantur, ipsi iudicium praeiudicio, uti Comitiiis praeerant.

Iudices dicebantur regum aetate duumviri perduellionis vel quaestores parricidii a numero vel a munere inquirendi; uti ipsa maleficia inter se cohaerebant, ita iudices uno vel altero nomine designabantur; quod ex Livio de regum temporibus hac in re optimo fonte apparet, si cum Festo eum comparas, nam in causa Horatii, cuius delictum proprie parricidium erat, Livius narrat duumviros perduellionis sententiam tulisse. Magistratus igitur non erant, quippe non annui, sed ad singulas causas electi, neque obstat Tacitus 1),

1) Tac. Annal. L. XI, 22 cur. Oberlino, vol. II, p. 33, 34.

Ulpianus l. un. ff. de officio quaest. (l. 13), pr. cum § 1 a et a genere quaerendi quaestores initio dictos et Iunius et Trebatius et Fenestella scribunt, cum § 2. Quid *genere* quaerens estne inquirendi aut pecunias quaerendi, aut causam inquirendi? l. 2, § 22, cum § 28 ff. de origine iuris.

Liv. l. c. 26, *facio*, VI, c. 20, *creatos*, nec obstant verba, quae ibidem

qui diserte de quaestoribus, qui aerario praecērant, scribit, neque Ulpianus, qui magis, si non solum, de

occurrunt, « qui de perduellione anquirent, » nam adicitur « per duumviros — damnatum, neque ea lectio dubiis caret: si vera est, utroque munere fungebantur. M. Terentius Varro de lingua Latina, L. 4, c. 14, in opere Auctores linguae Latinae p. 15, verbis quaestor et praetor de hoc « qui iuri et bello praecērat, » de illo « quaestores a quaerendo qui conquirent pecunias publicas et maleficia. » Lydi opus de magistrat. Roman. mihi comparare non potui, locus eius invenitur apud Creuzerum. Zonaras VII, c. 13 ed. Fugger et Wolf parte sec. p. 20 scribit quaestores primum iudicasse de questionibus capitalibus, deinde his muneribus privatos aerario publico praefectos fuisse. Lydus « οἱ πρῶτον μὲν τὰς θανατῖμοις δίκας ἰδικοῦν — ὕστερον δὲ καὶ τῶν χρημάτων διοικήσιν ἔλαχον — μετὰ ταῦτα δ' ἑτέροις μὲν ἐπιτρέσθη τὰ δικαστήρια. Plane recedo a Rubino vol. I, p. 310 et not. 2, p. 311-328, qui plane duumviros a quaestoribus seingit: a Creuzero Abriss. der röm. Antiq. § 155, p. 219 et not. 220, 221, § 156, p. 221-224, § 157, p. 224, 225. De Livii auctoritate mecum convenit Dirksen, Civil. Abhandl. vol. I, p. 101, « Livius, bei der Erzählung des Processes gegen den Horatier, welche deutliche Spuren einer strengen quellenmässigen Behandlung an sich trägt und uns nicht, wie die des Dionysius, durch rhetorischen Bombast anekelt. » Festus verbo parici p. 324, « qui solebant creari, » Dion. Halicarn. L. III, c. 22, p. 158, 159 ed. Sylb. τῶν πολιτικῶν ἀνδρῶν οὐκ ἄφαυτοι. Equid hisce quaestores, duumviros designare vult? res dubia est. Wachsmuth, ältere Geschichte des röm. Staates, vol. I, p. 214-216, eosdem fuisse quaestores et duumviros perhibet, quaestorum munus primum fuisse, ut maleficia vindicarent, deinde ut pecunias publicas conquirent. praec. Creuzer, Abriss der röm. Antiq. § 155, p. 219-221, § 157, p. 224, 225, propter Varronis testim. quaestores parrio. et pecun. conquir. eosdem habet.

De Senatoribus iudicibus Götting, röm. Staatsverf. p. 158, 159 et not. 1-5, ad p. 158, not. 1, 2 ad p. 159, Dion. Hal. II, 14 ed. Sylb. p. 87. Polybii historia illustravit. Joh. Schweighäuser, Oxon. 1823, vol. II, p. 327, L. VI, c. 13, ἑμῶν καὶ ὅσα τῶν ἀδικημάτων τῶν κατ' Ἰταλίαν προσδέεται δημοσίας ἐπισκέψεως, λέγω δὲ τὸν προδοσίας, συνωμοσίας, φαρμακείας, δουλοφονίας, τῶν συγγλῆται μέλει, περὶ πότῶν eum c. 14 eod.

eadem specie quaestorum agit, nec Varro, qui originem verbi *quaestoris* universe indicat et tres species enumerare videtur, nam certis argumentis probari nequit quaestores quaestionum perpetuarum plane eosdem fuisse ac quaestores parricidii priscae aetatis; sic idem Varro potius verbum *Praetor* quam rem ipsam explicat, neque ibi rationem diversarum aetatum habet: tametsi universe Pomponio non magna fides sit habenda, hoc loco tam diserte quaestores aerarii a quaestoribus parricidii distinguit, ut vix dubitari liceat, quum ceterorum testimonia magis dubia sint.

Sed prae ceteris mihi persuadet Livius, qui commemorat hos duumviros *creatos* fuisse a Rege, verba *creare, facere* usurpat, ac verisimiliter ipsam formulam legis in libros historiarum transtulit.

Dionysius nimis obscure de hoc iudicio ac de causa

p. 328, « τιμῆς γὰρ ἔστι καὶ τιμωρίας ἐν τῇ πολιτείᾳ μόνος ὁ δῆμος κύριος. Conf. Clariss. Holtii iuris Romani Lineamenta, Leodii 1830, p. 12, § 3. « Dubitari potest, an hi quaestores magistratus stricto sensu, attamen iis proxime accedunt. l. 1 ff. de iust. et iure. Livii hist. L. III, c. 14 ed. Drakenb. vol. I, p. 637 seqq. Dion. II, 29 ed. Sylb. p. 99. Contra K. S. Zachariae, Heidelb. 1834, Luc. Corn. Sulla parte 2, p. 145-148, not. 209-215. Rosshirt über das röm. Recht als Quelle des Teutschen Criminalrechts, Neues Archiv vol. XI, p. 1, p. 18 et not. 26, 28. Hüllmann, Röm. Grundverfassung p. 143, 144 cum p. 142, quaestores et duumviros eosdem habet, eos seiungit a quaestoribus aerarii, recte etiam ex numero qui semper duo fuit parricidii, cum aetate liberae reipublicae, quo etiam tum adessent, quaestorum aerarii numerus iam creverit ad duplum. Nuper Ruperti quaestores et a duumviris perduellionis et a quaestoribus parricidii seiunxit, quam sententiam nullis argumentis probavit. Handbuch der römischen Alterthümer, vol. II, p. I, Verfass. des röm. Staats, Hannover 1842, p. 142 et in not.

Horatii agit, solummodo mentionem facit de civibus non parvi loci in republica, qui Horatium accusarunt, quod non purus esset a sanguine cognatæ rem non bene perspexisse videtur quippe Graecus.

Göttlingio ac Dionysio debeo mihi in mentem venisse iudices fuisse Senatores, nec tamen Göttlingii argumentis accedere possum, nam loca Polybii, quibus sententiam suam probare conatus est, ad tempora huius historici restringenda sunt, et praeterea illa pertinent ad iudicandi potestatem Senatus de populis Italicis et de coloniis, non vero de ipsis civibus Romanis: ipse Polybius hanc Comitibus tribuit. Sed Dionysius, ut iam indicavi, Romulum delicta leviora Senatoribus mandasse narrat, Cicero auctoritatem Senatus Romuli imperio esse adiunctam memoriae prodit et Livius Tarquinium Superbum tyrannum vocat, quia cognitiones rerum capitalium sine consiliis per se solus exercebat. Tandem Titus Quinctius Capitolinus primis liberae reipublicae temporibus ut quaestor rerum capitalium Volscium accusavit, postquam ter consul fuerat, hoc igitur munere ut Senator fungebatur.

Contra Zachariae Heidelbergensis iudices Pontifices fuisse, quia maleficia contra rempublicam admissa a Pontificibus plectebantur, opinatur, quaestores parricidii a duumviris perduellionis seiungit, hosce nonnisi ter in historia Romanorum occurrere existimans, cum quaestores saepius commemorentur ac magistratus anni facti essent: cui sententiae partim favent Creuzer et nuper Rubino, qui in primis ex testimoniis Taciti et Ulpiani et, quod quaestores parricidii et aerarii iidem essent, Varrone auctore hoc efficiunt; regum

aetatem a liberae reipublicae temporibus non satis distinxisse mihi videntur: quae de pontificibus dixit Zachariae, probationibus indigent.

Varia etiam dubia moverunt Zachariae et Ross-hirt, an iudices, an inquisitores, an vero accusatores fuerint quaestores, parricidii: ille ex definitione Festi et verbis Varronis eos argumenta collegisse et reos apprehendisse contendit: hic verbum „vincent” de accusatoribus „iudicent” de iudicibus interpretatur; omnia dubia esse censet 1).

Livii autem narratio de iudicio Horatii et prae aliis ipsa verba legis, quae nobis servasse videtur, indicant illo saltem tempore hoc de iudicibus intelligendum esse: verbum *vincent* explicandum est populum (Comitia) sententiam praedicti confirmatum esse: quomodo vero iussa alterius duumvirorum accipienda essent, „Lictor, conliga manus,” nisi sententia iam ab iis lata esset? quae esset provocatio nisi de iudicio?

1) Contra meam sententiam Welcker, die letzten Gründe vom Recht, Staat und Strafe, histor. Theil c. XII, p. 535, 536 et passim. Des Tullus Hostilius bloß factisches Ernennen von Richtern bey Gelegenheit des Schwestermörders Horatius ist — kein Gegenbeweis;” nam antea scripserat «Strafgewalt ohne Beschränkung durch Gesetz — der Willkühr — der Könige überlassen war. De delictis contra rempublicam doli, animi hostilis nimis protrahit notionem Köstlin die Perduellio unter den röm. Königen, § 7, p. 40-44 cum p. 47-49, vel maxime digna sunt, quae legantur, ea quae Köstlin in eodem opere scripsit de duumviris et quaestoribus parricidii summa doctrina ac subtilitate, nec tamen mihi persuasit, § 9-16, p. 67-127, ex eius sententia iam tunc quaestores erant magistratus, a quibus nulla esset provocatio, duumviri creabantur exceptionis causa, unus Ciceronis locus de Cassio eum fugisse videtur de republ. L. II, c. 35 ed. Moser et Kreuzer,

Livii mens est, et ita res sese habebat illa aetate, ut coram populo duumviri et reus causam suam defenderent, ut illi rationes afferrent, cur Horatium damnassent, reus contra probaret se delicto non teneri, se posse excusari vel iure facinus perpetrasse; tunc populus sententiam rogabatur et uno verbo, veluti „ab-

p. 313, 314. Köstlinii sententia repugnat historiae Romanae et primorum temporum liberae reipublicae et legum duodecim tabularum. Etenim quod ad provocationem et iudicia attinet, non verisimile est paulo post liberam rempublicam constitutam totam iudiciorum iudicumque conditionem mutatam fuisse; in duodecim tabularum lege antiquum institutum quaestorum parricidii, cuius scriptores meminerant, quasi diu antea vigerit, probabiliter est confirmatum: quod hac de re scripsit Köstlin, est mera coniectura. Aliquo modo populus in hac causa Horatio condonasse dici potest; tamen etiam de aequi studio cogitasse videtur et universe hoc principio et non solum condonandi modo, ut Köstlin voluit, provocatio populi iudicium mihi nisi videntur conf. etiam doctiss. J. L. Ram, diss. de minist. publ. origine in criminum causis Traiecti ad Rhenum 1840, cap. I, p. 15-17, cum p. 304 et not. I. Dubitat, an duumviri sint iudices, an accusatores, an quaesitores; de pluribus locis deinde sermo erit. Ibi etiam citatur sententia Waltheri de diversis muneribus quaestorum et duumvirorum. De testimoniis Pomponii et Lydi de quaestoribus consulatur Dirksen, *vermischte Schriften*, vol. I, Dritte Abhandlung, cap. I, p. 50 seqq. cum cap. 2, p. 70 seqq. praecip. cap. I, p. 56, 57 et not. 13: hoc opus editum est Berolini 1841, ap. Besser. Minus recte Ruperti affirmat, curias duumviros Regum tempore creasse et tamen Livium citat, qui hoc de Rege narrat. *Handb. der röm. Alterthümer* vol. II, p. 6. *Verfass.* p. 49 de Regis potestate, p. 43-45. Contra recte munus duumvirorum creandi Geib (*Geib* Cicero's libros de republica non satis consuluit.) Regibus tribuit, quamquam nimis dubitat de potestate Senatus, nimis seiungit hac aetate duumviros perd. a quaest. parr.; recte tamen eos iudices habet. *Gesch. des Röm. Crim. Processes*, p. I, cap. I, p. 15, 16, 21, 22; cap. IV, p. 39, cap. V, p. 59-73.

solvo," „condemno" iudicium confirmabat vel reum absol-
vebat: hoc magis magisque ex ipsa legis formula apparet.

Ex lege Numaе de parricidio (caede civis) apparet
dolum requiri; Duumviri tamen putabant se absol-
vere — ne innoxium quidem posse, quum condem-
nassent," sed haec non impediunt, quominus dolum
facto accedere debere, ut noxius hoc iudicio tenere-
tur, statuamus, nam voluntas Horatii ad hoc facinus
directa fuerat, sororem occidere voluerat, quamquam
impetu, ira concitatus, non tamen imprudenter hoc
commiserat. Pater Horatii deinde populo dixit se
filiam iure caesam iudicare; quaestio ergo erat, et sic
a Cicerone proponitur, an iure, an iniuria Horatius
sororem occidisset; quae Livius addit „absolveruntque
admiratione magis virtutis quam iure causae" magis
oratorice scripta esse mihi videntur, nec plane obstant:
contra ipsa verba legis Numaе diserte doli rationem
habent et multo minor poena ex alia lege eiusdem
Regis ei, qui culpa hominem interfecit, est imposita 1).

Valde dubia verba iam partim a me citata in hoc
Livii narratione occurrunt. „Hac lege duumviri cre-
ati, qui *se absolvere* non rebantur ea *lege*, ne *innoxium*
quidem posse, quum condemnassent," quae nuper
Köstlin egregius celeberr. Wächteri discipulus de
munere duumvirorum se reos semper damnare debere

1) Leges Numaе ex Festo et ex Servio iam saepius citavi. Aliquo-
modo huc conferri potest, l. 9 ff. de incendio, ruina, naufragio
„si modo *sciens prudensque* hoc commiserit, si vero *casu id*
est negligentia aut noxam sarcire iubetur." Si haec lex scripta
vel moribus inducta a Regum temp. originem daxit. Contra Luden
über den Versuch, p. 65.

interpretatus est: verba autem obstant nec minus res ipsa, nam quomodo iudices vocari possent illi, quorum officium erat reos semper damnare? Haecce igitur accipio de facto, quod manifeste patebat et in lege designabatur: si apparebat, noxium hoc facere voluisse, nulla causa a duumviris adhiberi poterat, qua reus excusaretur: erat nempe iudicium stricti iuris, non vero aequitatis.

Si stricte verba verteremus, Livii narratio esset inepta, eosdem scilicet iudices reum non posse absolvere, postquam propter idem factum iam damnarant 1).

Suspicio verba „clemente legis interprete,” quum de provocatione in ipsa formula nulla dubia adsint, magis rhetorice a Livio scripta fuisse. Etenim in formula optimo nostro fonte universe affirmatur „si a duumviris provocarit, provocatione certato.”

Woeniger nuper ex his Livii verbis, ex oratione Ciceronis pro Rabirio et ex oratione patris magistri equitum Fabii contra Dictatorem Papirium „Videbo cessurusne provocationi sis, cui Rex Romanus Tullus Hostilius cessit” effecit provocationem civi a magistratibus damnato Regi concedendam esse et nunquam a iudicio ipsius Regis ad populum provocare civi licitum fuisse, sed si Livius et formula ab eo citata inter se pugnant, procul dubio maior fides priscae formulae quam historico temporum Augusti habenda est: si

1) Mea sententia imprimis confirmatur a Festo verbo *questores* iam saepius citato, ubi lex Numae cum iudicio coniungitur. Ad meam sententiam proxime accedunt Livii interpretes Klockius, Gruterus, Gronovius, Drakenborchius. Liv. Hist. cur. Drakenb. vol. I, p. 115, 116 in notis, cum his conferenda sunt loca Ciceronis pro Milone et pro C. Rabirio a me in sequente nota citata.

inter se conciliari possunt, quod dubium mihi videtur, ex Livii verbis non apparet veniam provocandi civi semper a Rege quaerendam esse, verum potius ius provocationis a duumviris negatum fuisse (fortasse, quod factum Horatii tam manifestum esset) et Regem tamquam summum magistratum aequitatis studiosum (ponamus etiam clementia plenum) intercessisse, legem interpretatum fuisse; verba igitur Livii in oratione patris Fabii minus recte de Rege ipso scripta sunt, quasi hic provocationi cesserit; tum in oratione conscripta sunt, in qua Livius magis quam in aliis historiarum locis oratoris partes agit, causa Fabii et Papirii huic causae non plane similis est, ut ipse Woeniger alio loco indicat; etenim causa Fabii spectat imperium militare dictatoris, delictum, quod Fabius contra disciplinam militarem in ipsis castris commiserat, a quo secundum strictum ius etiam illa aetate nulla provocatio ad Comitia erat. Si formulam mittimus, Cicero in oratione pro C. Rabirio elegantiae oratoriae et partium studiis tam saepe indulget, ut eius verbis argumento uti non liceat, quae deinde probare conabimur. Civis solus (itaque neque servus, neque peregrinus) et quidem masculae stirpis solemniter verbo „provoco” inde a sententia lata usque ad temporis momentum, quo adparitores sententiam exsequerentur, ad populum provocare poterat: populus et civis damnatus sacrificia ante tale populi iudicium faciebant: damnatus ipse causam suam defendebat 1).

1) Woeniger, Zw. Abh. das Provocationsverf. aet. Reg. (I) p. I, § 2, p. 243-246, ubi primum contendit cum Köstlinio: « Es konnte

Cicero 1) in libris de republica decemviros per-

das einmal ausgesprochene Verdammungsurtheil, selbst wenn sich *hinterher ergeben hätte, dass es einen Unschuldigen betroffen*, nicht wieder zurückgenommen werden," deinde citat verba Cic. pro Rabirio, «vestigium crudelitatis regiae," p. 243 cum p. 245, «es bedürfte vielmehr nothwendig noch einer besondern Erlaubniss des Königs, welche mit seiner oberriechlichen Befügness genau zusammenhängt. — Dieser auctoritas Tulli hätte es nicht bedürft, wenn die Formel von einer unbedingten Provocatio zu verstehen wäre, und eben so wenig erhält in diesem Falle die ganz überflüssige «elementia regis," einen Sinn cum aet. II, p. II, cap. II, § 10, p. 295 de formis iudicii aet. I, p. I, § 3, p. 247-249 recte vult provoc. restringendam esse inter millia passuum ab urbe. Geib, Gesch. des röm. Crim. Proc. aet. I, p. II, cap. III, p. 153, 157, 158 inpr. p. 168, verba «vincent" ibi et in not. 7, simili modo atque ego accipit, «dass wohl in der Regel dieselbe Behörde, gegen dessen Urtheil provocirt würde, in dem Provocationsverfahren selbst als Vertheidiger ihres Ausspruchs und demnach als Ankläger des Provocanten aufzutreten pflegte; wenigstens scheint dieses von den Duumviren entschieden zu seyn." Cum cap. II, p. 126. *Et quid autem fortasse interpretari possumus factum duumvirorum eos negare provocationem per Geibii interpretationem, «dass die Richter in Criminalsachen nicht blos Diener des Gesetzes seien und als solche unter demselben standen, sondern dass sie zugleich gewissermassen als dessen Beherrscher betrachtet werden müssten, und daher — sogar über dasselbe sich erheben, gleichsam die Gesetzgeber für den einzelnen fall Vorstellen sollten," et loc Cic. de inv. ibi not. 55. Bubium tamen est, num tanta potestas a Regibus us esset mandata. Conf. Liv. Hist. L. VIII, c. 33 cur. Drakenb. vol. II, p. 798 cum c. 30-32, p. 784 seqq. et c. 35, p. 806 seqq. «vicit disciplina militaris, vicit imperii maiestas. De sacris Woeniger erste Abth. das Sacralsystem p. II, cap. III, § 42, p. 216, 218, cum § 12, 16, 17. Schmitthenner provocationem quoque ad indices quosdam praeter Reges restringit von untergeordneten Gerichten et magnam potest. regibus tribuit, Grundl. des allg. Staatsrechts, p. I, cap. II, § 19, p. 55 et p. 56, cum § 20, p. 59 et § 18, p. 53.*

1) Cic. de republ. ed. Moser et Creuzer, p. 436, L. IV, c. 10. Contra Rosshirt, op. cit. p. 12, 17, 20, 32 etiam; Zirkler, Hoehver-

paucas res capite sanxisse commemorat, quae Rosshirt de accusationibus intelligit neminem in iudicium vocatum fuisse, nisi ab aliquo esset accusatus; ex hoc testimonio non apparet, uti Rosshirtio visum est, pauca maleficia iudicio perduellionis punita fuisse, ius ea aetate ex sacris legibus maxime dictum fuisse, sed

rath u. s. w. p. 11, 12 in praef. p. XXVIII, nec obstat Cicero pro Milone c. 3, ed. Ernesti vol. II, p. 2, p. 1348, ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 372. «In qua tandem urbe hoc homines stultissimi disputant? nempe in ea, quae *primum* iudicium de capite vidit M. Horatii fortissimi viri, qui, nondum libera civitate, tamen populi Romani comitiis liberatus est, cum *sua manu sororem interfectam esse fateretur.*» Nam, ut recte animadvertit Rosshirt, hoc ut primum memoria dignum exemplum a Cicerone citatur, haec oratorice dicta sunt. Quaestionem de iure occidendi fuisse eodem loco testatur Cicero. «An est quisquam, qui hoc ignoret, cum de homine occiso quaeratur, aut negari solere omnino esse factum aut *recte ac iure esse factum defendi.* Contra Abegg, de antiq. Romanor. iure criminali § 14, p. 22. »Neque id recte institutum erat, ut quae ab uno alterove Rege *singulis causis* praeposita essent, ea *tamquam generales regulas et in posterum etiam valituras* in legum restitutiones reciperent et not. 28. ibid. Conf. Cicr. oratio pro C. Rabirio c. 4 et c. 5, ed. Orell. vol. II, p. I, p. 576 et 577, ed. Ernesti vol. II, p. I, p. 736, 737 et argumentum p. 731, quamquam antiquae iudicii formae adhibebantur, poterat tamen provocare.

Etiam Cicero de inventione L. II, c. 26, ed. Ernesti, vol. I, p. 227 «iure fecisse demonstrat.» — A Cicerone citatur exemplum Horatii, deinde addit. «Intentio est, *iniuria* sororem occidisti. Depulsio est. *Iure* occidi. Quaestio est iurene occiderit. Ratio est: Illa enim hostium mortem lugebat, fratrem negligebat, me et populum Romanum vicisse moleste ferebat. Infirmatio est: Tamen a fratre *indemnata* necari non oportuit.» Orell. I, vol. p. 171.

Köstlin et Rubino in oper. et loc. iam citat. sententiam suam de provocatione etiam eo probare student, quod dictatoris potestas regiae potestati plane similis esset, a dictatore vero provocare non liceret, ex veterum locis hoc vero non diserte apparet.

breves et paucas formulas conscriptas fuisse, ad quarum exemplum Reges, iudices, populus similes causas diiudicabant, de quibusdam fortasse maleficiis mores tantummodo valuisse.

§ 4.

*Iudicia Metti Fuffetii eiusque sociorum et filiorum
Anci Martii.*

Praeter Horatii causam a multis scriptoribus exemplum Metti Fuffetii citatur, cuius delictum a Livio et Dionysio *proditio*, ab hoc etiam *transfugium* vocatur, quae tamen proprie de Metto ex mente legis Romuli affirmari non poterant, quippe qui non esset civis Romanus, sed alii populo praepositus: ante pugnam quidem Horatorum et Curatorum iure fetiali inter Romanos et Albanos convenerat, ut Rex Romanus in bello Albanis imperaret, summus igitur duorum populorum belli esset dux, si Curiatii vincerentur, non tamen, ut in unum duo populi coalescerent vel legibus Romanorum in omni re obstringerentur Albani; itaque *proditor foederis*, non *legum civitatis* esse poterat. Albani erant socii ea conditione, ut apud Romanos esset *ἡγεμονία* 1). Bello cum Fidenatibus orto, qui-

1) Conf. T. Livii Hist. L. I, c. 27 ed. Drakenb. vol. I, p. 118, «proditionem reservat», c. 28, p. 122, «cum prodicione ac perfidia sociorum — Mettus idem huius machinator belli, Mettus foederis Romani Albanique ruptor», p. 123, «si ipse discere posses fidem ac foedera servare — quae a te violata sunt.» Dion. Halic. Antiq. Rom. L. III, c. 28, τὰς προδότης — σπονδὰς καὶ ἕρκια παρωσάμενοι πρὸς

bus tale consilium Mettus Fuffetius dederat Albanos
iis auxiliaturos ac Romanos prodituros fidem faciens,
mox proelium commissum est; in quo acriter pugna-
runt Romani duce Tullo, sed Albani neque socios
neque Fidenates adorientes montem occuparunt even-
tum exspectantes: quod cum Tullo nunciaretur, Ro-

ἡμῶς ἔναγχος ὅτε βεδεῖ δεισαντες, c. 29, τὴν προδοσίαν, cum c. 30, κατὰ τὸν τῶν λευκοτακτῶν τε καὶ προδοτῶν νόμον. ed. Syll. p. 158-172.
Dionysius ius fetiale a Numa repetit, nec plane obstare videtur Livius, nam loquitur de fetialibus, quum foedus iecretur, quasi iam antea instituti essent, indicat hoc foedus primum certis legibus ac caerimoniis factum esse: deinde ad bellum indicendum certas formulas ab Anco Martio adhibitas fuisse commemorat. Conf. Dionys. L. II, c. 72 ed. Syll. p. 131, 132 cum L. III, c. 12, 13, p. 149, 150, τὸν περὶ τῆς ἡγεμονίας ἔργονα — πρὸ τῆς περὶ τῆς ἡγεμονίας, περὶ τῆς ἀρχῆς. Tit. Liv. Hist. L. I, c. 24 cur. Drakenb. p. 102-106. Priusquam dimicarent, foedus ictum inter Romanos et Albanos his legibus, ut cuiusque populi cives — eo certamine vicissent, is alteri populo cum bona pace imperitaret — nec ullius vetustior foederis memoria est. Feclialis Regem Tullum ita rogavit, c. 26, l p. 112. Priusquam inde digrederentur (i. e. post pugnam Horatorum et Curatorum) roganti Metto ex foedere icto, quid imperaret, imperat Tullus, ut iuventutem in armis habeat: usurum se eorum opera, si bellum cum Veientibus foret, c. 32, p. 137-139. Conf. praec. Götting, Gesch. der röm. Staatsverf. § 17, p. 21-23, § 82, p. 195-198, ubi plures loci Cicer., Festi, Livii aliorum citantur, uti etiam Creuzer Abriss der röm. Antiq. § 221, p. 346, 347 ubi etiam Varro nis loca. Minus recte Dieck Hist. Versuche über das Criminalrecht der Römer, p. 17, « während dagegen unter demselben Könige Mettus Fuffetius perduellis im engsten Sinne des Wortes war.» Feuerbach, über das Verbrechen des Hochverraths, p. 69, 70. Aul. Gell. Noct. Attic. L. XX, c. 1 ed. Gronovii p. 873, « qui, quoniam pactum atque condictum cum Rege populi Romani perfide ruperat, binis quadrigis evinctus ex diverso intentibus laceratus est. Conf. Abegg, die verschiedenen Strafrechtstheorien, § 25, p. 83, 84 not. 87, ubi de talione sensu morali hoc supplicium interpretatur.

manis militibus se Metto Fuffetio mandasse, ut hoc perageret, dixisse fertur.

Fidenates igitur se a Fuffetio proditos esse existimantes Romanorum impetum non tulerunt et fugas sese dederunt: tunc dictator Albanorum simulato ardore eos prosecutus est, deinde Tullus Mettum et Albanos benigne alloquitur, sacrificium lustrale in diem proximum iis indicit, ut castra cum Romanis iungerent iis praecipiens. Sequenti vero die, quum inermes advenissent Albani, eos armata circumdaret Romana pubes, Tullus in concione in Mettum ut machinatorem belli, foederis ruptorem invectus est ac statim iussit eum equis adligari, ut ipsius corpus distraheretur et praecepit Romanis et Albanis, ut in unam civitatem redigerentur 1).

Dionysius memoriae prodidit Mettum Fuffetium cum primoribus coniurationem iniisse, quosdam coniuratorum noctu a Tullo captos Fuffetium tamquam auctorem proditionis detulisse: Tullum ea ipsa nocte Romam profectum esse ac rem Senatui exposuisse, a Senatoribus in proditores animadvertendum esse decretum esse: Tullum die sequente Mettum ac socios

1) Livium magis quam Dionysium secutus sum L. I, c. 27-29 ed. Drakenborch. vol. I, p. 118-125. Dion. Hal. Antiq. L. III, c. 22-30, p. 158-172, c. 26, καὶ πρὸ μέσων νυκτῶν ἐκ τῶν οἰκίῶν τοῦ βουλευτῆος συγκαλέσας τὴν τε προδοσίαν αὐτοῖς λέγει τῶν Ἀλβανῶν — ἀποδείκνυται γινώμεν ὁ Τάλλος, ἦν ἅπαντες ἐπήνεσαν. Nescio, cur Kōstlin historiam Metti Fuffetii fabulam habeat et tantam fidem tribuat narrationi unius Dionysii de iudicio sociorum Metti Fuffetii: egregius vir neque ad militare imperium hic respexit, § 6, p. 28-30, § 7, p. 35, 36, si species iudicii de sacris civibus fiebat, omnia dubia quae movent Kōstlin, evanescent.

proditionis accusasse, et nonnisi seditione orta Mettum Fuffetium ex eius iussti binis quadrigis esse distractum.

De tali autem iudicio, de Senatusconsulto, cogitare cum Dionysio probabilitati, rebus et factis, quibus hoc maleficiū fiebat, non convenire videtur. Rex Romanus neque ipse Senatus Romanus de dictatore Albanorum iudicium ferre poterant, sed Tullus Hostilius summus belli dux erat, inter arma summum ei erat militare imperium etiam in cives sine provocatione extra primum milliarium ab Urbe, uti postea consilibus; res urgebat, non igitur facile iter Romam suscepisset, exemplo opus erat. Iupiter foederibus praeerat, illi invisus factus erat Mettus Fuffetius propter foederis violationem: cum religione quodammodo haec poena etiam cohaerebat, tametsi nulla certa poena esset constituta, sed ex arbitrio Regis ei irrogata est: tandem Rex Romanus hac opportunitate uti voluit, ut Albanorum urbem dirueret, ut Albani vi coacti Romam migrarent 1).

1) Aliquomodo ad meam sententiam accedere videtur de Bosch Kemper, in diss. iam laud p. 8. »Saepius etiam antiquissimis temporibus ratio politicae exegit, ut poena irrogaretur, ut alii ex exemplo poenae deterrentur, atque hanc rationem in poena Metti Fuffetii. Si ex Livii, Dionysii, aliorumque locis de Metto Fuffetio, de pugna Horatiorum ac Curatiorum, de origine Fetialium certiores facti essemus, collegium Fetialium iam tunc institutum fuisse ac iudicium et de bello inferendo et de foedere rupto, et de illis, qui ius gentium violassent, alii populo tradendis iis fuisse, Mettus Fuffetius ab hoc collegio damnari debuisset, dummodo in castris adfuissent Fetiales, ac in omni causa ad eos pertinuisset tale iudicium ex normis de iis constitutis, sed neque ex historicis neque ex Cicerone vel Varrone hoc efficere ausim. Conf. Liv. Hist. L. XXXVI, c. 3, cur. Drakenborch,

Cum his bene conciliari possunt, quae a Dionysio
narrantur de iudicio de sociis Metti Fuffetii propter

vol. IV, p. 1002, 1003. «Consul deinde M. Acilius ex senatus-
consulto ad collegium Fecialium (Fetialium auctore Creuzer) retulit —
Feciales responderunt: jam ante — sese, quum de Philippo consu-
lerentur, decresse.” questio erat, an causae essent, cur Philippo iure
bellum indiceretur. Conf. Niebühr, röm. Geschichte, Zw. Ausg. vol. I,
p. 313, 314 et ibi nota; eos vocat «die Richter über das Völker-
recht;” cum p. 361-363. Ille haec magnam partem fabulam habet et
Albam a Latinis dirutam fuisse existimat, ipsius sententia argu-
mentis mihi non satis probata videtur. Conf. Wachsmuth, die ältere
Geschichte des röm. Staats, p. 147 et ibidem not. 93 et p. 148.
Conf. verba Livii I, c. 24, cur. Drakenb. I, p. 104, 105. Audi
Iupiter — si prior defexit publico consilio, dolo malo: tu, illo die,
Iupiter, populum Romanum sic ferito ut ego hunc porcum hodie
feriam L. I, c. 32, cur. Drakenb. I, p. 137-141. «Audi Iupiter, inquit,
audite fines — audiat fas” — Inde Jovem testem facit.” Götting
locis iam citatis probare conatur institutum Fetialium a Latinis esse
repetendum, Sabinis antea incognitum fuisse, nec postea a Samnitibus
nisi nonnunquam adhiberi. Conf. etiam F. C. Conradi scripta minora
cum praef. et singul. commentat epictorisi edita ab Ludov. Pernice Halis
1823, dissert. V, cap. II, de muneribus, numero, cooptatione, in-
signibus fetialium, § 4-§ 23, p. 270-295, cap. III, § 2, p. 297,
de origine iuris fetialis, quam repetit ab Aequicolis, § 3, p. 297,
298 de lege Numae, § 4, p. 299 de foedere Tulli Hostilii, ubi nihil
tamen de Metto Fuffetio. cap. V, § 1, 2, p. 336-338, de foederibus
§ 13, p. 353, § 19, 20 de iureiurando et Iovis iureiurando usque ad
§ 23, p. 363-367, 370-373, seqq. von Ompteda Litteratur des ge-
sammten, sowohl natürlichen, als positiven Völkerrechts, Regensburg
1785, vol. I, § 33, p. 142-144 et in notis p. 145, pracc. not.
a, h. i., opinatur eorum munus pertinuisse ad totum ius gentium,
eos derivat a Graecis. Zirkler, Majestätsverbrechen und Hochver-
rath, p. 7. Sext. Aur. Victor, de viris illustr. ed. Arntzenius 1733,
cap. IV, p. 70, 71, cum p. 67. Woeniger, das Sacralsystem und
das Provocationsverfahren der Römer, Leipzig Brochhaus 1843,
Zweite Abh. p. I, § 3, p. 248 et not. 2 recte avert Mettum non
provocasse, quod non esset civis Romanus. Non satis rationem habet
imperii militaris.

eorum proditionem ac transfugium instituto, quum Livius potius de hoc fateatur quam hoc neget, et duce Albanorum sublato non amplius necesse esset, ut statim de aliis sociis supplicium sumeretur: potest fieri, ut duumviri creati sint, et ut Albani, quamquam non erant cives Romani temporis momento, quo delictum proditionis, foederis rupti admittebant, ad similitudinem civium Romanorum propter simile maleficium, lege moribus ad eos protracta, sint iudicati ac damnati. Si res ita sese habuit, nam de tam remotis temporibus et ex tam brevi Dionysii ac Livii narratione vix aliquid certi affirmare ausim, res magis speciem iuris prae se ferebat, quam revera iusta erat ac degibus vel moribus congruebat, invidia in socios non vacabat.

Quidquid sit, licet historia Metti Fuffetii fabulis esset accensenda, Dionysius ea utitur exemplo, ut mentem suam nobis declararet se existimare proditionem et transfugium esse maleficia in rempublicam facta, et legem Romuli de his delictis esse legem ad rempublicam prae ceteris tuendam.

Postquam Tarquinius Priscus a pastoribus, filiis Ancii Martii auctoribus, interfectus erat, hi pastores Servio Tullio iubente securibus lictorum occisi sunt; Ancii filios vero, quos mandatores caedis professi erant pastores, Servius in foro per praeconem citavit; qui, quum ad vicinos populos confugissent neque iudicio adessent, Rex Servius eos exsules esse decrevit eorumque bona publicavit. Livius tamen solummodo de pastoribus comprehensis mentionem facit. Si haec vera sunt, ad caedem civis, imo vero ad caedem summi in republica

magistratus pertinent, sine ullo dubio Numae iudicio hoc delictum diiudicandum fuisset et potius perduello quam parricidium censendum fuisset, ni sponte in exsilium abiissent noxii: hoc exsilium iis est confirmatum quibusdam iudicii formis antea a Rege 1) adhibitis: de duumviris, de senatu, de consilio sermo non habetur saltem apud Dionysium, nam apud Zonaram, qui verisimiliter haec ex Dione Cassio hausit, Senatus mentio fit: eius autem verba ex sententia Köstlinii, vel ad ministros caedis comprehensos vel ad Martii filios referri possunt: Servii Tullii indoli convenit se cum consilio iudicasse, verumenimvero verba ipsa Zonarae ministros potius spectant: proprie tamen non erat iudicium, quia noxii aberant et Rex probe sciebat eos non redituros: suum imperium eo modo firmare studebat 2).

1) Conf. Dion. Halic. Antiq. I. III, c. 73 ed. Sylb. p. 205, 206, L. IV, c. 5, p. 210, Liv. Hist. I, c. 40, 41 cur. Drakenb. vol. I, p. 164-171.

2) Conf. Zonaras L. VII, c. 9 ed. Fugger et Wolf, p. 13, 14. τοὺς αὐτοκτείναντες τοῦ Ταρκυνίου. Köstlin, die röm. Perduellio, § 6, p. 30-32 minus recte ex loco Dionys. Halic. IV, c. 42, 43 certa praecepta deducere studet de lege ac principiis constitutis de maleficiis in Regem commissis: gravissima verisimiliter puniebantur, sed non tam multa, ut ille enumeravit: apud Dionysium haec nonnisi obiter tractantur, verisimiliter fabulis ornantur, Plutarchi testimonium est dubium. Köstlin § 6, p. 32, 33, § 7, p. 36, 46-49. Rubino, Untersuchungen über römische Verfass. p. 485, not. 3, p. 487, not. 9.

Ecquid autem Regibus regnantibus tantum delictum perfectum (consummatum), vel etiam conatus delicti puniebatur? Ecquid principium quoddam hac de re sive legibus sive moribus erat constitutum?

Caedes sororis Horatii, Tarquini Prisci manifestae ac perpetratae erant, nullum principium puniendi aut non puniendi conatus sive in legibus sive in moribus huius aetatis invenitur, priscis alicuius populi temporibus convenit nonnisi in maleficia perfecta (consummata) poenam statuere 1), attamen verba Dionysii „*inter adversarios censer*“ aeque de conatu ac de delicto perfecto interpretari possumus: Mettus Fuffetius prodere, transfugere *voluit*, hostes non adortus est, socios non prodidit, aciem cum Fidenatibus non iunxit; tametsi facinus Fuffetii proditio civis proprie sic dicti non sit, Tullus eum punivit, quod coniurationem cum suis et Fidenatibus iniisset ad Romanos

1) Tempora miscere videtur doctiss. Köstlin « die Perduellio unter den römischen Königen, p. 48 et passim de hac aetate scribens « Dass nun nach römischer Ansicht dahin (i. e. ad speciem perduellionis) auch alle Versuche solcher Attentaten gehören mussten,“ nam tam disertis verbis hoc affirmare non licet ex mea sententia. Coniectura assequi student Köstlin et Rubino in causa Marciorum et pastorum nonnisi de conatu caedis agi, quia mors Tarquini populo celabatur loc. iam cit.; antea Köstlin Ludenum refellere conatus est ex antiquis legibus et scriptoribus probari non posse Romanos gravissimorum delictorum conatum non punivisse regia aetate et primis reipublicae temporibus. Die Lehre vom Morde und Todtschlag cap. I, p. 42-48, de dolo et culpa in iudiciis privatis, in legibus sacratis et in delictis, in quae publice animadvertetur, cap. 1, p. 50-59.

prodendos, quod tale consilium cepisset et hoc ostendisset facto vel potius facto omittendo secum Fidenates adoriendi, quod bonum socium in hostes se non praestitisset. Postea apud Romanos invaluit regula de transfugio „et is, qui volens transfugere adprehensus est, capite punitur 1).“

In civitate recens condita transfugere inter gravissima debebat censi delicta, nam si multi cives ad vicinos populos confugerent, quomodo stare poterat civitas Romana. Nonne igitur initia talis fugae erant

1) Welcker, die letzten Gründe vom Recht, Staat und Strafe, histor. Theil, cap. XIII, p. 553, 555 et not. p. 557, 558, 564, 568 et not. 1, p. 575-577.

L. 3, § 11, ff. de re milit. Dubia etiam moveri possunt ex loco Plutarchi in vita Romuli, cap. 22, vol. I, par. p. 57, ἐπὶ φερμακείᾳ τέκνων ἢ κλειδῶν ὑποβολῇ, an de conatu veneficii intelligenda sint haec verba: adulterare claves non indicat noxium iam iis usum fuisse. Quamquam in quibusdam a sententia celeb. Platneri recedo, magnam partem tamen vere in quaestion. de iure crimin. Rom. Proöemium p. 4, 5 proprie de XII tabularum lege, quae ad Regum tempora referenda esse censeo: «Nam nec contendere potest, tempore duodecim tabularum omnia omnino maleficia ex eventu fuisse punita, nec alterum illud: ex legibus quaestionum perpetuarum in omnibus facinoribus conamina suffecisse ad poenam infligendam.»

Conf. etiam Zachariae, Die Lehre vom Versuche der Verbrechen, vol. I, § 54, p. 90-93 et in not. § 64, p. 106-108 et seqq., magis cum eo facio, quam cum Ludeno, tametsi cum hoc scriptore profiteri nulla universa principia de conatu in iure criminali apud Romanos invaluisse. Luden über den Versuch des Verbrechen, cap. II, p. 57-60 et seqq. ubi legitur: «Es scheint ebensowohl in der Natur der Sache zu liegen, als es durch die Geschichte bestätigt wird, dass das Strafrecht in seinen ersten Entwicklungsstufen sich auf bloss versuchte Verbrechen, welche gar keinen rechtsverletzenden Erfolg gehabt haben, nicht erstrecken könne — über diesen Standpunkt scheint das älteste römische Strafrecht — noch nicht viel herausgekommen zu seyn.»

prohibenda? in causa Ancii Marcii filiorum hi ut mandatores caedis in iudicium vocantur, itaque non tantum factum interficiendi, sed iubendi, mandandi vindicatur: contra lex Numae poena tantum illum afficit, qui alium revera occidit. Propter dubia exempla et nimis breviam legum monumenta nil certi affirmare ausim, tametsi a probabilitate non recedere existimem gravissima maleficia nonnunquam plecti solita fuisse, quamquam non erant perfecta, dummodo facta manifeste paterent: quidquid est hoc probe tenendum est nullam technicam vel philosophicam fuisse differentiam inter delictum consummatum et conatum, at universe factum postulatum fuisse, ab alia parte Romanos interdolum et culpam iam illa aetate distinxisse nec gravem culpae poenam imposuisse; hac de re mihi testes sint leges Numae.

§ 6.

De seditione.

Dionysius Romulum loquentem inducit se ab aliis atdivisse multas civitates in exitium ruere vel mox aliis populis vicinis esse subditas, ubi in iis seditiones oriebantur: patronatum institutum fuisse, idem scribit auctor, ne tales tumultus fierent, Numamque cives sedasse et, ne concordia civium in regno suo dirimeretur, providisse, sed nihil ex eo, neque ex Livio effici potest Reges Romanos de seditione inter cives legem tulisse 1).

1) Dion. Halic. L. II, c. 3 ed. Sylb. p. 78, 79 στάσις ἐμφύλιος — ἔφη τε παρὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ διὰ πολλῆς ἱστορίας ἑλληνοῦτων ἀκούειν ὅτι πολλὰ μὲν ἀποικίαι μεγάλαι καὶ εἰς εὐδαιμόνας ἀφικόμεναι τόπους, αἱ μὲν αὐτίκα διεφάρησαν εἰς στάσεις ἐμπεσοῦσαι, αἱ δ' ἄλλογον ἄντι-

Iustus Lipsius 1), alii multi verba talis legis restituere conati sunt ex Dionysii antiquitatibus, qui scriptor tamen de sacris a Romulo institutis agens Romanos etiam tempore Augusti atrata, lugubria sacrificia non facere, nulla virorum cum foeminis in templis esse pervigilia universe narrat, nec quidquam de lege a Romulo in seditionem lata commemorat: contra de Tarquinio Superbo memoriae mandat eum prohibuisse, quominus coetus sacrorum causa vel Romanorum vel etiam vicinorum populorum fierent, metuens, ne consilia de tyrannide subvertenda caperent: quae igitur iussa a mente ceterorum regum abhorrebant, coetus vero sacrorum causa fiebant, spectabant etiam sacra quae Romanis cum Latinis communia facta erant Servio Tullio auctore: opportunitatem coniurationi fortasse praebere poterant, cum tyrannus Romae regnabat, sed proprie sacri-

σχοῦται, χρόνοι δὲ πῶς τοῖς πλησιοχώροις ἀναγκασθήσων γενέσθαι. Est sine ullo dubio ficta oratio, quam secundum mores, instituta suae aetatis conscripsit Dionysius, minor igitur fides ei etiam habenda est. Dion. Halic. L. II, c. 62 ed. Sylb. p. 123, c. 76, p. 135 δ' ὅν αἰτε σπᾶσι ἐμφύλιος τὴν πολιτικὴν ἔλυσεν ἀμύνοισιν. Conf. Cicero de republica L. II, c. 12, ed. Creuzer et Moser p. 244, cum cap. 7, p. 225, c. 8, p. 226.

2) Iusti Lipsii Leges Regiae et leges Decemvirales in opere Dion. Hal. Antiq. ed. Sylb. p. 780. «Nocturna sacrificia pervigiliaque amoveantur.» Francisci Balduini opuscula omnia in Iurispr. Romana et Attica, vol. I, p. 73, «nocturnas in templo vigiliis ne habentio,» contra Dieck, hist. Versuche, p. 16. Haec contra Göttlingium scripta sunt. Geschichte der röm. Staatsverfassung, § 75, p. 153, 159 et not. 4. Zirkler, die gemeinrechtliche Lehre vom Majestätsverbrechen und Hochverrath, p. 3, cum p. 8, cum p. 222, ubi ipse suam sententiam, quam refellere conatus sum, impugnat; aliquomodo etiam huc pertinet Zachariae Die Lehre vom Versuche der Verbrechen vol. I, § 65, p. 108, 109.

ficia spectabant 1). Itaque nulla lex de seditione, prouti nobis notum est, a Regibus est lata: etenim ad proditionem non facile hoc delictum referri potest. Rex ut summus magistratus in seditiosos animadvertere, ac de iis praeiudicium ferre poterat, ab alia parte erat provocatio ad Comitia.

AETAS II.

AB INITIIS LIBERAE REIPUBLICAE USQUE AD LEGEM XII TABULARUM.

§ 1.

Iudicium filiorum Bruti.

Facinora Tarquiniū Superbi a Romanis sequentium temporum, quibus et ipsum Regum nomen invisum esse coeperat, partim sint ficta, multa Dionysius imprimis ei tribuerit, quae ad suam aetatem spectarent, haecce ex antiquis scriptoribus et ex iis, quae recentiores hac de re disputarunt, facile apparent instituta Servii Tullii, quibus antiquis populis et advenis vel profugis e devictis civitatibus vel sponte ex aliis re-

1) Dion. Hal. Antiq. L. II, c. 19, ed. Sylb. p. 90, 91 οὐδ' ἂν ἴδοι τις παρ' αὐτοῖς, καίτοι διαφωρμένον τῶν ἱερῶν ἴδῃ — οὐκ ἀγερομοῦς, οὐ βαυχαίνας καὶ τελευτὰς ἀποβήτους οὐδὲ παγνοχιασμοῦς ἐν ἱεροῖς ἀνδρῶν σὺν γυναιξίν. L. IV, c. 43, p. 245, 246. συνόδους τε συμπάσας, ὅσαι πρὸτερον ἐγίνοντο κομητῶν ἢ φρατριαστῶν ἢ γειτόνων ἔχοντα τῇ πόλει καὶ ἐπὶ τῶν ἀγρῶν ἐφ' ἱερῶν καὶ θεσίας πάσας κοινὰς προσέπει μὲν ἐπιτελεῖν, ἵνα μὴ συνιόντες εἰς τὰ αὐτὰ πολλοὶ βουλάε ἀποβήτους μετ' ἀλλήλων ποιῶνται· περὶ καταλύσεως τῆς ἀρχῆς. Conf. Niebühr röm. Gesch. zw. Ausg. vol. I, p. 379 seqq. probavit templum Dianae in Aventino a Servio Tullio ut commune Romanis et Latinis sacrum consecratum fuisse.

gionibus proficiscentibus certiora iura data erant, a Tarquinio Superbo magnam partem sublata fuisse: deinde cum Patricios ac Plebeios novam stirpem ita lacesivisse ac imperio suo tyranni instar subicere voluisse, ut plures cives opportunitate stupri Lucretiae ad Regem in exsilium pellendum uterentur 2).

Tunc statim Brutus tribunus celerum populum

1) Conf. Livius Hist. L. I, c. 49, seqq. cur. Drakenb. I, p. 199, seqq. c. 56, p. 218; operis etiam ex plebe — his laboribus exercita plebe c. 59, p. 228, 229 praeco ad tribunum celerum, in quo tum magistratu forte Brutus erat, populum advocavit c. 60, p. 231 duo consules inde comitiis centuriatis a praefecto urbis L. II, c. 1, 2, p. 240 seqq. quam quod deminutum quidquam sit ex regia potestate — omnia iura, omnia insignia primi consules tenere. Dion. Halic. L. IV, c. 34, 37, 40, ed. Sylb. p. 237, 240, 243. De Servio Tullio, qui regnum populo reddere vult, παραδίναί τὰ πράγματα τῆ δῆμος, c. 40 μεταστήσω τὸ σχῆμα τῆς πολιτείας εἰς δημοκρατίαν, de delatoribus et insidiis in Tarquinium c. 41-43, p. 244-246, c. 64-70, p. 261-266, oratio Bruti, c. 71, καὶ τὰς πολίτας ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν παρακαλεῖτο, ἔσται δὲ πᾶσι Ῥωμαίοις κατ' εὐχὴν, ἔδν ἴδωσιν ἡμᾶς τοὺς πατρικίους ἄρχοντας τῆς ἐλευθερίας — τίς ὁ καλῶν ἔσται — ἐγὼ φησὶν — τῶν γὰρ Κελερῶν ἄρχων εἰμί' καὶ ἐποδῶσθαί μοι κατὰ νόμον τὴν ἐκκλησίαν, ὅτε βουλευμένη, συγκαλεῖν, Dion. L. V, c. 1, p. 277-278. Cicero, de republ. ed. Creuzer et Moser, L. II, c. 23-27, p. 284-292. Dio Cassius L. I, c. 22-24, fragmenta ex Collectaneis Constantini Porphyrogenetae p. m. 10-15, multa de Lucretiae stupro et de Tarquinii regno; quae de Bruti filiis dixit et de mutata rei-publicae forma, sunt deperdita, Pomponius L. 2, § 3 et § 15 ff. de orig. iur. « qui equitibus praecerat et veluti secundum locum a Regibus obtinebat. Niebühr, röm. Gesch. 2te Ausg. vol. I, p. 417 seqq. 509-519, cum 534-542. Contra Götting, röm. Staatsverfass. p. 265, 266, 268, 269. Hülmann, röm. Grundverfassung p. 430, 135, 140, 141 ubi egregie de tribunis celerum, de praefecto urbis ac de consulum potestate disputat. Wachsmuth, die ältere Gesch. des röm. Staats, p. 241-243 ubi contendit non eandem consulum ac regibus fuisse potestatem. Creuzer, Abriss der röm. Antiq. § 134, p. 180 cum § 135, 136, p. 180.185 ubi Lydus etiam citatur I, 9 de

convocans eum iureiurando adegit se neminem Romae passurum regnare nec quemquam Tarquinius Romam reducturum, quod iusiurandum adhibitis sacrificiis lustralibus pro se liberisque praestiterunt: si Dionysio fides habenda est, coniuratos corpus Lucretiae circumdantes, ut hoc facerent, adhortatus est Brutus.

Attamen legati Romam venientes cum multis iuvenibus luxuriam ac mollitiem regii imperii desiderantibus, Tito ac Tiberio Bruti filiis, Vitelliis, Aquiliis aliisque, spe fortasse divitiarum ac honorum Regis literis addita, coniurationem de Tarquinii reditu in-eunt. Livius coniuratos Tarquinium in urbem clam noctu accipere voluisse commemorat 2), Dionysius et Plutarchus vero mentem eorum fuisse Consules per insidias opprimere his adiciunt; de quo proposito tamen liceat dubitari, cum iuveniili essent aetate, regni praecipue respicerent delicias: legatorum ac Tarqui-

magistri. Rom. conf. contra Cicero de rep. II, c. 25, ed. Creuzer et Moser p. 288 minus accurate: "qui cum privatus esset — in conservanda civium potestate esse privatum neminem" de Bruto.

1) Liv. Hist. L. II, c. 3, cur. Drakenb. vol. I, p. 250, recuperandi regni consilia struere — et de accipiendis clam nocte in urbem regibus colloquuntur. Dionys. Halic. Antiq. L. V, c. 2, 3, 6, 7-12, ed. Syll. p. 278-287 ὥστε ὑπέμειναν ἐπιστολὰς γράψαι. — πρὸς τὴν τύραννον αὐτογράφους τῆς συννομῆος καὶ χρόνον ἐν ᾧ τὴν κατὰ τῶν ὑπάρχοντων ἐμελλοῦ ποιήσεσθαι ἐπίθεσιν — ἀναγνωσθῆναι πρῶτον ἐκέλευσεν Βρούτος ἰ. ε. τὰς ἐπιστολὰς τῶν ἐν τῇ συννομῆσιν, ut paulo ante scripserat — αἱ τὴν ὑπάρχοντων τῶν παρόντων ἀκοήν. Ἐπειτα λέγειν ἐκέλευσε τοῖς παῖσι, εἴ τι βούλωνται. Bruti oratio, c. 40 καὶ συννόμοσαν ἀποκτείναντες ἐμὲ Ταρκύνιον ἐπὶ τὴν ἀρχὴν καταγάγετον. Plut. vita Public. c. 4, vol. I, p. 182, cum c. 3, p. 181 ἔδοξε δ' αὐτοῖς τοὺς ὑπάρχοντων ἀναρεῖν. partim ex aliis fontibus hausisse videtur, nam ille etiam Vitelliorum mentionem facit, non tantum Aquiliorum, ut Dionysius.

nii consilium hoc esse poterat, quamquam illud cum Bruti filiis non communicarent. Legati iis persuaserant, ut literas ad Tarquinium scriberent; quibus numerus coniuratorum, tempus, quo facinus perpetraretur, et quid peragerent, enumerabantur. Quae quum legatis darentur, servus, qui pocula cibosque domo Vitelliorum vel Aquiliorum ipsis coenantibus coniuratoribus subministrarat et de coniuratione inter se dissentibus clam interfuerat, ad Consules vel ad P. Valerium totam coniurationem detulit. Coniuratores exceptis legatis propter ius gentium (quamquam dubii haerebant Consules) in vincula coniecti sunt, literaeque ad Tarquinium scriptae sunt deprehensae 1).

In forum prodierunt Consules convocatis civibus. Brutis lectis epistolis, unde coniuratorum culpa apparebat, filios rogavit, quid ad se defendendum in medium proferre possent, illi vero flebant. Tunc, ut Consul, ut pater, lictores eos virgis caedere et securi ferire iussit: nullo renuente, quum pater esset. Tametsi disertis verbis Livius memoriae non prodiderit Brutum Senatui antea consuluisse, a probabilitate recedere hoc mihi non videtur, quum Consulum potestas e Regia potestate profecta esset eaque in multis aequi-

1) Liv. Hist. L. II, c. 4 cur. Drakenb. I, p. 251: «Literarum inprimis habita cura, ne intereiderent «paulo ante literae» — quae deprehensae rem coarguere possent. Conf. Zonaras Annales, L. VII ed. Fugger et Wolf, p. 43, 19.

Ruperti, Handb. der röm. Alterthümer, vol. II, p. 1 verf. p. 115-117 et not. 3 ad p. 445 cum p. 117-120. Post tot scriptorum controversias de Consulum et Senatus potestate nihil apud Ruperti de hac quaestione occurrit.

pararetur initio liberae reipublicae: quod magis verisimile est, si Bruti iussis et alterius Consulis consensu Aquilii ac Vitellii sunt interfecti, ut narrat idem Livius. Haec ultima quaestio magnam partem ab eo pendet, quis alter Consul tunc fuerit, an Valerius, an Tarquinius Collatinus, an vero Horatius, ut scribit Polybius 1); rei naturae conveniens esse videtur Roma-

1) Liv. hist. L. II, c. 2, p. 245-247, vol. I, cur Drakenb. c. 4, p. 251-253; c. 5, p. 255-257, «damnati proditores sumtumque supplicium, conspectus eo, quod poenae capiendae ministerium patri de liberis consulatus imposuit, et, qui spectator erat amovendus, eum ipsum fortuna exactorem supplicii dedit.» Livius non discrete scribit a Consulibus proditores fuisse damnatos, eos vocat exactores supplicii, iis est proprium ex ipsius sententia «publicae poenae ministerium.» Verbum exactor autem eum qui debitum mandatarii instar a debitore exigit, qui operi praepositus est significat: itaque potest aequè usurpari de eo, qui supplicium sumsit de noxio iam ab aliis damnato, atque de eo, qui ipse de noxio sententiam fert et simul ministros iubet hanc poenam, quam de eo constituit, de eo sumere. Conf. Schelleri Lexicon cur. Ruhnkenio, vol. I, p. 419, 420, verbo exactor praecipue verbo *exigo*, p. 431, ubi diversa loca Flori, Ovidii, Claudiani, Livii citantur poenas, supplicium exigere de aliquo. Dion. Hal. Ant. L. V, p. 283-287 ed. Sylb. c. 8-12, κατίς ἐπὶ τὸ βῆμα — ἔπειτα λέγειν ἐκέλευσε τοῖς παισὶν, εἴ τι βούλονται — ἄλιγον ἱστοχῶν χρόνον ἀνίσταται καὶ σιωπὴν προκηρύξας — θάνατον ἔφη, καταδικάζειν τῶν τέκνων. Vitelliorum nulla fit e mentio c. 9, εὐθὺς ἐκάλει τοὺς ἀδελφίδους τοῦ συνάρχοντος Ἀκουλίου — ἀπολογίαν ἔφησεν αὐτοῖς δίδοναι ὁ Κολλατίνας — τῆς αὐτῆς ἐξουσίας ἢς τὸ κύριος ἦν. c. 10 ταῦτα εἰπὼν καὶ φυλακὴν τοῖς μείραναις ἐφιστήσας ἐκάλει τὸν δῆμον εἰς ἐκκλησίαν, Plutarchi vita Publicolae c. 3-7, vol. I, p. 181-185, narrat Brutum ab Aquiliorum aliorumque iudicio sese abstinuisse, Aquilios vero omnium suffragiis damnatos fuisse. Polybii Histor. L. III, c. 22, illustr. Schweighäuser Oxonii, Baxter 1823, vol. I, p. 293 cum p. 294, ubi foedus Rom. cum Carth. legitur Ἰούλιον Βρούτου καὶ Μάρκον Ἰεράτιον, τοὺς πρῶτους κατασταθέντας ὑπάτους μετὰ τὴν τῶν βασιλέων κατάλυσιν. Ex hoc loco Wachsmuth effecit Horatium primum Consulem fuisse cum Bruto,

nos cum Tarquinium eiusque filios ex urbe arcentes aliquem ex eius gente simul cum Bruto Consulem fecisse, deinde totam gentem exsilio mulctasse et hoc eo temporis momento, quo nimis coniuratoribus indulgeret, nec satis libertati, mutatae regiminis formae fa-

Livium et Dionysium errasse. Die ältere Gesch. des röm. Staats p. 243, 244 cum p. 247, 248. De Plut. die Mitgeschwornen aber sey durch *Beschluss des Volkes* verdammt. Das letztere setzt eine Provocation voraus: diese aber wurde erst von Valerius erneuert, und eben darin liegt ein Fingerzeig, dass schon vorher ein gewalthätiges Verfahren statt gefunden hatte, und dies scheint die Hinrichtung der Verschwornen gewesen zu sein. Sed non legimus ipsos provocasse, lex vel mores de provocatione non erant sublatis, ab usu Tarquinio Superbo regnante paululum tantum recesserant. Niebühr, röm. Gesch. 2te Aug. vol. I, p. 539, 540, cum p. 553, 554, 545, 546: ubi Brutum plebeiorum defensorem habet et verisimile putat eum fuisse Plebeium, quae tamen nullis fere argumentis ab eo probantur, cum p. 519, 520. « Brutus verurtheilte seine Söhne als Vater — die Art der Todesstrafe verfügte er aus consularischer Pflicht, » haec etiam minus accurate. Göttl. röm. Staatsverf. p. 272, § 99 cum § 52, p. 102. Brutus tödtete seine Söhne nach dem Rechte der väterlichen Gewalt, während die anderen Schuldigen nach dem öffentlichen Rechte gerichtet wurden. § 54, p. 106, § 55, p. 108. Zachariae, die Lehre vom Versuche, vol. II, § 202, p. 126, not. 2. Conradus Valerium Pobl. primum Consulem cum Bruto post reges eiectos habet in scriptis minoribus a Pernice editis diss. I, cap. II, § 13, p. 16.

Conf. etiam Köstlin, die Lehre vom Mord und Todtschlag 1838, vol. I, cap. I, p. 40, 41. Köstlin, die Perduellio unter den röm. Königen, § 7, p. 38, not. 3: « deren That eher Perduellio als Proditio war, » et tamen ex Livii verbis h. l. efficit iureconsultos de industria perduellionem in duas species divisisse perduellionem proprie sic dictam et proditionem cum p. 49, § 16, p. 108. Conf. praeterea de cognitione Senatus Platner quaest. de iure criminum Romano, quaest. VI, p. 84-86, nec obstat Cicero de Legibus L. III, cap. 7 ed. Orell. vol. IV, p. 2, p. 558, nam loquitur de magistratibus, consules regibus assimilat.

veret; ab alia parte Dionysius in hac narratione rhetoricis floribus non vacat, sed idem de Livio affirmandum est. Polybii testimonium non ita obstat, ut hoc Wachsmuthio visum est, nam nomina Horatii et Bruti in ipso foedere Romae et Carthaginis non occurrunt.

Dionysius memoriae mandavit Bruto praecipiente licitoribus, ut Aquilios securi caederent, rixam inter Consules ortam fuisse, Collatinum Aquilios nepotes ipsius excusasse propter aetatem, populum rogasse, ut iis vel omnem poenam vel mortem saltem condonaret, tandem exclamante Bruto se omnes coniuratos interficiendos curaturum, Collatinum eandem sibi ac Bruto esse potestatem dixisse, se ergo reos absolvere, populum vero Bruto favisse: tunc Spurium Lucretium Collatinum socerum, Brutum ac cives sedasse, Collatino suasisse, ut sponte in exilium abiret, quod, quum ab eo impetrasset, supplicium de omnibus coniuratoribus iubente Bruto fuisse sumtum.

Unus Consul sine ullo dubio alterum poterat prohibere, quominus iudicium haberet ac perageret, sed dubii haeremus, an hoc factum sit necne: potestas Consulum initio reipublicae fere eadem erat ac Regum, capitis ergo cives damnare poterat, ni provocarent ad Comitia, nec filii ipsius nec Aequilii nec Vitellii hanc formulam adhibuerunt, an Consul eam pro iis usurpare posset, est anceps quaestio, nam regibus regnantibus hoc obtinere non poterat, attamen alterius Consulis iussis obsistere poterat ex sua potestate, nisi uni Consuli aliquid de republica esset mandatum, quod, ut ante animadverti, in hac causa dubium est.

Omnes antiqui scriptores inter se conveniunt iudi-

cio Bruti de filiis suis nullum renuisse, verebantur simul patrem et Consulis potestatem, religione notio- nis patris familias tenebantur: quae tamen ita intelli- genda sunt, ut, si Brutus tantum pater, non etiam Consul fuisset, et Consules in Bruti filios publice ani- madvertendum esse statuissent, Brutus potestatem suam nec ad eos damnandos interficiendosque nec ad eos absolvendos adhibere potuisset: Consules magistratus patri hanc vel illam potestatem concedere poterant, sed hoc ab eorum arbitrio pendeat.

Si invito altero Consule Brutus sententiam de Vi- telliis Aquiliisque pertulit atque summas iis poenas irrogandas curavit, hoc potius conditioni nuper mu- tatae aliquatenus reipublicae, metui Tarquiniū vin- dictae ac regū imperiū, quam iuri adscribendum est; maior verisimiliter etiam Consuli potestas maiusque arbitrium erat e iureiurando ab omnibus *pro se libe- risque* praestito, maiori poena propterea proditores digni esse videbantur.

Quaestio partim quoque ex indole Bruti diiudican- da est, de qua varia scribunt Livius 1), Dionysius

1) Plut. vita Publicolae, c. 3, p. 181, ἄριστος δὲ ἀνὴρ καὶ τραχὺς ἀργὸν ὁ Βρούτος.

Aninadversione digna sunt verba Livii Libro II, c. 5. cur. Drakenb. vol. I, p. 256, 257. «Quum inter omne tempus pater vultusque et os eius spectaculo esset, eminente animo patrio inter publicae poenae ministerium.» Dion. et Plut. loc. iam cit. Plut. etiam c. 8, et Liv. II, c. 2, p. 244-247. Conf. Rosshirt, über das röm. Recht, als Quelle des deutschen Criminalrechts. Neues Archiv. vol. XI, p. 1, p. 14, 15, in der doppelten Qualität des Vaters und des Consuls und konnte daher nicht wohl diesem Urtheilsspruche sich entziehen, was unter andern Verhältnissen vielleicht ein Verstoss gegen die Sitten gewesen

et Plutarchus: si Dionysio fidem habemus, perquam vehementi erat ingenio, omnes, qui quoquomodo Reges reducere volebant, vel regio imperio favebant, odio prosequeretur et mortis poena vel auxilio afficere studebat: Livius Brutum quidem acrem libertatis defensorem habet, qui primus iusiurandum recitavit Collatinoque consilium sponte in exilium abeundi dedit, misericordiae vero non expertem: Plutarchus commemorat eum a foro discessisse, postquam iudicium de filiis tulerat et postquam illi securibus lictorum erant interfecti, et non nisi invitum ad supplicium de Aquiliis Vitelliisque sumendum civibus rogantibus rediisse: huius autem narratio veritati plane congruere mihi non videtur 1).

Causam Aquiliorum et Vitelliorum a Comitibus iudicatum fuisse eo temporis momento, ea reipubli-

war XI, p. 3, p. 434, 435. Contra Abegg. de antiq. Roman. iure crimin. § 36, p. 61-69, imprimis p. 64 et not. 113, de qua postea, omnia repetit ex patria potestate. Conf. etiam de Bosch Kemper, diss. iam laud. p. 8, 9. Valerii Maximi L. V, c. 8 «qui severe adversus liberos» ed. Torrenius p. 1726, p. 506, 507 meae causae favet, quamquam semper ad contrariam sententiam tuendam ceteroquin scribit, nempe Brutum patrem exuisse ut Consulem ageret, orbisque vivere, quam publicae vindictae deesse maluisse." L. Annaei Flori Epitome rer. Roman. L. 1, c. 9, p. m. 9, ut plane publicus parens in locum liberorum adoptasse sibi populum videretur." Conf. etiam dissert. hist. antiq. de Consulibus Roman. auctoritate lib. rep., quam scripsit Henr. Römer p. 1, 2, 4, 9, cap. 1, p. 17, 18-24, recte maiorem potestatem Senatui quam Consulibus tribuit, at miror doctiss. virum de causa Bruti filiorum nullam fecisse mentionem. Conf. cap. II, § 1, p. 43, 45, 47 et not. 1, p. 48, 49, § 2, p. 53, 55, 64, 62.

1) Plut. vita Publicolae, c. 6, p. 183, vol. I, ἡμέτερον ἦδη εἶπε, τὸ λατρεῖν τὸ ἔργον, c. 7, ὅτι τοῖς μὲν υἱοῖς αὐτοῦ ἀποχρῶν ἦν δικαστῆς, περὶ δὲ τῶν ἄλλων τοῖς πολιταῖς ἐλευτέροις οὕσι ψήφου δίδουσι.

caae conditione a probabilitate mihi recedere videtur: poterant saltem clamoribus Bruto favere, sed loquor de iudicii formis.

§ 2.

Leges Valerii Publicolae de provocatione, et de sacrando capite eius, qui regnum occupandi consilia iniret.

Mortuo Bruto Valerius Publicola legem rogavit ac pertulit, ut civi a magistratibus poena mortis vel verberum damnato ad Comitia centuriata provocare liceret: sic nempe haec lex propter Ciceronis et Livii testimonia restringenda est: quae Dionysius de provocatione a poena mulctae narrat, ad sequentia tempora pertinere cum Geibio contendo; nescio cur, ut Woenigero visum est, Gracco Dionysio magis, quam Ciceroni et Livio fides sit habenda. Dubia Woenigero, an haec lex simul iussa de sacrando capite noxiorum quorundam continerit, necne, etiam non magni sunt momenti, nam, ut Livius ipse docet, haec lex a lege sacra Valerii probe est distinguenda, et sacratio capitis saltem in eum, qui huic legi non obtemperabat, non est adiecta, quae una est causarum, cur mox contempta et iteranda fuerit.

Valerius hanc legem rogans iudicium duumvirorum (quaestorum) Numae et mores regiae aetatis recordatus esse videtur; nominatum libertatem civium lege contra iniustas vel nimis severas magistratuum sententias et contra nimiam eorum potestatem in gravissimis causis defendit et summam populi potestatem agnovit. Deinde moribus et partim iteratis legibus Valeriis ad

sententias mulctae et lapsu temporis ad facta vel iussa iniusta magistratum ius provocationis est protractum: simili modo post Tribunos plebis institutos praecipue in causis, quae plebis iura vel Tribunos spectabant, ad Comitia tributa provocari coeptum est, quae confirmantur verbis Ciceronis in Re Publ. "provocationes omnium rerum" minime tamen intelligendis de ipsa lege Valeria propter verba ipsa legis Valeriae, quae Cicero libro secundo huius operis attulit, ut Livius, ubi de lege Porcia mentionem facit. Woeniger igitur nimis huic legi Valeriae tribuit et inter diversa liberae reipublicae tempora non satis distinxit: Geib nimiam potestatem hac in re Comitiis tributis iam prima liberae reipublicae aetate dedit. Lege XII tabularum primum scriptis mandatum est, ut ab *omni iudicio poenaeque* provocari liceret," verumtamen verisimiliter hoc moribus iam antea obtinuerat. Provocatio magis late patebat inde a temporis momento, quo ad Comitia tributa protracta est, nam, ut recte Woeniger animadvertit, Comitiis centuriatis Patricii, qui tunc soli muneribus fungebantur, quibus hisce Comitiis praeesse poterant, vim in civium ad haec Comitia convenientium animos adhibere poterant, vel Comitia eorum opera facilius dissolvi poterant. Quisque civis magistratum ad ei statim auxilium ferendum vel parem vel maiorem *adpellare* poterat; hoc vero civium ius, postquam Tribuni plebis creati sunt, multo magis est auctum, et ad causas iuris civilis talis adpellatio deinde est protracta: sic lege Duilia secundum ius scriptum ab omni magistratu civi ad populum provocare licuit, quamquam moribus primis saltem tem-

poribus post hanc legem Dictatori summa in republica potestas sine provocatione est concessa: sed ad legem Valeriam nos rursus convertamus 1).

1) Cic. de Re Publ. L. I, c. 40, p. 162 cum p. 163 appellat, provocat cum loco saepius laud. II, c. 31, p. 302. Liv. L. X, hist. c. 9 eur. Drakenb. vol. III, p. 37.

Woeniger, das Sacralsystem und das Provocationsverfahren der Römer, Abh. II, p. II, § 10, p. 288, 289: «Dionysius unterscheidet den Inhalt genauer,» de Livio tacet. Deinde «ob sich überhaupt unser Gesetz ausschliessend auf die Provocatio bezog, ist sehr bestritten. Ernesti vermuthet, es sei darin auch noch vom Bluthann des Populus und dem Verbot privilegia in singulos ferre gehandelt worden. — Etwas unzweifelhaftes möchte sich hier schwerlich aufstellen lassen, wiewohl es um so interessanter wäre, als sowohl die Lex Valeria, wie die Leges sacrae später entschieden in die XII Tafeln übergingen, cum p. 390-396, cum § 6, p. 265-273, inpr. p. 274-273, ubi recte distinguit inter provocationem (i. e. ad populum) et adpellationem (ad magistratus) cum § 7, § 8, p. 274-286 de indole provocationum egregie disputat, cum cap. III, § 14-18, 313-330, p. 328, 330 negat nimis universe provocationem ad Comitia tributa obtinuisse, quamquam ille, Geib, Rubino aliique recte sententiam Niebührii refellunt. Recte indicat cives directe sine magistratus ope provocare potuisse, quamquam indirecte adpellatio iis saepe proderat.

De adpell. ad Tribunos, ad pares magistratus et ad maiores magistratus et de formis adpell. egregie egit Woeniger in hoc opere § 19-§ 23, p. 330-343. Geib, Gesch. des röm. Criminalprocesses, aet. I, p. II, cap. III, p. 158-168, inpr. p. 158. «Nach der Angabe des Dionysius soll zwar auch schon das letzte (Geldstrafen) der Fall gewesen sein; allein offenbar ist dieses eine Verwechslung mit der spätern Zeit.» Contra Niebührium, ubi cum loco Cic. de Re Publ. I, 40, rellere conatur p. 157, de provocatione a. Pontific, p. 459, a quaestoribus p. 160, 461, p. 163-166, de Dictat. p. 167, 168, de Comitiiis tributis addit quaedam »im Laufe der Zeiten" sed de causis, quae in Comitiiis tributis iudicabantur, non plane cum eo convenio, p. I, cap. III, p. 35-38, sc. hac aetate, delicta quae directe reipublicam eiusque conditionem spectabant, non universe ad comitia tributa pertinebant

Fieri potest, ut iudicium Bruti de filiis suis, de Vitelliiis, Aquiliis aliisque coniuratoribus opportunitatem legi Valeriae de provocatione praebuerit, civibus timentibus, ne consules in posterum alios cives sine Comitiiis damnarent ac lictoribus eos summis poenis afficerent 1);

(politische Delicten). Schmittheaner, Grundlinien des allgem. oder idealen Staatsrechtes, p. I, cap. II, hui. pars II, § 24, p. 63, 64, provocationem sec. legem Valeriam etiam de multa intelligit. Legem Valeriam de candidatis interpretatur: «Eine andere Lex Valeria de candid. entzog dem Senat und den Consuln das Recht die Quaestoren als Aufscher des Staatsschatzes zu wählen, und die Candidaten zu Consuln frei zu bestimmen, indem vielmehr jedem frei stehen sollte sich zu melden.» Quaestores aerarii, uti quaestores parricidii nempe a populo creati sunt. De provoc. animadvertit «ward offenbar der Arm der Regierung gelähmt.» Dictator potestatem habet «die volle Königliche Gewalt,» et tandem de Comitiiis: «Die Hauptcomitien des Volkes waren zwar diejenigen der Centurien; indessen bedurften die Beschlüsse derselben die Bestätigung durch die Curien, welche als eine Art erste Kammer und Pärsgerecht neben ihnen bestanden,» cum not. 5, cum p. 65, 66, potestatem Comitiorum tributorum «als Politische Versammlungen» et öffentlicher Gerichtshof a iudicio Coriolani repetit cum § 22, 23, p. 64-63, ibi etiam de Senatus potestate scribit Senatum quasi populi tutorem hac actate fuisse. Minus recte equites iam tum ordinem equestrem habet.

1) Tit. Liv. Hist. L. II, c. 8 et 7, cur. Drakenb. vol. I, p. 264-268, L. II, c. 33, vol. I, p. 383, 384, cum L. III, c. 55, vol. I, p. 771.

Dion. Halic. L. V, c. 19, vol. II, p. 158; ἕνα μὲν ἐν τῷ διαβιβῆθην ἀπέπειν ἄρχοντα μὴδένα εἶναι Ῥωμαίων, ὅς ἂν μὴ παρὰ τοῦ δήμου λάβῃ τὴν ἀρχὴν, θάνατου ἐπιπέσει ζήμιαν, ἔὰν τις παρὰ ταῦτα ποιῇ καὶ τὸν ἀποκτείνοντα τούτων τινὲ ποιῶν ἄθωον εἶναι τῷ ἰδιώτῃ προκαλεῖσθαι τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τὴν τοῦ δήμου κρίσιν — ἕως δὲ δήμος ὑπὲρ αὐτοῦ ψηφισῆται. Multa dubia, quod ad Comitias attinet, moverunt docti viri imprimis Niebühr et Göttling. Niebührus existimat provocationem Patriciis ad Curias, Plebeois ad Comitias tributa fuisse usque ad legem duodecim tabularum, quod probare studet verbis *populus*, *ἄθωος* et conditione Romanorum: loca Livii et Dionysii tamen huic sententiae repugnant: prae ceteris Li-

inde etiam Valerius submissis fascibus in concionem venit, qui mos in urbe deinde a Consulibus est ser-

vii L. II, c. 7 et 8, quae tamen accurate conferenda sunt cum L. I, c. 60, vol. I, p. 231 et cum narratione Livii de causa Manlii et Cassii, de quibus plura deinde disputabo, et vel maxime Cicero de republica L. II, c. 31 ed. Moser et Creuzer, p. 301, hic locus etiam Niebührii sententiae adversatur. Dionysius plerumque verbum *δημος* de toto populo usurpat. Dion. Halicarn. L. IV, c. 20 ed. Sylb. p. 224, *τοῦς δημοσιποῦς*, L. VII, c. 23, p. 438 et c. 44 ibid. nonnunquam in Coriolani factis de plebe, sed frequentius hanc designat verbis *πληθος*, *χλαος*. Plut. vita Publlicolae c. 10-12, vol. I, p. 187-190. Niebühr, römische Geschichte, vol. I, p. 553-556, minus recte de lege sacra «Dieses Gesetz, welches Tyrannoktonie sichern sollte, hat Mord straflos gemacht.» Götting, Röm. Staatsverf. p. 274-276, § 400, p. 258, 262, 263, § 95, 96. Plura infra de iudicio. De iis, qui regnum affectarent, locus Livii L. I, c. 60 plures scriptores fugit, inter alios etiam doctissimum H. G. Römer, diss. de consul. Roman. ceteroquin magnam partem audiendum, c. II, § 2, p. 62-64 e. g. eius animadversio tamen propter prospectum ex Livii narratione non satis patet; res inter difficillimas de Romanis antiquitatibus quaestiones censenda est, uti etiam tota doctrina de Comitibus sequentibus temporibus liberae reipublicae Romanae; quod ad centuriata Comititia attinet mecum etiam facit Hüllmann et recte refellit van der Velde, Röm. Grundverfassung cap. II, § 14, p. 144-148 cum p. 114 seqq. p. 181-184, minus recte etiam de multa. Contra Wachsmuth, die ältere Gesch. des römisch. Staats, Creuzer, Abriss der röm. Antiq. § 120, p. 453, 459, § 122, p. 468, 469, praec. p. § 136, p. 184, «*an den Plebeiern zugestandene Provocation*,» iam magnam vim Comit. Centur. fuisse Servio Tullia regnante nos docet Dionys. Hal. L. IV, p. m. 456, van der Velde diss. de comit. cur. sect. I, cap. III, p. 66 haec de plebe intelligit conf. p. 64, 65, 67. Liv. Hist. I, c. 60. Drakenb. I, p. 231: «*Duo consules inde Comitibus centuriatis a praefecto urbis ex commentariis Serv. Tullii creati sunt. Liv. VI, c. 20 cur. Drakenb. vol. II, p. 347, 348.*» Quum centuratum populus citaretur concilium populi indietum est, Liv. L. II. c. 41, vol. I, p. 426.

vatus et indicat summum iis in urbe deesse imperium: suspicio regni Valerium etiam movit.

Cum hac accusatione, cum iudicio filiorum Bruti et cum incerta reipublicae conditione altera lex Valerii cohaerere mihi videtur, quam populus eo auctore sanxit „de eo qui regni occupandi consilia iniret, ut ipse cum bonis sacer esset” lex eo spectabat, ut de tali noxio non amplius Consules, sed Comitia summatim sententiam ferrent; iureiurando nulla poena addita erat, nunc poena mortis in eum decernebatur, quae a quoque cive post Comitiorum decretum ei irrogari poterat: tali lege libera republica orta, uti civitate condita, opus erat; libertas imperio Consulium ac Senatus auctoritate temperata erat fundamentum novi status civitatis; qui eam subvertere volebat, erat quasi hostis Romae: lex sacra Romuli de prodicione tamen hac lege non est sublata: qui igitur cum alio populo vel cum civibus machinationes strueret, ex lege Romuli tenebatur, neque hoc in iudicio Bruti filiorum latuit, nam ipse Tarquinius cum Etruscis foedera fecerat.

Lege sacra Valerii facta puniebantur, quae non perfecta erant: etenim non requirebatur, ut civis iam a quibusdam civibus Rex haberetur, sufficebat, si cum aliis civibus ad regnandum coniurationem iniret.

Plutarchus aliam legem affert ab eodem Valerio latam, qua poena mortis de eo sanciebatur, qui magistratum iniussu populi gereret, quae etiam a Dionysio citatur, sed ille de nulla alia lege sacra Valerii mentionem facit, quare haec verba eadem lege continentur, si iam his temporibus tribuenda sunt, nam Livius non nisi priora a me allata Valerio adscribit; ultima ad tempora post decem-

viratum retulit: nimis breviter tamen de prioribus legibus sacris agit: hoc facto, quamquam de eo non disertis verbis in lege scriptum erat, aliquis quodammodo dici poterat regnum affectare, quod potestatem contra populi voluntatem exerceret 1).

Nihil in hisce legibus, neque omnino hac aetate de coetibus, de seditione prohibendis, puniendis legitur: imo vero Dionysius memoriae prodidit veniam sacrificiorum causa coeundi, uti ante Tarquini Superbi regnum a Regibus, nunc a Consulibus urbanis et agratribus esse datam 2).

1) Liv. III, c. 55, vol. I, p. 771, seqq « Aliam deinde consularem legem de provocatione unicum praesidium libertatis decemvirali potestate eversam non restituerunt modo, sed etiam in posterum muniunt sanciendo novam legem. » Plut. vita Publicolae cap. 11. vol. I, p. 189, δεύτερος (i. e. νόμος) ὁ τοὺς ἀρχὴν λαβόντας, ἢν ὁ δῆμος οὐκ ἔδωκεν, ἀποβήσκειν: deinde aliam legem citat, c. 12. Ἐγραψε γὰρ νόμον ἕνευ κρίσεως κτείνειν δίδοντα τὸν βεωλέμενον τυραννεῖν, vol. I, p. 190. F. C. Conradi, scripta minora — edita ab Lud. Pernice diss. I, cap. II, § 11, p. 16, 47. Köstlin mihi adversatur, die Perduellio § 15 p. 109, § 16, p. 108, 110, 111, 115.

2) Dion. Halic. L V, c. 2, καὶ τὰς θυσίας τὰς τε κατὰ τὴν πόλιν καὶ τὰς ἐπὶ ἀγρῶν, ἅς ἐποιοῦντο κοινῇ συνίοντες οἱ δημόται καὶ οἱ φυλῆται πάλιν προσέταξαν ἐπιτελεῖσθαι ὡς ἐπὶ Τυλλίου συνετελοῦντο, ed. Sylb. p. 278. Ruperti, Handbuch der röm. Alterthümer, vol. II, p. Verfassung des röm. Staats, p. 420 partim recte, nescio tamen, e quo fonte hauserit plebeios ad Comititia tributa provocare posse ex lege Valeria de provocatione cum p. 118 cum p. 99, ubi recte Comititia Centuriatis inde a tempore Servii Tullii iudicium de re capitali tribuit, nec tamen addidit hoc a duumviris, quaestoribus etiam haberi posse et saepius saltem a Comititia diiudicari, si a cive provocaretur. Conf. Sextus Aurelius Victor de viris illustr. ed. Arntzenius 1733, cap. XV, p. 105, 106 de provocatione a magistratibus ad populam.

§ 3.

Secessio prima. Leges sacratae.

Initio liberae reipublicae, quum Tarquinius cum sociis Romae imminebat, Patricii multa plebi grata fecerunt, postquam vero Porsenna Etruscorum Rex Tarquiniis opem ferre destitit, iniurias in plebem commiserunt, provocationem Patricii ei negarunt multosque plebeios, qui propter agros ab hostibus vastatos, propter ipsa bella, quibus nullum ad agros colendos iis erat otium, omnia vendere debuerant et variis obligationibus erant obstricti, in vincula coniecerunt et ad serviles operas adhibuerunt, partem agrorum publicorum ac praedae iis denegantes 1): tunc multi eorum

1) Gravis et valde difficilis est quaestio nexus, nexi et addicti. Niebühr opinatus est haec diversa esse: addicti, si inter spatium, de quo convenerat, debitor non solvisset: debitorem nexum fieri si coram testibus se vendidisset, sed civem se vendere non posse, verum solummodo addicti posse, ut operas praestaret, ni solveret recte existimarunt von Savigny über das altrömische Schuldrecht, p. 4-6, 9-12, 14-17 et nuper doctissim. H. van Heusden recte tamen refellens celeberr. von Savigny, quod existimaret addictionem mutui dationis obligationi propriam esse, nexum intelligendum esse obligationem de usuris.

Göttling, Geschichte der röm. Staatsverfass. § 63, p. 122, 124, § 102, p. 283, 284. Conf. etiam dissert. doct. vir. A. van Heusden quondam mei commilitonis et amici de lege Poetelia Papiria. Trai. ad Rhen. 1841, praec. p. 22-30, 30-53, 53-81 cum Prooemio p. 2, 4, 8, 9 cum cap. II, § 4, 6 seqq. praec. p. 65, 68, 69.

Contra Niebühr, röm. Gesch. 2te Ausg. vol. I, p. 601-609, multa dedit etiam Hüllmann, röm. Grundverfassung, cap. III, § 15, p. 168-179, quaedam Creuzer, Abriss der röm. Antiq. § 37, p. 48, 49 et in notis. Wachsmuth, die ältere Geschichte des röm. Staats,

hunc statum aegre ferentes in forum sese proriperunt, unde tumultus per totam urbem ortus est.

Consulibus advenientibus nonnisi summa difficultate manibus temperatum est, Latinis equitibus nunciantibus Volscos urbem iam petere: nomen militiae plebs dedit ea conditione „ne civis Romanus, dummodo arma careret, vincitus teneretur.” Consul fidem fecit se ipsum bello peracto plebis curam habiturum: sed Volscis ac Sabinis fuis plebs frustra postulavit, ut Consul Senatusque promissa exsequerentur; Appius Claudius, alter Consul, de nexis ius dixit eosque creditoribus tradidit: tunc rursus tumultus facti sunt, multitudo Consules in foro circumstetit: quamquam licitor iussu Appii ducem quendam plebis arripuerat, Appius precibus Patriciorum et clamoribus plebis coactus est provocationi huius ducis plebis cedere: sequente nocte illa magis nova pars civium Romae Esquilii et in Aventino coetus habuit nocturnos, quibus inter eos convenit nomen non amplius militiae dare, et a Patriciis, qui maiorem partem antiquis gentibus constabant, sese sciungere 1): imo vero sequente die, quum licitor ad

p. 270-274. Loca veterum de hac re apud praecipuos scriptores inveniuntur, iam satis nota sunt; haec igitur mitto, quum tantum obiter hanc rem tractem.

1) Hacce sic scripsi, quia mihi persuasum est ex secessionibus et ex pace deinde facta, si cum conditione plebis tempore Romuli comparetur, non eandem fuisse plebem, sed Romuli aetatis plebem potius accedere ad clientium conditionem ac necessitudinem cum patriciis secessionis tempore; hi nempe cum patriciis contra plebem faciebant. Ab alia parte negare non ausim in Senatum, in Patricios advenas, adscitos fuisse e. g. Tullo Hostilio regnante. L. I., Hist. Liv. cap. 28, Drakenb. p. 123, c. 30, p. 126, c. 31, p. 131,

eum arripiendum, quem nominatim delectus causa citatam Consul, missus esset Consulique succurrerent Patricii, plebs patricos ipsos adortus est eosque manibus repulsavit.

Nomen M. Valerii bellumque cum Volscis et Aequis illorum consiliis intercessit, simili edicto similique fide plebeiis a Valerio dictatore creato datis: Patriciis vero ipsius promissa frustrantibus hic dictatura abdicavit ac plebs rursus colloquiis occultis, vel si Dionysium sequimur, etiam interdum habitis, in montem sacrum secessit, tametsi sacramento (iureiurando militari) tenebatur: Livius eos de caede Consulum huius rei causa deliberasse commemorat; clientes cum patriciis Romae manserunt. Dionysius contra plebeios a Consulibus in castris retentos esse, eos mox ad aliam partem plebis, quae iam in montem migrarat, Sicinio duce sese contulisse narrat. Patricii autem videntes plebeios se non cum hoste coniungere, neque in ipsos Patricos arma vertere, legatos ad eos miserunt, ut redirent in urbem, quamquam primum Patricii cum clientibus ad se contra plebem tuendos arma ceperant: cum iis de conditionibus pacis actum est, quasi inter duos populos iure gentium (i. e. inter gentes), quamquam ut milites militari imperio non obtemperarant; plebei rogantur et a Patriciis impetrarunt, ut illis ad se defendendum magistratus proprii Tribuni plebis adessent, qui, ne a Patriciis in hac defensione opprimerentur, sacrosancti essent et ex solis plebeiis crearentur: hoc ta-

van der Velden, diss. p. 51, 52. Tac. Annal. XI, 24 cap. hic locus tamen magnam partem de sequentibus temporibus.

men opportuno tempore non usi sunt ad dira creditorum in debitores iura abroganda 1); si Dionysium sequimur, Senatus (i. e. Patricii) primum plebeiis impunitatem promiserat, deinde Menenius Agrippa eos, qui solvere non poterant quique iam in creditorum erant potestate, a debito liberos dixerat: de contractibus futuris communiter statuere Patriciis et Plebeiis reliquerat, attamen L. Bruto duce plebs has conditiones non accepit, sed postulavit, ut proprii sibi essent ma-

1) Liv. Hist. L. II, c. 21, cur. Drakenh. vol. I, p. 330, c. 23, p. 342. Nullo loco deest *seditionis* voluntarius comes cum p. 336 seqq. — nec temperatum *manibus* foret, ni prope Consules ad *opprimendam seditionem* intervenissent, c. 24, alius alium confirmare, ne nomina darent p. 345, c. 27, qui ante nexi fuerant creditoribus tradebantur et nectebantur alii — crescere inde malum in dies non *clamoribus* modo apertis, sed quod multo perniciosius erat secessione occultisque conloquiis, p. 351, 356, 359, c. 28, p. 357, coetus nocturnos pars Esquilis pars in Aventino facere, ne in foro subitis trepidaret consiliis c. 29 quum conversus in Patres impetus esset — in qua (rixa) tamen *sine lapido, sine telo* plus clamoris atque irarum quam iniuriae fuerat, p. 361, c. 32, p. 378, 379. « Et primum agitata dicitur de Consulibus caede ut *solcerentur* sacramento. Dion. Halicarn. L. VI, c. 1, p. 341 ed. Sylb. c. 22, p. 358, 359, ἐξ ἧν σύνοδοι μὲν ἦδη κατὰ συστροφίας τῶν ἐν ταῖς ὁμαίαις ὄντων τύχαις ἔγινοντο καὶ ἀντιπαρὰ τῆς κατὰ τὴν ἄγορᾶν, ἔσπε δ' ἔτε καὶ χεῖρ' ἔψιμα χεῖραι, cum c. 23-29, p. 361-363, c. 34, p. 367, 368 seqq. Ἕρκους ἀλλήλους καταλαμβάνον ὑπὲρ τοῦ μηκέτι συναρῆσθαι τοῖς πατρικίοις πολέμου μινδεύει. Conradi scripta minora a Pernice edita diss. I, cap. II, § 13, p. 18-20. Clar. Holtii Hist. Tur. Rom. Lineamenta Traiecti ad Rhenum 1840, § 13, p. 16, ubi scribit: « Patres tamen per totam hanc aetatem superiores fuerunt. Schmitthenner leges «sacratas» vocat «da er (der Bund) durch die Fetialen unter den Schutz und die Garantie der Götter gestellt ward Grundlin. des allg. oder idealen Staatsrechts, p. I, cap. II, hui. p. II, § 24, p. 64, 65.

gistratus, quod ius post aliquot controversias inter Patricios iis est datum: tunc per omnia sacra iuraverunt tribunos esse sacrosanctos, foedus inter duas gentes per fœtiales ictum est ac sacrificiis institutis Iovi montem sacrum consecrarunt: Patriciorum indoli saltem convenit se non nisi sensim paulatimque plebi cessisse, eorum conditioni post secessionem hoc minus est consentaneum 1).

Itaque neque coetus nocturni, neque coetus, qui sine ullo dubio adspici poterant, interdium facti, neque consilium captum, coniuratio secessionis nempe se ab alia populi parte sciungendi, neque ipsum secessionis factum, neque quod nomen militiae dare recusarent, manus consererent, quamquam sine armis, ex lege puniebantur nec in eos Senatusconsultum latum est, iussa Consulium vana fuere, quae profecto vitam seditiosorum non spectabant, sed potius, ut milites fierent, ut creditoribus dederentur: plebs ut alius populus Patriciis et clientibus quasdam imposuit condiciones: hoc vero toties obtinuit, quoties secessio a plebe facta est: ta-

1) Dion. Halic. VI, c. 43-90, p. 373-414 imprimis c. 45, p. 375, οἱ μὲν πένητες εὐμενέι κρύφα εὐδὲ νύκτωρ, ὡς προτερον, ἄλλ' ἀναφαιδὸν ἤδη συνιόντες ἐβούλευον ἀπόστασιν ἐκ τῶν πατρικίων ἢ δὲ βουλῇ καλύειν διακουμένη τοῖς ὑπάτοις ἐπέταξε μήπω λύειν τὰ στρατεύματα, c. 77, p. 377. Φημισαμένης αὐτοῖς ἕδειαν τῆς βουλῆς καὶ διαλλαγῆς ποιησαμένης εὐπρεπεῖς. Tit. Liv. Hist. L. II, c. 32, 33 cur. Drakenb. vol. I, p. 378-390. Cicero de republ. L. II, c. 33 ed. Moser et Creuzer, p. 309 et in notis de controversia de montibus sacro et Aventino not. 3, c. 34, causa populo nata est duobus tribunis plebis per secessionem creatis, p. 312 et not 2 et 3 ibidem.

Cicero de legibus L. III, c. 7 ed. Orell. vol. IV, p. 1, p. 558, cum cap. 3, p. 552, 553 ed. Ernesti vol. IV, p. 2, p. 801, 802.

men *seditio*, *tumultus*, *coniuratio* a scriptoribus vocatur, at deest animus rempublicam hostibus prodendi, nullae cum hostibus machinationes fiunt; praeter illas conditiones post pacem factam magistratum imperio, Senatus auctoritate, Comitiorum legibus reguntur 1). Aliquid novi huic atque illi post decemviratum legi sacrae inest nempe magistratus plebis sacrosanctos fieri, nemini licere Tribunum cogere ad aliquid faciendum, cum verberare vel occidere vel alii eius caedem mandare; qui hoc faceret, eius caput

1) Dion. Halic. l. VI, c. 89, p. 410 ed. Sylb. *πεπονημένοι τὰς πρὸς τὴν βούλην συνθήκας διὰ τῶν εἰρηνοδικῶν, οὓς καλοῦσι Ῥωμαῖοι φητιάεις.* Hic scriptor locis citatis narrat, cum legati a plebe mitterentur, partem patriciorum, qui in montem sacrum ut Senatus legati ad plebem profecti erant, tanquam sponsores in monte sacro remansisse, ne vis plebeis legatis fieret: Nonne haec etiam conveniunt iuri (inter gentes) gentium. conf. praec. Niebühr, röm. Gesch. vol. I, p. 624-640, nominatim p. 628: «Ihr grosser Rath ermächtigte den Senat zu unterhandeln und dieser ordnete an die Gemeinde wie an einem siegreichen Feind, die zehn erste der seinigen als Gesandte ab. Der Vergleich zwischen beiden Ständen war durch einen feierlichen von den Fetialen über einen Opfer geschlossenen Frieden festgesetzt. Cicero M. Valerium huius pacis habet auctorem in Bruto c. 44 ed. Ernesti vol. I, p. 542, 513, Caii. Sallustii Crispi hist. fragmenta L. I, ed. Wetsten p. 123, 124. Götting, röm. Staatsverf. § 102, p. 283-288. Wachsmuth, die ältere Gesch. des röm. Staates, p. 274-285. Hüllmann, röm. Grundverfassung, cap. III, p. 179-184. Haec fugerunt Conradum in scriptis minor. a Pernice editis, diss. V, cap. III, § 6, cum cap. V, § 1, 2, p. 336-338. Recte contra Woeniger naper distinxit inter *leges sacras*, quas sanctas etiam vocat, et inter quas enumerat Legem Valeriam et inter *leges sacratas*. Das Provocations-verfahren, p. II, cap. II, § 10, p. 239 et not. 4, ab eo cit. l. 8, § 3 ff, de rer. div. et qualit., sed legendum est l. 9, § 3 ff. eod., quae tamen ad omnes *leges* cuiuscunque indolis pertinet.

sacrum esset. Duo igitur in his legibus sacris sunt elementa: alterum, ut iam notum est, quo statuitur de eo, qui impune poterat, occidi post Comitiorum decretum, cuius interfector non in iudicium parricidii incidebat; alterum vero, quod praecipuum est, magistratui plebis vim non posse fieri, vitam eius lege defendi: hoc prioribus legibus sacris deest, quippe quae magis rempublicam vel res civium, non directe singulos cives vel magistratus spectarent: itaque nimis universe hoc Abegg de omnibus affirmavit.

Hoc verbum sacrosanctum optime Cicero in oratione pro Lucio Cornelio Balbo interpretatur „Primum enim sacrosanctum esse nihil potest, nisi, quod *populus plebesve sancisset*: deinde *sanctiones sacrandae*, aut genere ipso, aut *obtestatione et consecratione legis, aut poenae, cum caput eius, qui contra facit, consecratur* 1).”

1) Cicero pro Balbo, c. 14, ed. Ernesti vol. II, p. 2, p. 1281. Abegg, de antiq. Rom. iure criminali, p. 49. Dilucide hanc rem exposuit Dion. Halic. L. VI, c. 89, p. 410. ὅτε ὁ νόμος, ἔτι δὴ μαρχον ἔκοντα ὡς περ ἕνα τῶν πολλῶν μηδεὶς μὴ δὲν ἀναγκάζετο θρῆν, μαστιγούτο μὴδὲν ἰπιταττέτω μαστιγοῦν ἐτέρῳ, μὴδὲ ἀποκτινύτω μὴδὲ ἀποκτείνεῖν κελεύετω· ἐὰν δὲ τις τῶν ἀπηγορευομένων τι ποιήσῃ, ἔξαγίτος ἔστω καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ Δημήτριος ἱερὰ καὶ ὁ κτείνας τινὰ τῶν ταῦτα εἰρησμένων φόνου καθαρός ἔστω. Nimis breviter Livius L. II, c. 33, cur. Drakenb. vol. I, p. 383. »Agi deinde de concordia coeptum concessumque in condiciones, ut plebi sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxilii latio adversus Consules esset. Magis suam sententiam explicat L. III, c. 55, cur. Drakenb. I, p. 77, «quam religione *inviolatos* lege etiam fecerunt sanciendo, ut, *qui* tribunis plebis *nocuisset*, eius caput sacrum esset, familia ad Aedem Cereris liberi liberaeque venumiret. Conf. etiam Zonaras, L. II, p. m. 21, 22, fol. ubi inter alia de potestate plebis

Qui enim contra tribunos vim faceret, eo magis, qui eos occideret, eius caput Diis inferis consecrabatur, devovebatur: Tribunus sacrosanctus dicebatur, ut rem recte explicat Livius, quod non posset violari, cuius verbi mira est coniunctio cum verbo vi, quam Tribuno inferre non licebat. Iovis numen quodammodo tribunos tuebatur. Non solum illi hac lege tenebantur, qui Tribunos ad faciendum cogebant, eos pulsabant, interficiebant, verum etiam caedis mandatores, qui nulla facta ipsi commiserant: itaque etiam causa facti spectabatur partim saltem, ut mihi videtur, ne Patricii hoc clientibus, Consules lictoribus, patres liberis praeciperent vel suaderent, Tribuni tamen revera laesi esse debebant, mandatarius (procurator) eos vulnerasse, occidisse debebat, ut ipse tanquam caedis, vulnerationis mandator plecti posset; ea, quae apud nos conatus remotus vel proximus audiuntur, si lex apud Livium et Dionysium nobis est servata, vel eius mens iis bene innotuit, inter facta poena digna non enumerantur, nec coniurationis fit mentio.

Verba *sacrata lex* varia continent variisque modis a scriptoribus sunt accepta, hoc ius lege ac iureiurando sancitum, confirmatum esse; legem in monte sacro latam esse, Tribunos sacrosanctos fieri, qui eos laederent Iovi vel inferis sacros esse indicant 1).

eo temporis momento *ἅπαντες πρὸς βουλῆς ἦσαν ποιεῖν ὑπεσχεόμενοι* ed. Fugger et Wolf. Conf. etiam Conradi scripta minora a Pernice edita diss. I, cap. III, § 30, p. 41, 42, § 32, p. 43, 44. Aurelius Victor, de viris illustr. ed. Arntzenius, cap. XVIII, p. 113, 114, non plane accurate, nam nihil de foenore commemorat.

1) Cicero de offic. L. III, c. 31 ed. Ernest. vol. IV, p. 2, p. 938,

Si Dionysio fides habenda esset, Lucius Iunius Brutus, quem ille propugnatores libertatis plebeiorum acerrimum habet, quamquam eius nomen apud nullos alios invenitur, non multum post legem tulit nemini Tribuno ad populum verba facienti contradicere licere; si contradiceret, vades Tribunis daret, ni hoc faceret, morte plecteretur ac bona ipsius publicarentur, sed Li-

«nullum enim vinculum ad adstringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt id — indicant *sacrae* ed. Orell. IV vol. p. 2, p. 435, ubi legitur artius. Festi. et Marii Verri Flacci de verb. signific. L. XX illust. Dacierius verbo *sacer* p. 467, verbo *sacrae*. Festus verbo «*sacrae leges*» adicit «sunt qui esse dicant *sacras*, quas plebes iurata in monte sacro sciverit. «verbo» *sacrosanctum* «*sacrosanctum* dicitur, quod iureiurando interposito est institutum, si quis id *violasset*, ut morte poenas penderet; ubi etiam Paulus, p. 469, cum verbis sacramento *sacrare*, consecrare magna huic verbo est necessitudo, consulatur praecipue Hüllmann, röm. Grundverf. p. 188-190, cum p. 184-186. «Dieser Ausdruck wird überhaupt von unverbrüchlichen eidlich eingegangenen Verpflichtungen gebraucht — vorzugsweise führen in der ältern römischen Geschichte den Namen *leges sacrae* zuvörderst zwei der plebs zugestandenen Rechte, auf die sie den größten Werth legte,» ut recte etiam de lege *sacra* militari ab his diversa cum p. 207 seqq. Creuzer Abriss der röm. Antiq. § 153, p. 214.

Göttling, Rom. Staatsverf. § 402, p. 285: «Weil Fecialen unter heiligen priesterlichen Ceremonien die Vereinigung geschlossen hatten, so hiessen die gesetzliche Bestimmungen, in deren Folge sie zu stande kam, *leges sacrae*, so wie der Hügel, auf welchem das ganze vor sich ging, *mons sacer*. Auch waren die Strafen, welche die Uebertreter trafen, *sancit*.» Totius Latinitatis Lexicon consilio et cura Iacobi Facciolati, opera et studio Aegidii Foreellini Schnebergae 1833 verbo *sacrosanctum* tomo IV, p. 4, 5, verba *sacrat* p. 5, *sacrosanctus* p. 6, *consecro* tomo I, p. 563. Wachsmuth, die ältere Gesch. des Röm. Staates, p. 285 cum p. 290. Festus, verbo *fetiales* ed. Dac. p. 148, verbo *sacer mons*, p. 467, verbo *sacrosanctum* p. 470, ubi eadem fere Paulus scribit.

vius Caesonem primum vades publicos dedisse memoriae prodidit; toti Romanae reipublicae historiae magis congruit non statim Tribunos tanta iura sibi vindicasse, sed sensim paulatimque ut plebeiorum magistratus potestatem suam in alios cives protraxisse: mortis saltem poena tali facto nimis aspera videtur, praecipue, si a Tribunis tributisque Comitibus proficiscatur: verbum *contra dicere* multo latius patet, quam ea, quae in lege sacra scripta sunt.

§ 4.

Iudicium Coriolani.

Propter hanc legem Niebührius coniectura assequi conatus est, quae de Coriolano a Livio, Dionysio et Plutarcho narrantur, viginti annis post accidisse, verum tamen, cum hi scriptores omnes de tempore conveniant, nempe illud iudicium statim post secessionem primam habitum fuisse, dubia moveri possunt, an lex sola sequentibus temporibus lata sit: praeterea rei naturae est consentaneum multos Patricios pacis conditionibus renuisse 1).

1) Dion. Halic. L. VII, c. 47, p. 431, 432, δημάρχου γνάμην ἀγορεύοντας ἐν δήμῳ, μηδεὶς λεγέτω μηδὲν ἐναντίον μηδὲ μεσολαβείτω τὸν λόγον. ἐὰν δὲ τις παρὰ ταῦτα ποιήσῃ, δέδοται τοῖς δημάρχοις ἐγγυητὰς αὐτῆς εἰς ἕκτισιν, ἢς ἂν αὐτῷ ἐπιβῶσι ζημίαις· ἴδὲ μὴ διδοῦς ἐγγυητὴν βανατῆ ζημιούσῳ καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ ἰερὰ ἔστω." Erat igitur lex sacra; contra Livius L. III, Hist. c. 43, p. 593. «Hic primus vades publicos dedit." Niebühr, röm. Gesch. 2te Ausg. vol. II, p. 263-265 et not. 529, alia argumenta affert II, p. 142-140. Nomen consulis P. Minucii etiam apud Livium invenitur, L. II, c. 34 et Licinii c. 33 et c. 34, cur. Drakenb. vol. I,

Caritas erat annonae, quod agri secessione iacerent inculti; plebs, cui pauci agri erant, hac fame magis quam Patricii premebatur, accusabat igitur Patricios tanquam secessionis ac famis auctores; ut remedium huic malo plebs afferret, conventus habuit; tunc frumentum ex Sicilia in horrea publica est advectum, quod inter cives dividendum esse statuebant magistratus Patriciique, qui partium studiis non erant incitati, Patricii vero, qui plebi adversabantur et inprimis Marcius dictus Coriolanus capta urbe Coriolis nil Plebeiis esse tribuendum vociferabant, ni civitas in antiquum statum redigeretur, ni Tribuni plebis tollerentur; si haec plebi non placerent, plebs rursus secederet. Hanc ipse M. Coriolanus sententiam in Senatu tulit. Tribuni hoc plebi denunciarunt et vel ipsi viatores eum adprehendere iusserunt, vel plebs

vol. p. 383, p. 390. Niebührius sententiam suam probare studet inter alia argumenta, quod urbs Corioli paulo ante foedus cum Romanis iurasset, quare eius cives Coriolanum in urbem recipere ac exercitui praeponere non potuerint; ecquid tamen a sociis foedera semper servata sunt? nonne hac aetate Romae nunc plebei nunc autem patricii victores evadebant? Quidquid sit, si sententiae Niebührii accedas, benevole lector, si eris, nil fere mutatur praeter secessionem, nam et huic C. Marcio Coriolano dicto tribunicia potestas invisa esse poterat: eodem modo vel simili ratione antiquum reipublicae statum Romae Patriciis restituere eius consilium esse poterat. Conf. tamen Wachsmuth, die ältere Gesch. des röm. Staates, p. 301-308, sed critica arte non satis usus est eiusque sententia de Comitibus tributis mihi neganda esse videtur. Hüllmann, röm. Grundverfassung, p. 210, 214, cum p. 208, cum p. 242 et passim. Conf. Ruperti, Handbuch der röm. Alterthümer, vol. II, p. 1, p. 429, 130, ubi recte refellit sententiam aliorum, qui scribunt Senatum tribunis veniam accusandi dedisse.

eum adoriri voluit, quem verisimiliter Patricii, non autem Tribuni contra plebem defenderunt: dubium etiam videri potest, num viator iussu Tribuni Patriciumprehendere posset.

C. Sicinius Bellutus secessionis dux, post secessionem ac pacem factam Tribunus plebis Coriolanum rogasse fertur, ut se de iis, quae in Senatu dixisset, defenderet et iram plebis deprecaretur: ille autem respondisse dicitur se haec omnia iure professum esse, se iudicium plebis recusare ac tribunos, qui nonnisi plebeiorum essent magistratus, in Patricium nullam potestatem habere, se eos hostes reipublicae iudicare propter agendi rationem: indoli saltem Coriolani, ut a Livio, Dionysio et Plutarcho adumbratur, haec minime repugnant 1). Dionysius et Plutarchus adiiciunt in illa Patriciorum et plebeiorum rixa viatores et Aediles pulsatos fuisse, ac propterea Sicinium Coriolanum a rupe Tarpeia deiicere voluisse propter facinus contra Aediles consentiente vel renuente Tribuno L. Bruto; sed magis verisimile est ex temporum ratione, ex Patriciorum potestate et ex Tribunorum huius aetatis munere eos Coriolano diem dixisse, ut certa die

1) Tit. Livii hist. L. II, c. 34, 35, cur. Drakenb. vol. I, p. 394-400. Marcus Coriolanus *hostis tribuniciae potestatis* — et plebem ira prope annavit. Fame se iam sicut *hostes* peti Dion. Halic. L. VII, c. 19-25, ed. Sylb. p. 433-438, nominatim c. 21, p. 434. Plutarchus in vita Coriolani, Plutarchi vitarum vol. II, scribit plebem eum consulem creasse, nisi nimis Patriciorum causae favisset, c. 44, c. 15, cum c. 17, ibi affirmat Tribunos et Aediles Coriolanum arripuisse, p. 202, 203 cum p. 205. contra melius Livius L. II, c. 35, vol. I, p. 397, cur. Drakenb. «In exeuntum a Curia impetus factus esset, ni peropportune tribuni diem dixissent.

Comitiis tributis adesset. Tunc ad preces sese converterunt Patricii et plebeios dividere studuerunt 1): fortasse Coriolanus Patriciorum consiliis cedens Tribunos rogavit, cuius delicti eum accusarent: illi responderunt „tyrannidis:” haec audiens se iudicio adfuturum ait; Livius eum ante iudicium magna Patriciorum comitante caterva in exsilium ivisse, tunc plebem ei exsilium decrevisse memoriae mandavit. Dionysius et Plutarchus contra affirmant eum iudicio adfuisse, pectus vulneribus laceratum civibus ostendisse, eos in memoriam facinorum pro patria factorum revocasse, tandem ab iis quaesivisse, quomodo ille, qui toties patriam ac tam multos singulos cives servasset, eam eosque nunc opprimere vellet, quibus moti fuissent cives, ni Decius Coriolanum accusasset, quod praedam inter amicos divisisset: tunc Coriolanum in Comitiiis tributis exsilio perpetuo esse damnatum, quod primum exemplum iudicii esset in Comitiiis tributis de patricio habiti. Res valde dubia est propter Coriolani indolem, propter varia quae de Comitiorum tributorum potestate scripserunt veteres, in quibus inter diversa tempora probe est distinguendum: indoli Coriolani magis convenit se nullo modo

1) Dion. Halic. L. VII, c. 34-36 ed. Sylb. p. 445, c. 35, προθυμίαν δὲ πολλὴν εἶχον τινες — ἐγχειρῶν αὐτοῦ διαφθεῖραι νόμον — συνήγγον δ' αὐτὸν εἰς τοῦτο — οἱ δημοκράτοι — καὶ ταῦτα εἰπεῖν ἐπέταξεν ἄγειν αὐτὸν ἐπὶ τὸν ὑπερκείμενον τῆς ἀγορᾶς λόφον. Plut. vita Coriol. c. 18, vol. II, p. 207, ὡς θάνατος ἐπὶ τῶν δημοκράτων τοῦ Μαραθῶνος κατεργάσεται. Minus recte Aurelius Victor memoriae mandavit Coriolano *Consuli* diem dictam fuisse, nam magistratus in iudicium vocari non poterat, nisi, postquam annus muneris praeterlapsus erat: deinde addit Coriolanum ut proditorem a Volscis necatum fuisse. Aurelius Victor de viris illustr. ed. Arntzenius cap. 49, p. 116, 117.

plebeiis cecidisse; se Patricium tributorum Comitiorum ac Tribunorum potestatem respuisse. Si semel cessit, fieri potest, ut Patriciorum precibus consilii motus etiam iudicio adfuerit se facile absolvi credens, si ex more merita, facta sua pro patria singulisque civibus enumeraret; si veteres consulimus hisce Comitiiis fortasse ex conditione civitatis post secessionem ac reditum ius aliquod iudicium de eo ferendi fuit; Tribuni eum poterant accusare, quamquam ille erat Patricius, cuius ratio esse videtur, quod ea ipsa iura eosque ipsos magistratus defensores suae partis, quos plebs pacis conditionibus acceperat, subvertere studebat aliosque Patricios ad illud faciendum incitabat: ex lege tamen sacrata non teneri poterat, nec eius mentio fit neque apud Livium, neque apud Dionysium; ecquid igitur ad eius exemplum? nam ut moribus aliquid constitutum esset, invaluisset, deerat tempus: hoc uno modo verba Livii, si vera sunt, aptum sensum praebent. „Se iudicem quisque, se dominum vitae necisque inimici factum videbat.” Quae aliquatenus confirmantur narratione Dionysii plebem eum mortis poena mulctare non ausam fuisse: itaque ex eius mente tribitis Comitiiis iam haec erat potestas: exsillii poenae in legibus huius aetatis, vel duodecim tabularum sermo non habetur: dubitandum tamen est, num propter mulctam tantis precibus studiisque dividendi plebem Patriciis opus fuisset; ab alia parte tributa Comitii ad plebeios solos pertinebant, Patricii iis adesse poterant, non vero ipsi erant iudices vel legislatores, inde a Servio Tullio et magis a libera republica maxima potestas Comitiiis certuriatis, quae ex duabus parti-

bus reipublicae constabat, data erat; nulla alia vestigia tantae potestatis tributorum Comitiorum hac aetate adsunt; multae potius quam poenae capitales noxii in iis imponebantur; Tribuni erant vel maxime initio defensores plebis: nihil proprie fecerat in Tribunos plebis vel in plebem, Senatui tantum consilium darat; nisi propter simile factum ex lege sacra iudicatus sit, quod non satis ex veteribus scriptoribus apparet; potius crederem mulctam vel fortasse exsilium moribus ex tributis Comitiiis in eum sancitum fuisse, vel ei decretum fuisse exsilium, postquam sponte exsularat 1). Dionysio teste accusabatur *tyrannidis*, ubicunque eum circumdabant Patricii iuvenes, victum plebi negare volebat, omnibus libertatis praesidiis eam privare conabatur, attamen magis spectabat Patriciis antiquam reddere potestatem, quam ipse Rex fieri: si huius delicti revera a Tribunis accusatus est, hoc tantum fecerunt, ut invisio regis nomine plebem in eum excitarent: altera accusatio etiam partium studio, quo tota eius causa plena est, tribuenda videtur, nam ipse cum amicis et clientibus quibusdam Antiates devicerat.

1) Dion. Halic. ed. Sylb. L. VII, c. 57-64, p. 462, 469 nominatim c. 58, p. 463 τυράννιδι ἐπιβουλεύειν αὐτὸν ἠτιάσαντο c. 61, p. 467, 468 πρῶτος μὲν διέβητο τὴν κατηγορίαν Σικίνιος ἐν πολλῆς ἐπιμελείας καὶ παρασκευῆς παντὰ ὅσα πρῶττων ἢ λέγων ὁ ἀνὴρ κατὰ τοῦ δήμου διετέλεσεν εἰς κατασκευὴν τυραννίδος ἀγαθέρων cum c. 62, 63, p. 469. Plut. vita Coriol. c. 20, vol. II, p. 208 ὅτι τυράννις ἔστι τὸ ἔγκλημα καὶ τυραννεῖν διανοσούμενον ἀποδείξουσιν — ἔπειτα τὴν τυραννίδος ἀφέντες αἰτίαν ἀναπόδεικτον οὖσαν Zonaras in Annalibus L. II, p. 24, ed. Fugger et Wolf accusationis tyrannidis etiam mentionem facit. Liv. Hist. L. II, c. 35, vol. I, p. 397. « Ibi ira est suppressa, se iudicem quisque se dominum vitae necisque inimici factum videbat.

Mox Marcius Coriolanus cum exercitu Volscorum Latinorum et Romanorum agros invasit castraque prope Romam posuit, tunc ipsi Tribuni et plebeii opibus destituti, nec Volscis pares propter incertam Patriciorum mentem, quibus parum confidebant, quorum proditionem timebant, sententiam contrariam, quae Coriolano reditum pararet, a Comitiis decerni voluerunt, sed Patricii adversabantur verisimiliter, ut plebis metum augerent, et magis magisque plebeiorum precibus quasi premerentur, iis igitur magis asperas condiciones imponere possent, fortasse etiam, ut suspicionem se cum Coriolano facere a se averterent. Deinde Senatusconsultum factum est, ut scribit Dionysius, vel potius ex Livii narratione lex in Comitiis lata est, quo reditus in patriam Coriolano datus est et legati ad hunc Volscorum ducem missi sunt 1).

Contentim primo Marcius audiebat minas tribunicias: auxilii, non poenae ius datum — plebisque non Patrum tribunos esse — Ipse cum die dicta non adesset perseveratum in ira est." Niebührium iam citavi ubi de lege tribunicia scripsi. Wachsmuth, sine ulla critica arte sententiam Livii probat. Die ältere Gesch. des röm. Staates, p. 304, cum p. 303 et seqq. Si tibi est otium, conferas etiam Rosini antiquit. Romanar. corpus absolutissimum. Traiecti ad Rhenum 1701. L. VI, c. VIII, IX seqq. p. 456-459. Cap. XVI, p. 475, 476. Sigonius de iudiciis L. III, c. 5, in Sigonii operibus omnibus tomo V, p. 335. Mediolani 1736 in aedibus Palatinis iudicium de Coriolano vocat *extraordinarium* — «quippe cum nulla lege aut more tum primum plebs tributis Comitiis iudicaret." Geib nuper contumdit Comitia tributa saepe et de gravissimis causis iudicasse et gravissimas poenas noxiis imposuisse. Gesch. des röm. Criminal-processes, p. I. cap. III, p. 32, 35, 38 et multa exempla affert, quae vero omnia dubiis non vacant.

1) Liv. Hist. L. II, c. 39, vol. I, p. 414. Id modo non convenie-

Niebühr *reditum* ei *decrevisse* *Comitia curiata* et *plebem* 1) *incertam*, an a *Patriciis* *proderetur*, huic

bat, quod *Senatus Consulesque* *unquam* *alibi* *spem* *quam* *in* *armis* *ponebant*: *plebes* *omnia* *quam* *bellum* *malebat* — *multitudo* *ingens* *pacem* *poscentium* *primum* *seditionis* *clamore* *conterruit*. *Deinde* *vocare* *Senatum* *referre* *de* *legatis* *ad* *C. Marcium* *mittendis* *coegit*. *Dion. Halic. L. VIII, c. 21, p. 496.* Ῥωμαῖοι — μίαν ὑπέλαβον ἔσεσθαι ἀπάντων τῶν κακῶν λύσιν, εἰ ψηφίζαντο τῷ Μαρκίῳ τὸν κάθοδον καὶ ὅτε δῆμος ἅπας ἰβία τοῦτο καὶ οἱ θημάρχοι νόμον εἰσφέρειν ὑπὲρ ἑκαστοῦ τῆς καταδικῆς ἐβούλοντο, ἀλλ' οἱ πατρικιοὶ ἐναντιώθησαν αὐτοῖς, c. 25, ὅτε γὰρ βουλὴ πᾶσα ἄρμηται τὴν κάθοδον ψηφίζασθαι αὐτῶν, καὶ ὁ δῆμος ἕτοιμος ἔστι νομῆ κυρῶντι λύσαι τὴν ἀειφυγίαν. Nonne hic *plebs* *verbo* *ἄλλο* *diserte* *Patricii* *opponitur*? *Plut. vita Coriolani c. 29, 30, vol. II, p. 216, 217,* ἐκ δὲ τούτου θαυμαστὴ μὲν ἔσχε καὶ ἀβία μεταβολὴ γνώμης τὸν δῆμον ἄποτος δὲ κομιδῆ καὶ παράλογος τοῦτε Πατρικίου. *Niebühr, röm. Gesch. Zw. Ausg. vol. II, p. 265-276, praec. p. 269 et nota 539;* quaedam etiam ap. *Ciceronem* *inveniuntur* *in* *Bruto*, *c. 10* *ed. Ernesti, vol. I, p. 509* *ed. Orell. vol. I, p. 329* *cum* *c. 11* *ibidem.*

1) *Conf. etiam Wachsmuth, die ältere Gesch. des röm. Staates, p. 300, 304-308, praec. p. 309-312, eine wahre Farce vor dem angeblichen Verlangen der Plebeier den Coriolan zurückzurufen. Contra Göttling, röm. Staatsverf. existimat iudicium in Coriolanum perlatum fuisse a plebe, eique tale ius in Patricios competere § 105, p. 300-304, nec de lege sacra dubitat; memoria digna sunt, quae scripsit p. 300 et 302 inter alia: «Das ihnen (plebeiern) das Richteramt nach altlatinischer Weise (§ 17) gleich bei dem neuen Bündniss zwischen Plebeiern und Patriciern nach der ersten Seccession gegeben ward, würde schon daraus hervorgehen dass Feccialen das Bündniss, wie zwischen zwei verschiedenen Völkern, geschlossen hatten: zwischen den verschiedenen Völkern Italiens ward aber ein solches Recht als herkömmlich bestehend angenommen.» minus recte affirmat *Senatusconsulto antea opus esse, ut deinde Comitia tributa de eive iudicium habere possent: Livius, Dionysius et Plutarchus his adversantur. Contra Hüllmann, röm. Grundverf. p. 210, 214. Creuzer, Abriss der röm. antiq. § 121, 122 seqq. p. 159, 160 seqq. § 125, p. 167, 160. Niebührum imprimis sequi videtur celeberr. vir; suam sententiam diserte tamen non exponit.**

rei non adversatam fuisse contendit, sed omnes veteres contrarium affirmant; de tributis Comitibus sermonem habent, quod probabilitati non repugnat, quum ab iis exsilio esset damnatus, vel exsiliu, in quod sponte abierat, ei esset confirmatum; sic Dionysii testimonium cum Livii verbis conciliari potest primum Comitibus tributa redditum ei decrevisse, deinde Senatusconsultum, ut reditus Coriolani omnium etiam Patriciorum niteretur consensu, factum fuisse: *δημος*; apud Dionysium hic nullo modo de toto populo intelligi potest, nam huic *δημος*; Patricios opponit; num tamen Tribuni talis consilii auctores fuerint, dubium videtur, nisi contrariae Sicinio parti essent addicti, quum eo tempore in ipsa plebe nondum essent factiones: verum subito ad portas urgebat hostis ira et vindictae studio concitatus, Patriciis diffidebat plebs. Paulo ante gravis plebis orta erat seditio, arma propter famem prope ceperat, conventus habuerat, nulla tamen in illos plebeios poena statuta erat neque iis erat irrogata.

§. 5.

Causa Spurii Cassii.

Spurius Cassius Consul foedera cum Latinis renovarat, partem praedae et agrorum *populorum*, qui eorum ope devicti erant, secundum antiqua foedera iis concesserat, cum Hernicis foedera fecerat iisdem conditionibus, ea mente, ut contra Volscos et Aequos Romanorum essent socii: deinde legem tulit de publicis agris, quos Patricii possidebant decumas saepe non amplius solventes, tanquam dominio reddendis

plebi, quae vi et iniuria hisce privata erat. Ex Senatusconsulto decemviri creati sunt ad inquirendum, quae agrorum pars inter plebeios dividenda esset, quae a republica civibus nempe Patriciis esset locanda. Leges tamen Cassii et foedus cum Hernicis ietum aegre tulerunt Patricii, graves inde tumultus orti sunt, et, quum annus Consulatus praeterlapsus esset, quaestores C. Fabius et L. Valerius Cassium in iudicium vocarunt. 1)

1) T. Livii Histor. L. II, c. 41, 42 ed. Drakenb. vol. I, p. 422-427. Dion. Halic. L. VIII, c. 68-80 ed. Sylb. p. 536-547, cum L. VI, c. 95, p. 415, καθάρων τε καὶ λείας ἐκ τῶν κοινῶν πολλῶν τὸ ἴσον λαγχάνεσσαν μέρος ἀμφοτέροις, cum verbis cap. 69, L. VIII, αὐται (sc. συνέκται, ἐμολογίαι) δὲ ἴσαν ἀντίγραφοι τῶν πρὸς Λατίνους γενομένων, cap. 76, τὸ ἐπιβαλλὼν ἐκάστοις, c. 77, γῆς τε καὶ λείας. Ex foedere iisdem conditionibus icto cum Hernicis ac cum Latinis efficiendum est Livium et partim Dionysium errasse tertiam agrorum partem Hernicis esse adentam, nam hoc de Latinis profecto non affirmari potest. Res igitur ipsa nos cogit, ut ab his fontibus discedamus. Conf. imprimis Niebühr, röm. Geschichte, Zw. Ausg. vol. I, p. 379, 552, 596, vol. II, p. 43-48, p. 93-100, 146-187. Cicero de republ. L. II, c. 35 ed. Moser et Creuzer, p. 313, 314 et ibi not. 1. Cicer. Oratio Philipp. II, c. 44 ed. Ernesti vol. II, p. 2, p. 1510 ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 489 cum c. 34 eod. p. 1499 ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 481. Dio Cassius ap. Niebührium. Göttling, Geschichte der röm. Staatsverf. § 106, p. 306, p. 305-307, etiam negat tertiam partem agrorum Hernicis tantummodo remansisse, sed propius ad narrationem Livii et Dionysii accedit partem minorem iis tamen adentam fuisse existimans. conf. etiam § 91, p. 234-237 ubi Niebührium refellere conatur quod ad septem iugera plebeiis data attinet cum § 92, p. 239 seqq. § 28, p. 267. Wachsmuth, die ältere Gesch. der röm. Staats, ubi multa de foedere inveniuntur, p. 265-368 de praeda communi tantum scribit. Creuzer, Abriss der röm. Antiquit. § 154 et not. ibid. p. 215. Hegewisch, Geschichte der Graechischen Unruhen, Hamburg 1801, p. 74, minus vere « Vom

Accusatus est perduellionis eiusque speciei regni affectandi: quaestores huius anni argumenta afferbant eum arma parasse ac coetus habere; invidia vero legum ipsius potius, quam iure Comitiiis centuriatis damnatus esse videtur, nam nullum factum, quo eum regnum spectare appareret, argumentis probatum est, si Livio, Valerio Maximo et Ciceroni (saltem uno loco) fidem habemus: unus Dionysius de testibus, de probationibus commemorat, sed, quamquam uberius quam ceteri hanc causam narrat, de Hernicis et Latinis in forum prorumpentibus, Comitiiis se immiscentibus tam multas scripsit fabulas, ut hac in re eius fides sit valde dubia: in Cassii fatis describendis Gracchorum leges et tempora nimis recordatus esse videtur. Solum mentio fit huiusmodi factorum, quae apud nos conatus remotus dicerentur, conventus cum illis, qui suae parti favebant, armorum domum sociorum collatorum: an eius mens revera fuerit, ut Rex Romae fieret, ex veterum testimoniis non plane constat. De quibus rebus in illis conventibus actum esset, quid ibi decretum esset, incertum erat. Verba „regnum affectare” huic delicto propria indicant etiam factum, quod apud nos habetur conatus; tyranni instar se gerere nondum coeperat, non igitur erat initium facti exsequendi.

Nonne legem agrariam ferre poterat, quod sibi de plebeiorem iure persuasum haberet? plebis auram capere studebat, fama erat eum regnum affectare,

Anfange an, seit dem der Staat von Rom Eroberungen machte, war es Grundgesetz? gewesen, dass die Ländereien, die der Staat, als Domaine zu sich nahm, hauptsächlich an die ärmeren Bürger überlassen werden sollten.”

hac Patricii usi sunt, ut plebeiorum animos ab eo averterent: foedus cum Hernicis et Plebi partim displicebat, quia talibus conditionibus in sequentibus bellis, si Hernici iis auxilium ferrent, minorem partem agrorum devictorum populorum acquirerent: plebs facile illis temporibus suspicabatur aliquem regnum affectare 1).

Hoc exemplo videmus causam, quae legibus sacris imo vero libera republica vindicabatur, iudicio perduellionis etiam diiudicari posse, nec tantum a selectis iudicibus (sc. duumviris perduellionis), sed etiam a magistratibus, qui causis inquirendis per unum annum erant praepositi, nempe quaestoribus: Livio et

1) Dionysius discrete affirmat Cassium arcessivisse Latinos et Hernicos ad Comitia, ut suffragia ferrent, L. VIII, c. 72. Merito hoc impugnarunt Wachsmuth, op. laud. p. 268, 269 (contendit Cassium eos in urbem armatos vocasse, ut ei auxilium ferrent, cuius rei nulla vestigia apud Livium aliosque occurrunt) et Göttling, Gesch. der Röm. Staatsverf. § 106, p. 305 et in not. De probationibus vid. Dion. L. VIII, c. 78, μετὰ τοῦτο καὶ τὰς ἀποβήτους τῆς τυραννίδος παρείχοντο πίστει, ὡς χρήματὰ τε συνευέγκαιεν αὐτοὶ Λατῖνοι καὶ Ἑρνίκες, καὶ ὄπλα παρασκευάζαιεντο, καὶ συμπορεύοιντο ὡς αὐτῶν οἰθραστότατοι τῶν ἐν ταῖς πόλεσι νέων, ἀπὸβήματα τε ποιούμενοι βουλευτήριον — καὶ παρείχοντο τοὺς τούτων μαρτύρας πολλοὺς μὲν ἑστούς, πολλοὺς δὲ ἐκ τῶν ἄλλων συμμαχίδων πόλεων. Contra Livii verba L. II, c. 41, p. 424, «propter suspicionem insitam regni.» Valerii Maximi factorum dictorumque memorabilium L. VI, c. 3, § 1, recensuit Torrenius, p. 549 »cui plus suspicio concupitae dominationis» Cicero iam laud. orat. Philipp. II, c. 44, «propter suspicionem regni appetendi» et Dio Cassius. Hüllmann, Röm. Grundverf. § 18, p. 244 seqq. de Cassio p. 251-255 affirmat eum Comitibus Centuriatis damnatum fuisse, nimis Dionysio hac in re fidem habet, tamen «was von ihm (Cassius) berichtet wird, steht im Helldunkel und ist nicht ohne Widersprüche. Exempla affect coloniarum Latinorum iam ante devictorum. Obiter mentionem facit et Maelii et Manlii Cicero de republ. L. II, c. 27 ed. Moser et Creuzer, p. 292.

Dionysio auctoribus horum munus fuit cives delictorum accusare, Cicerone teste accusatorum et iudicum partes populi i. e. Comitiorum centuriatorum consensu simul egerunt, huius officii vero idem Cicero de quaestoribus aliis locis nullam mentionem facit: hac igitur aetate duumviri perduellionis a quaestoribus rerum capitalium iam seiungebantur, hi magistratus facti erant.

Propter Livii et Dionysii testimonia Comititia potius quam quaestores eum damnasse mihi videntur (tametsi Cicero nobis obstet) et quidem centuriata, quia ex veterum testimoniis de Comititiis et ex eorum narratione de Cassii damnatione hoc nec de Comititiis curiatis, quibus non amplius talis erat potestas, nec de Comititiis tributis interpretari possumus. Livius inquit accusatione regni affectandi etiam plebem Cassio adversatam fuisse, mox eo mortuo eam Cassii damnationis poenituisse; in Comititiis centuriatis praeterea Patricii plebeiis praevalebant 1).

1) Liv. Histor. L. II, c. 41, p. 422 nec omni plebe adversante, p. 422, » adspersa plebes, » c. 42, p. 426. Haud diuturna ira populi in Cassium fuit — accensaque ea cupiditas est malignitate patrum cum cap. 41, » populi iudicio cap. 42, p. 427 plebi p. 429 invisum alterum plebi, accusatione Sp. Cassii. Nunc verbum populum” nunc verbum plebem usurpat, tamen de iudicio verbum » populum” de toto populo non de Comititiis tributis inprimis propter quaestores accipi posset. Livii verba sunt qui patrem auctorem (alii actorem) eius supplicii ferant — peculiumque filii Cereri consecrasset — Invenio apud quosdam idque *propius fidem est*, a quaestoribus H. Fabio et L. Valerio diem dietam perduellionis damnatumque populi iudicio. Dion. Halic. L. VIII, c. 78, cum c. 79, *ἐκείνα δὲ με ἀρέσκει τεκμήρια ὄντι οὐκ ἐλάττωκα καὶ πρὸς τῆν ἑτέραν ἔχει συγκατάθεσιν*

A quibusdam scriptoribus pater Cassii cum cognatis de eo iudicium habuisse fertur, unde Abegg, alii eam

ὅτι μετὰ τὸν θάνατον τοῦ Κασσίου ἦν οἰκία κατέσκηψεν — καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ τὸ κοινὸν ἀπέλαβεν.

Valerius Maximus L. VI, cap. 3, § 1, recens. Torrenius p. 549 ex recensione Thysii, p. 533, post ea, quae iam citavi, sequuntur: »Senatus enim populusque Rom. non contentus capitali cum supplicio afflicere, interempto domum superiecit, ut penatum quoque strage puniretur contra L. V, cap. 8." Huius aemulatus exemplum Cassius, filium, qui *tribunus plebis* agrariam legem primus tulerat, multisque aliis rebus populariter animos hominum amore sui devinctos tenebat — adhibito propinquorum et amicorum consilio, affectati regni crimine domi damnavit — ac peculium eius Cereri consecravit p. 507, 508. Plinii Histor. Nat. L. XXXIV, c. 4, cum notis Salmasii, Gronovii caet. edider. Hackii 1668, vol. III, p. 496. »Romae simulacrum ex aere factum Cereri primum reperiō *ex peculio* Sp. Cassii, quem regnum affectantem pater ipsius interemerat." Sibi rem proponere videtur quasi pater templum Cereris hoc peculio filii donasset. Cicero de republ. ed. Moser et Creuzer. p. 313, 314 et not. 1 Moseri, p. 313, cum not. 1, Creuzeri, p. 314. Maio, deinde Moser ediderunt »quaestor accusavit, eumque, ut audistis, cum pater in ea culpa esse, comperisse se dixisset cedente populo, morte mactavit." Emendare voluit Creuzer: »eumque pater, ut audistis, cum dixisset conf. contra notae Maii. Verba Ciceronis »de occupando regno molientem" non certa facta indicant. conf. contra Abegg, de antiq. Roman. iure criminally p. 64-67 et not. 113 ibid. Meae sententiae favet partim Niebühr, vol. II, p. 143-146, sed ille, ut Götting, a me discedit quod ad Comititia attinet, nempe putant ea fuisse curiata Niebühr, vol. II, p. 191, 192 et not. 367, recte tamen reprehendit Dionysium, quod quaestores aerarii et parricidii miscerent. p. 490, not. 366. Götting, Gesch. der röm. Staatsverfass. p. 306, § 106 et not. 6, cum § 100, p. 276. Contra van der Velden Disquisitio de comitiis curiatis apud Romanos haec etiam de Comitiis centuriatis interpretatur p. 62, 64, 67, 68 et passim. Scriptores fugisse videtur locus Ciceronis, qui tamen saepe ad notionem maiestatis definiendam adhibetur. L. II, c. 17, de inventione ed. Ernesti vol. I, p. 216, 217 ed. Orell. vol. I, p. 163; verbum concilium plebis ibi etiam usurpatur de comitiis partis civium. Pater

sententiam pro certo affirmarunt: Livius et Dionysius huius rei meminerunt eamque quaestionem ex prisco-

filium suum tribunum Comitia habentem de templo deduxerat, in magistratum patria potestate usus erat; dubium erat quae potestas praevaleret vel patris vel magistratus vel saltem an patri hoc condonari posset. Verba Ciceronis »Ratio.» In filium enim, quam habebam potestatem, ea usus sum. Rationis infirmitas. At enim, qui patria potestate, hoc est *privata* (quadam) tribuniciam (potestatem), hoc est, populi potestatem infirmitat, minuitis maiestatem. Indicatio est. Minuatne is maiestatem, qui in tribuniciam potestatem patria potestate utatur??

Res vero non plane eadem est apud Ciceronem, non est iudicium de capite filii. conf. etiam Dion. Hal. L. II, c. 26 ed. Sylb. p. 96, 97. *ἔδν τε ἀποκτινῶναι προαιρήται κὼν τὰ πολιτικὰ πράττων ὁ παῖς ἢ δὴ τυγχάνη* Zirkler, Hochverrath und Maiestätsverbrechen, p. 8. Dieck op. laud. p. 18. Rosshirt das röm. Recht, als Quelle des Deutschen crim. Rechts. Neues Archiv. vol. XI, parte, p. 14, 15. Rubino Untersuchungen über röm. Verfassung und Geschichte, p. 457 not. 1, narrat. de Cassio dubitari, an patri an magistratibus poena ei esset infligenda, an perduellionis, an regni affectati esset accusatus, quae ex eius sententia de perduellione interpretari debemus. Ferguson the history of the progress and termination of the Roman republic. London 1830, ch. II, p. 10. Dionysium sequitur de civitate cum Latinis communicanda, et, ut ubique, de omnibus agris privatorum civium inter plebem dividendis cogitat de culpa Cassii etiam dubitat.

Geib, Gesch. des Röm. Criminalprocesses, p. I, cap. III, p. 33, 34, recte hoc iudicium Comitibus centuriatis tribuit hisce verbis, » In gleicher Weise, wie von Manlius, muss man aber auch von Sp. Cassius behaupten, dass sein Urtheil von den Centurien ausgesprochen worden ist: wenigstens lässt sich abgesehen von der angeblichen Bedeutung von *populus*, durchaus kein Grund für die entgegengesetzte Meinung beibringen. Dagegen ergibt sich aus einer Bemerkung des Dionysius, dass schon zur Zeit dieses Processes, und daher bereits vor den XII Tafeln, die Centuriat-Comitien als die regelmässigen Criminalgerichte betrachtet worden sind (cit. not. 21. locus Dion. de Coriolano (VIII, c. 59); und da nun ferner von keinem Schriftsteller die Unregelmässigkeit jenes Verfahren getadelt wird, so ist es gewiss das einfachste anzunehmen, dass hier gerade

rum scriptorum testimoniis et ex rei ipsius natura tractarunt et tamen populi iudicio favent: Dionysius de patre hoc negat, quod peculium Cassii tunc Cereri non consecratum fuisset, nec aedes ipsius publice fuissent

diese regelmässige Behörde das Urtheil gefällt hat." Deinde de hisce temporibus Comitii curiatis universe negat »Criminal-competenz."

Geib *quaestores parricidii recte a quaestoribus aerarii sciungit: minus recte vero quaestores liberae reipublicae et Regum aetatis eosdem habet et iis negat munus delicta inquirendi (saltem per unum annum); negat eos tum fuisse magistratus, quae non solum apparent ex loco Livii de Volscio, sed etiam ex loco Ciceronis de republ. L. II, c. 35, de quo loco nullam mentionem facit, deinde munus inquirendi iis tribuitur a Varrone et Festo.*

Geib *op. laud. p. 1, cap. V, p. 50 seqq. inpr. p. 52 et not. 7 de testimonio Pomponii, p. 53 seqq. p. 57, 58, de differentia inter quaestores parr. et aer. 59 de differ. inter quaest. aer. et duumv. perd. »in den wesentlichsten Punkten mit ein ander übereinstimmten, wohl aber auch in sehr vielen Beziehungen von einander verschieden waren," cum p. 66-71, ubi agit de his quaestoribus, deinde non amplius parricidii dietis, qui a Senatu vel a populo creabantur et de eorum consilio. conf. Woeniger nuper iudicia Cassii et Manlii tributis Comitii tribuit. Abh. II das Provoicationsverfahren p. II, cap. III, § 17, p. 324, not. 1.*

Geib, *Gesch. des Röm. Criminalprocesses aet. I, p. I, cap. VII, p. 85, existimat patrem familias de liberis, qui in sua potestate erant, iudicium ferre potuisse etiam de delictis contra ipsam rempublicam commissis et not. 17; de Cassio vero haec negat, cap. III, p. 33, 34 et not. 20, videatur tamen de probat. hac aetate Geib, op. laud. aet. I, p. II, cap. I, p. 97 seqq. et inpr. cap. II, p. 137, «eine sogenannte positive oder auch negative Beweistheorie noch schlechthin unbekannt war," deinde enumerat quatuor species probationum confessionem, rei, testimonia, scripta et indicia p. 137-146, probationem per scripta non negat. Animadvertendum tamen est in Comitii reos saepe propter suspiciones damnatos fuisse, neque propterea hoc saepe iure factum esse, neque ipsos Romanos hac aetate existimasse hoc iure obtinuisse.*

dirutae; quamquam formula „ bona Cereri consecrare” de bonis, quae publicantur, de pecunia bonisque, quae aerario acquiruntur, usurpatur, pater Cassii, patriae amore ductus et propter odium in filium patriae hostem, his aerarium donare potuisset, sed tunc aedes magistratuum iussis solo non fuissent adaequatae, cuius monumentum exstabat area ante Telluris templum Livii temporibus. Cicero in republica ex optimis Codicibus quaestoribus et accusandi et iudicium ferendi officia mandavit, et, si mirari licet eum hoc loco ambo haec munera simul ad eos retulisse, ipsa vero verba et Codices prohibent, quominus Maii interpretationi vel Creuzeri coniecturae accedamus. Valerius Maximus, qui ab Abeggio aliisque prae ceteris citatur, uno loco diserte mecum facit, et de iudicio populi, et de aedibus publice dirutis; qui mos illis saeculis de regni affectandi noxiis praeterea viguit, ut nos docent exempla Maelii et Manlii et area Maelii Livii et Dionysii aetate etiam tum nomine eius dicta; alio loco de patris et propinquorum iudicio. Valerius Maximus commemorat, sed tunc eundem Cassium Tribunum plebis vocat, huius testimonium ergo non magni momenti esse potest, nam hoc ipso apparet eum rem non accurate tractasse: unus Plinius patri iudicium de Cassio tribuendum esse diserte testatur, nec sibi repugnat. Si conditionem civitatis Romanae Regum temporibus, et eo magis hisce liberac reipublicae initiis spectamus, si Horatii iudicium cum Cassii fatis comparamus, nobis magis probabile videtur magistratus et Comitia quam patrem de delicto Cassii iudicasse, tametsi negare nollemus, si populus

vel magistratus patri cessissent, patrem etiam recte filium damnare et punire potuisse; mediam viam iniuit Cicero patrem magistratibus dixisse se filium in culpa esse comperisse.

Tandem sententiae de patris iudicio obstare videtur Cassium iam tum consulatus munera obiisse, quum in iudicium vocaretur, variisque triumphis fuisse ornatum.

Valerius Maximus, Dio Cassius et Zonaras memoriae mandarunt paulo post Cassii damnationem P. Mucium Tribunum plebis novem tribunos accusasse, quod Sp. Cassio duce id egissent, ne magistratus subrogarentur, quod igitur idem eorum ac Cassii propositum fuisset, scilicet regnum restituere: huius rei causa a populo, ut hi scriptores narrant, damnati et igni cremati sunt, et de novem Patriciis a Festo ex sepulcrorum monumentis fere eadem scribuntur, praeterquam quod hos contra Consulem Sicinium Volscum coniurationem fecisse addatur; quare propter eadem tempora similiaque facta haec iudicia vel partim vel omnia cum Cassii damnatione cohaerere existimem, et, si cum facto aedium publice dirutarum, cum quaestione, an poena de liberis Cassii sumeretur, coniungas, partium studiis, Patriciorum invidiae in Cassium damnationem ipsius pro parte adscribendam esse efficias, quidquid de culpa Cassii opineris: altera pars alteram vicit, et ut victor in alteram factionem saeviit, quae Livii narratione confirmantur plebem hunc civem necatum mox desiderasse, inde seditionem ortam fuisse, L. Valerium alterum quaestorum, qui Cassium accusaverant, plebi invisum fuisse propter hanc accu-

sationem, alteram partem reipublicae vicisse et huius opera eundem L. Valerium Consulem factum fuisse 1).

Tantam autem in republica potestatem Patricii non diu habuerunt: mox T. Menenio, qui Consul Fabius Cremerae nullam opem tulerat, dies ab uno Tribunorum plebis dicta est; capitis accusatus est, sed animis plebeiorum precibus patrum commotis, Comitia mulctam ei dixerunt. Itaque Tribuni eo tempore etiam Patricios capitis accusare poterant 2). Deinde Genucius Tribunus plebis L. Furium et C. Manlium in iudicium vocavit, quod agrariae legi adversati essent, verum hic Tribunus, conventibus de eo interficiendo a Patriciis habitis, sequente die domi mortuus est inventus 3). Hi vero Patricii propter tales conventus nec accusati nec damnati sunt, nec seditiones plebis, quae paulum post Capitolium occupavit, punitae sunt.

1) Liv. Hist. L. II, c. 42 cur. Drakenborch, vol. I, p. 426, »ea igitur pars reipublicae vicit nec in praesens modo, sed in venientem etiam annum. M. Fabium Caesonis fratrem et magis invisum alterum plebi accusatione Sp. Cassii L. Valerium Consules dedit, Dion. Halic. L. VIII, p. 549, c. 80. Festus verbo novalis ager. Niebühr, Röm. Gesch. vol. II, p. 142-145, cum p. 464-468, ibi inveniuntur loca Dionis, Zonanae et Valerii Maximi. Valer. Maximus L. VI, c. 3, § 2, ed. Torrenius, p. 552 »qui duce Sp. Cassio id egerant, ut magistratibus non subrogatis, communis libertas in dubium vocaretur" i. e. omnes Tribuni praeter Mucium. Eiusdem rei Gracchi accusati sunt, nec tamen hoc iis est probatum.

2) Liv. Hist. L. II, c. 47-50, vol. I, p. 476, 477 cum cap. 52-56. Niebühr, Zw. Ausg. vol. II, p. 216-222, p. 234-241. Götting, Gesch. der Röm. Verfass. § 107, p. 307, 308.

3) Liv. Hist. L. II, c. 58, 59, vol. I, p. 503-516 cur. Drakenborch. Niebühr, vol. II, p. 256-260.

Causae Kaesonis et Volscii.

Pace cum Aequis et Volscis facta C. Terentillus 1) Arsa, ut leges de iure inter Patricios et Plebeios adaequando scriberentur, rogavit: tunc Patricii inprimis minorum gentium hisce Tribuni conatibus obstiterunt ac Comitia centuriata plebe, Tribunis fugandis, pulsandis et vulnerandis turbarunt.

Hos Patricios Kaeso Quinctius ferox ac praecellens ingenio, qui saepe contra hostes arma tulerat nec non facundia praeditus erat, contra plebem quasi contra hostes ducebat et ipse adversarios pulsabat: huius rei causa A. Virginius Tribunus plebis ei capitis diem dixit, ut mihi videtur, praecipue, quod etiam Tribunos e foro pulsasset vitio ei vertebatur eum legi Terentilli hac ratione adversari.

Primores Patriciorum merita eius in patriam enumerarunt se ipsos vidisse eum acriter contra hostes pugnasse, plures cives servasse: pater L. Quinctius dictus Cincinnatus plebem deprecabatur, ut iuveni condonaret: 2) plebeii contra testabantur se in-

1) Niebühr legit *Terentillus* vol. II, p. 313, nof. 634, vel Terentillus. Hüllmann, Röm. Grundverf. Terentillus vel Terentius, § 16, p. 191 et seqq. de rogatione. Terentius sec. Dion. Halic.

2) Sic a Livio et Dionysio res narratur, contra minus accurate Aurelius Victor de viris illustribus, cap. XVII, ed. Arntzenius 1733, p. 109. «Lucius Quinctius Cincinnatus filium Caesonem petulantissimum abdicavit, qui et a censoribus notatus ad Volscos et Sabinos confugit.» Si haec ex Nepotis scriptis excerpta sunt, qua de re non

iurias a Kaesone passos fuisse, se ab eo pulsatos nudatosque fuisse. Dubii haerebant cives, an precibus Patriciorum cederent, an meritorum, an iniuriarum civis rationem haberent (nam in iudiciis publicis merita saepissime afferebantur, ut reus absolveretur, ut hac ratione veniam impetraret) quum M. Volscius Fictor, qui antea Tribunus fuerat, testem se constituit fratrem suum a Kaesone, rixa inter eos orta, ad mortem usque caesum fuisse, deinde domum esse ablatum ibique post paucas horas esse mortuum: se igitur Kaesonem fratris caedis accusare. Hisce plebs incitata Kaesonem statim occidere voluit, sed Tribunus Virginius eum arripere vel saltem eum vades dare iussit: ex Livii narratione hoc demum auxilio Patriciorum inprimis T. Quinctii reus impetrasset; Niebühr tamen dubitat de tanta Tribunorum potestate, quia proprie erant *plebis defensores*, unde Patricios non adoriri possent, in eos nondum habendi essent magistratus. Eos Patricios capitis accusasse iam vidimus, illa vero potestas etiam ad defendendos plebeios inprimis adhibebatur et longe distat a potestate arripiendi: ab alia parte Livius et Dionysius conveniunt quaestionem motam esse, an arriperetur: tantum dissentiunt de iis, qui decreverunt vades esse dandos: Livius hoc Tribunis, Dionysius Senatui tribuit: itaque res dubiis est obnoxia 1). Quidquid sit, Tribunorum po-

plane constat vel saltem non de omnibus vitis virorum illustrium, non accurate Aurelius Victor (vel alius) haec memoriae mandavit.

1) Dion. Hal. L. X, cap. 5-8, ed. Sylb. p. 630-634, c. 4, p. 630, ἄλλοι τὲ τινας τῶν πάντων ἀπέργων καὶ ἀπαίσιμων, οἷς εὐθεὶς τῶν κοινῶν πα-

testas eo decreto est aucta, quod poena mortis in eum quoque sit constituta, qui Tribunum impediret, quominus rogationem publice ad populum in Comitibus faceret, et in eum, qui in media Tribuni oratione verba facere ipse inciperet, ut Tribuni rogationi obsisteret, nisi vades daret: propter verba igitur tali animo dicta eadem poena, ac propter facta ex legibus sacratis, noxios manebat: haec lex cum rogatione Terentillii Arsae valde coniuncta esse et inde originem duxisse videtur, huius causa huic aetati potius, quam Coriolani temporibus, uti etiam propter Livii testimonium adscribenda esse videtur.

Kaeso iudicium exspectare non audens ad Tuscos in exsilium abiit, sine ullo dubio alioquin ad poenam mortis damnatus fuisset. Paulo post Quaestores Volscium accusant, quod falsum testimonium dixisset, Tribuni huic iudicio adversantur, sed Dictatore pro-

ἡ δὲ τὰ ἴδια κέρδη φροντὶς ἦν παιοντες ὡσπερ ἀνδράποδα ἀνεύργον ἐν τῆς ἀγορᾶς — καὶ μαρτύρας πολλοὺς — θανάτον τιμηταμένον τὴν δίκην. Tit. Liv. Hist. L. III, c. 11-13 cur. Drakenb. vol. I, p. 582-594, c. 11, « hoc duce saepe pulsati foro Tribuni, fusa ac fugata plebs est, qui obvius fuerat, mulcatus nudatusque abibat — adsentiebantur multi pulsatos sequentes, » c. 13. « Virginius adripi iubet hominem et in vincula duci. Hic primus vades publicos dedit. » Niebühr, vol. II, p. 323-328, imprimis p. 326 et not. 662. Dion. Hal. L. X, c. 8, p. 633, « οὐ μικρὰς ἐμπροσθεν φιλοτιμίας καὶ ζήτησεως ὑπὲρ τοῦ σώματος, εἴτ' ἐν δεσμοῖς αὐτὸ δεῖ φυλάττεσθαι πῶς, εἴτ' ἐγγυητὰς δοῦναι τῆς ἀφίξεως — καὶ ἡ βουλὴ συνελθούσα ἐψηφίσατο χρήμασι διεργυβῆν ἐλευθέρων. » Pauca ap. Rubino Untersuchungen über röm. Verf. und Gesch. p. 456, not. 4 de Tribunorum rogationibus quod ad poenam attinet diversis Wachsmuth, die ältere Gesch. des Röm. Staats, p. 346, 347, nimis de caede patris Volscii cum p. 321 de Patriciorum vi in plebeios.

pter varia bella creato, Volscius exilio mulctatur. Quaestores erant Patricii, unus eorum Quinctius Capitolinus parti Kaesonis manifeste erat addictus, Dictator pater erat Kaesonis et maiore potestate Comitibus praeerat quam Consules, hoc igitur iudicium partium studiis non vacat. A nobis est dubitandum, num revera falsus testis fuerit Volscius 1). Dictatoris potestatem in civium animos habuisse videtur. Ab alia parte profiteri debemus Tribunos omnia qualiacumque adminicula ad adversarios plebis opprimendos adhibere solitos fuisse.

In hac causa Quaestores accusatoris partes ex eorum munere ut magistratus annui tantum gerunt et, quamquam Quaestores Parricidii dicuntur, de omnibus gravibus delictis civem in iudicium vocare videtur eorum esse officium, nam falsum testimonium procul dubio a Parricidio seiungitur hac aetate: eo magis Quaestores, quorum meminit lex duodecim tabularum, de huiusmodi magistratibus a iudicibus tempore Regum

1) T. Liv. L. III, c. 25, vol. I, p. 637, 638, » quaestor erat T. Quinctius Capitolinus — falsum testem, qui dicendae causae innoxio potestatem ademisset, iusto ac pio bello persequatur,“ c. 26 et c. 29, p. 645, vol. I, p. 657 » confestim se dictator magistratu abdicasset, ni Comitibus M. Volscii falsi testis tenuissent: ea, ne impedirent tribuni, dictatoris obstitit metus. Volscius damnatus Lanuvium in exsilium abiit. Dion. Halic. L. X, c. 8, p. 633 ed. Sylb. *Ὀδολοκλήσιον ψευδῆ μαρτυρήσαντος, ὡς ἐγένετο φανερόν σὺν χρένῳ.* Niebühr, vol. II, p. 325, 326; not. 661, p. 336, 337 et not. 677 cum Liv. Hist. L. III, c. 15-17, vol. I, p. 597 seqq. Wachsmuth, die ältere Geschichte des röm. Staates recte de Dictatore « als Sieger heimkehrend liess er Volscius Sache beendigen, p. 350 et not. 45 cum p. 349.

creatis diversis intelligendi sunt 1), accusatio tamen de maleficiis, quae directe plebis auxilium et Tribunorum iura spectant, ad Tribunos pertinet.

AETAS III.

INDE A TEMPORE LEGIS XII TABULARUM USQUE AD AETATEM BELLORUM CIVILIUM.

§. I.

Leges XII tabularum.

Post varias inter Patricios et Plebeios rixas tandem inter eos convenit de decemviris creandis et illae leges perlatae sunt, quae a Niebührio et Göttingio fundamentum et iuris publici et iuris privati Romanorum merito habentur; quare valde est dolendum ea, quae de iure publico constituta erant, maximam partem perisse 2). Marcianus vero nobis servavit illud notissimum fragmentum de delictis contra rempublicam commissis „ eum, qui hostem (perduellem) concita-

1) L. 2, § 23 ff, de origine iuris. Dirksen, Uebersicht der bisherigen Versuche zur Kritik und Herstellung des Textes der Zwölf Tafel Fragmente tab. IX, fragm. 4, p. 653-656 et not. 687, p. 654.

2) Variis Dionysii, Livii, aliorumque locis hoc nobis probarunt Niebühr et Götting. c. g. Dion. Halic. L. X, c. 1, ed. Sylb. p. 627. τὰ τῶν ἰσθμῶν καὶ τὰ δημοσία. c. 15, p. 641 ἐν ἰσθμῶν πολιτεύεσθαι. c. 3, p. 628, 629. Liv. L. III, c. 31, cur Drakenb. vol. 1, p. 667; »quaeque acquandae libertatis essent. L. III, c. 34' decem tabularum leges perlatae sunt qui nunc quoque — fons omnis publici privatique est iuris, vol. I, p. 676. Niebühr, vol. II, p. 343 seqq. 355 seqq. 361. Götting, röm. Staatsverf. § 109-113, p. 313-326, praec. p. 315. Clarissimi Holtii hist. iur. Rom. lineamenta § 13-18, p. 14-17. Hugo, Lehrbuch der Gesch. des röm. Rechts, 2e Ausg. vol. I, p. 97-108. Hüllmann, röm. Grundverfassung, p. 3, § 16, p. 191-199, praecipue

verit, quive civem hosti tradiderit, capite puniri? quibus delictum perduellionis sine ullo dubio spectarunt legislatores, et gravem huius partem indicarunt; uti in omnibus huius legis partibus hinc quoque brevi formula utentes, non tamen ad hanc causam delictum restrinxerunt: machinationes cum hostibus vel maxime nocebant civitati, quae saepissime bella gerebat, neque omnia maleficia, quae ex machinationibus cum hostibus oriuntur, enumerantur, nam transfugium omittitur, si alia *formula* non periit; delictum in singulos cives aequiparatur etiamtum delicto in totam rempublicam in ea causa, si noxius civem hostibus tradidit, magna igitur est coniunctio inter notionem civis et patriae: haec ultima accipienda sunt de eventu, nempe unum civem revera alterum hostibus tradidisse, unde apud nos delictum perfectum, consummatum diceretur, sed priora „eum qui hostem concitaverit,” aeque de eo, qui hostem ad patriam adoriendam impellere conatur, ac de eo, qui eum ad faciendum impulerit, vel quo auctore hostes patriam adorti sint, interpretari possumus: ex coniunctione cum sequentibus eventus adesse deberet, verbum *con-*
citare contra saepe usurpatur de illo, qui alium frustra incitare conatur. Facta quae delictum perfectum parant, vel quibus eius executio inchoat, hac prima liberae reipublicae Romanae aetate puniri iam variis exemplis ostendimus, itaque haec verba saltem dubiis obnoxia sunt, et non, ut doctiss. Ludeno visum

est, manifeste ad delictum perfectum, consummatum, ut apud nos distinguitur, referenda sunt 1).

Deinde Porcius Latro aequalis Senecae Rhetoris, cuius igitur testimonio fidem habere possumus, in Declamatione contra L. S. Catilinam scripsit: „Primum XII tabulis cautum esse cognovimus, ne quis in urbe coetus nocturnos agitare, deinde lege Gabinia promul-

1) L. 3 ff, ad leg. Jul. Mai. Contius, Charondas, Ursinus, Lipsius, Merula, Pithon legunt »perduellem — perduelli.“ Marcianus tamen ipse potius hostem scripsisse videtur, quia in pluribus Codicibus hoc verbum invenitur et magis aetati Marciani convenit; in lege duodecim tabularum ipsa mihi magis verisimile videtur scriptum fuisse verbum *perduellem*, nam ex noto Ciceronis loco a me iam citato hostes ea aetate peregrini dicebantur, de quibus profecto haec lex non intelligenda est. Dirksen, Uebersicht der Zwölf-Tafel-Fragmente p. 656-659. Blondeau, Institutes de l'empereur Justinien suivies des principaux textes juridiques relatifs à l'histoire externe du droit Romain — Antéjustinien vol. II, p. 74, n. 3. Luden, über den Versuch des Verbrechen, p. 70, cum p. 62, 67, 227 cum p. 237-239. »Nach diesen Worten scheint die Strafe nur eingetreten zu seyn im Falle der Vollendung des Verbrechen.“ Zachariae, die Lehre vom Versuche der Verbrechen vol. I, p. 108, 109. «Während die auch den XII Tafeln ausdrücklich zugeschriebene Bestimmung, dass derjenige qui hostem concitaverit caet. mit dem Tode bestraft werde, auch nach unserer Ansicht über die Vollendung des Hochverraths nicht als Beispiel für die Strafe des blossen Versuchs angeführt werden kann.“ Ipse tamen de verbo *concitare* magis dubitat in opere Archiv des Criminalrechts. Anno 1838, p. 3, über den Versuch der Verbrechen des Hochverraths § 6, p. 361-363, ubi comparatur et coniungitur cum verbis *sollicitare*, *appellare*, conf. l. 1 ff in fine ad leg. Jul. Mai. »milites sollicitaverit concitaveritve“ Contra ap. Paulum Rec. sentent. L. V, tit. 22, § 4. »Concitatores populi“ Cropp. comment. de praeceptis iur. Rom. circa pun. conat. del. parte 2, p. 6, 14, 15 parte priore p. 63-73, in primis p. 69. Dieck, Hist. Versuche caet. p. 19, 20. Hugo, Lehrbuch der Gesch. des röm. Rechts, 12e Ausg. vol. I, p. 97-108. Scheller, Lexicon verbo *concitare*, vol. I, p. 240, 241.

gatum, qui coitiones ullas clandestinas in urbe conflavisset, more maiorum capitali supplicio mulctaretur." Nulla lex de coetibus ante XII tabulas ad nos venit, neque etiam scriptores mentionem talis legis faciunt: Porcius Latro contra testari videtur primum de hoc delicto aliquid in duodecim tabulis esse constitutum, nec tamen poenam adiecit, unde verisimile esset poenam vel minorem vel graviolem a Comitibus statui, nisi sequentibus de lege Gabinia commemoraret, poenam esse „ capitale supplicium more maiorum 1)." Hisce apparet coetus, conventus iam ante

1) Porcii Latronis Declamatio contra Luc. Serg. Catilinam c. 19, adiecta operibus C. Crispi Sallustii cura Havercampi, vol. II, p. 235. De Porcii Latronis aetate conf. Quinctiliani Institutiones Oratoriae, L. X, c. 5 ed. Petrus Burmannus, vol. II, p. 945, « quod accidisse etiam Porcio Latroni, qui primus clari nominis professor fuit, traditur." M. Annaei Senecae Rhetor. Controversiae L. I. Prooemium in oper. L. Ann. Senecae ap. Elsevirium, a. 1777, vol. III, p. 69, 70. » Latronis enim Porcii carissimi mihi sodalis" seqq. Qui bene distinguendus est ab eius filio L. Annaeo Seneca philosopho. De aetate Latronis disputatur, sed constat eum fere aequalem fuisse Senecae Rhetoris, qui Augusti temporibus vixit. Eius igitur testimonium nullis dubiis obnoxium est. conf. Christophori Saxi Onomasticon, Trai. ad Rhen. 1775, praef. 24. Weytingh, hist. literaria, p. 2, sect. 2, § 14, p. 153, 154, 160, 161. H. A. Zachariae, die Lehre vom Versuche, vol. I, p. 108, § 65, « nächtliche und überhaupt alle geheimen Zusammenkünfte. — Es spricht sich hier schon die Ansicht aus — dass Handlungen, welche an sich nichts widerrechtliches enthalten, aber häufig oder gewöhnlich mit verbrecherischen Absichten verbunden sind, vom Gesetzgeber an und für sich durch eine dem wirklichen Verbrechen gleiche Strafe zu verhüten seyen." Luden, op. cit. p. 70, « ohne dass sich jedoch das nähere hierüber angeben liesse." Dirksen, Zwölf-Tafel-fragmente, tab. VIII, fr. 26, p. 622-625. Blondeau Instit. vol. 2, p. 73. Francisci Balduini ad leg. XII tab. in Iurisprud. Rom. et Attica, vol. I, p. 73-75 de hac

duodecim tabularum legem moribus punitos fuisse, primum autem hac lege scriptis hoc vetitum fuisse, verumtamen ab alia parte multos coetus inprimis a plebeis factos fuisse ante hanc legem, qui non plecterentur, ubi de primis liberae reipublicae Romanae temporibus disputavimus, iam vidimus: suntne igitur legis iussa et mos maiorum restringenda ad eos conventus, qui animo regnandi vel civitatem hostibus prodendi fiebant? Ex lege hoc non liquet, poena gravissima legis Gabiniae et mores maiorum hoc suadere videntur: magistratus tali more, tanta poena plebeios non solum non afficiunt, sed non minantur: Consules morem maiorum fingere non poterant, nam tunc Tribuni plebis iis obstitissent; nec satis diu viguerat respublica, ut mos lapsu temporum abrogatus esse potuisset: si mos obtinuit, saepe conventus habiti sunt sine poena et iudiciis; propter res et facta, ne reipublicae conditio everteretur, a iudiciis, ab accusationibus saepe

lege dubia movet, num revera sit lata, quia Sallustius et Cicero de ea tacent, sed Porcius Latro erat fere eorum aequalis, neque illi ei adversantur. Zirkler, die gemeinrechtliche Lehre vom Majestätsverbrechen, p. 8, auch das Verbrechen des Aufruhrs — seys auch nur Privatzwecke,“ contra tamen ipse p. 86-96. Zirkler, das Associationsrecht der Staatsbürger, Leipzig 1834, p. 65-75. Heineccii Antiquit. ed. Haubold 1822, p. 777, not. Clariss. Holtii Lineamenta, § 40, p. 69. Hugo, Lehrbuch, IIe Ausg. vol. I, p. 359, 360. Recte celeberrimus scriptor animadvertit p. 557, 558, infamiam et instabilitatem elementum iuris Romani fuisse. Göttling, röm. Staatsverf. gravissimas seditiones iam regum temporibus ad perduellionem refert, p. 158, et not. 4, 5., 159 et not. 1, ibid. De Bosch Kemper, diss. p. 17-19. Feuerbach, über das Verbrechen des Hochverraths, p. 70, 71. De legibus XII tabul. universe etiam Welcker, die letzten Gründe vom Recht, Staat und Strafe, hist. Theil, p. 540-544

abstinnerunt magistratus, cives; ecquid tamen tunc proprie existimari potuisset mos maiorum?

Verba Gaii his obstare non videntur „Sodales sunt, qui eiusdem collegii sunt, his autem potestatem facit lex pactionem, quam vellent, sibi ferre: dum ne quid ex publica lege corrumpant” 1). Etenim quamquam etiam agit de lege XII tabularum, de specie collegiorum sermonem habet, nempe de sodalitiis libertinis magis quam plebeis hac aetate propriis, quod hi maiorem partem etiamtum essent agricolae: Porcius Latro de conventu prohibito narrat, Gaius de collegio, quod facere certis conditionibus iam licet, spectat inprimis pactiones. Si conventus prohibiti sunt, multo magis plebeiorum quam libertinorum colloquia sunt vetita, nam, quamquam clientes ex lege duodecim tabularum, inter plebem erant divisi, omnia vincula eorum cum patronis, qui maximam partem erant Patricii, nondum erant soluta. Itaque Porcius Latro de sodalitiis non cogitasse videtur, neque eandem rem ac Gaius tractat. Gaius non addit, ut Porcius Latro, sodalitia clam haberi, ex regula cognita erant.

Libertatem civium optime vindicarunt decemviri statuentes de capite civis non nisi maximo Comitiatu rogari posse, quae de Comitibus centuriatis, non vero etiam de Comitibus tributis, ut Götting opinatur, ac-

1) Gaius libro IV ad leg. XII tabul. l. 4 ff. de collegiis et corpor. (L. XLVII, tit. 22). Dirksen, Zwölf-Tafeln-Fragmente, tab. VIII, fr. 27, p. 625-629. Blondeau, vol. II, p. 73. Delicta et poenas eorum in his legibus distingui nos docent, tab. VIII, fr. 8-10 et fr. 23, tab. IX, fr. 1-5. Dirksen, op. cit. p. 539-557, 613-619, 644-650, 734-738. Blondeau, vol. II, p. 70-74.

cipienda sunt, nam inter plebem et populum Livius et Gellius post duodecim tabularum legem distinguunt: Gellius et Gaius narrant populum plebiscito ante legem Hortensiam non teneri, unde verba Liviana „ut quod tributim plebes iussisset populum teneret” restringenda esse videntur ad ea, quae plebs in monte sacro rogatione Tribunorum sanxerat. Ipse autem deinde legem affert, in qua non de plebe agitur „in duodecim tabulis legem esse, ut, quodcumque postremum populus iussisset, id ius ratumque esset.” In his Comitii duo Consules e Patriciis creati erant, quod saltem plebi et Comitiiis tributis non est adscribendum, etenim ipse Götting concedit magistratus maiores in Comitiiis centuriatis creari. Moribus iam autem plerumque talis potestas Comitiiis centuriatis data erat, nunc, ut certa regula in posterum adesset, scriptis hoc est mandatum, ne magistratus potestate sua abuterentur; sic etiam provocatio ab omni iudicio lege scripta est confirmata 1).

1) Liv. hist. L. VII, c. 17 cur. Drakenb. vol. II, p. 538 cum Liv. L. III, c. 54, 55, vol. I, p. 769-771. Cicero de republ. ed. Moser et Creuzer, L. II, c. 31, p. 301, 302, cum cap. 36, p. 318 cum p. 317 ubi provocationem de centuriatis Comitiiis interpretatur; in causa Sextii Gellius plebiscitum explicat secundum Laelium Felicem Mucii Scaevolae aequalem L. XV, c. 27 ed. Gronovii, p. 700-702. Gaius Instit. comment. I, § 3, ap. Blondeau II, p. 103, ed. Goeschel 1824, p. 2, Instit. L. I, tit. 2, § 4. Dionys. Hal. magis favet Göttingio, sed rem male intellexisse videtur, L. XI, c. 45 ed. Sylb. p. 725, 726, τοὺς ὑπὸ τοῦ δήμου τεθέντας ἐν ταῖς φυλετικαῖς ἐκκλησίαις νόμους ἄπασιν κείσθαι Ῥωμαίοις ἐξ ἧσθε τὴν αὐτὴν ἔχοντας δύναμιν τοῖς ἐν τοῖς λοχίσιον ἐκκλησίαις τεθησασμένοις, contra Götting, Gesch. des röm. Staatsverf. § 410, p. 317, cum p. 318 et 319 cum § 113,

Qua tabula et quibus legis verbis hoc sancitum sit, dubium est, quia in nullo XII tabularum fragmentorum nobis servatorum diserte provocationis mentio fit: indirecte verisimiliter formula „maximo comitiatu seqq. provocatio spectatur.”

Woeniger coniectura assequi studet leges Consulis Valerii et Tribuni Duilii post secessionem et reditum in urbem latas in duodecim tabulas tunc demum esse translatas. Cicero tamen de „compluribus legibus duodecim tabularum” sermonem habet, et ipse Woeniger coniecturam suam non plane affirmat. Legge duodecim tabularum de provocatione norma poenae legi Consulari addita „eum, qui magistratum sine provocatione creasset, sacrum esse” magis aspera facta esse potest. Ultimi Decemviri alias leges priorum Decemvirorum, quae pro parte ab ipsis etiam latae erant, violarunt: hoc argumentum Woenigeri igitur non magni est momenti.

Quidquid sit, nam Cicero et Livius non plane inter se conveniunt, vis provocationis legibus consularibus et Duilii est aucta et magis certis normis est definita 1).

p. 521. Hüllmann, röm. Grundverfassung parte tert. § 23, p. 299, 300 cum § 24, p. 319-321 verba Livii eodem modo ac Götting intelligit, putat tamen Romanos mox ab hac sententia recessisse, more hanc legem abrogatam fuisse. Wachsmuth, die ältere Gesch. des röm. Staates, p. 364, 365, existimat etiam more ab hoc plebiscito recessum fuisse, inde hoc lege Publilia et Hortensia confirmatum fuisse, cum p. 331-335 et 368-372.

1) Woeniger, Zw. Abh. das Provocationsverfahren (cum Dirksen paulo ante II.) p. II, § 10: p. 292, 293 et inpr. not. 3, p. 292, 293.

Praeterea sublata sunt privilegia, quae alii interpretantur de legibus in singulos cives sancitis, alii de legibus vim habentibus in ea, quae facta sunt, antequam leges latae sint: quidquid sit, hac lege li-

» Denn abgesehen davon dass das Verfahren der im zweiten Jahr erwählten Decemviren solchen Gesetzen fast zu schneidende widersprüche, lässt sich kaum erklären, sobald die eben sanctionnirten XII Tafeln bereits eine so allgemeine Bestimmung über die Provocatio erhalten, wozu Duilius nach der abgelaufenen Amtszeit der Decemviren noch erst besonders einen Antrag macht. Consuln, von denen Provocatio statt fünde, zu erwählen: ferner wozu Valerius genau dieselbe Provocations-Bestimmung, abermals und Duilius gleichzeitig zum drittenmale wiederholte.“ Deinde daher vielleicht ist die Annahme nicht unzulässig, dass der Consul und Duilius, nach dem sie schon ihre Gesetzanträge durchgesetzt, noch zu grösserer Sicherheit Sorge trugen, sie in die XII T. und Zwar vermuthlich dann in die letzte eintragen zu lassen — Ich habe übrigens diese ganze Ansicht, da sie noch zu sehr der Beweise ermangelt, weder im Text aufnehmen, noch weitere Consequenzen darauf gründen wollen.“ Haec saltem valde subtiliter disputata sunt. Conf. Geib, Gesch. des römischen Criminal-processes, aet. I, p. 11, cap. III, p. 159 ubi de his temporibus convenit de provocatione a poena mulctae et exempla iuris pontif. citat cum p. 163 de lege Duilia seqq. Schmitt-henner, Grundlinien des algem. oder idealen Staatsrechts. Giessen, 1845 p. I. cap. II, p. 11, § 25 p. 66, 67, p. III, § 26, p. 67-69 de lege, qua vetabatur ne magistratus sine provocatione crearentur dubitat, an ultimis Decemviris an Consuli L. Valerio et M. Horatio tribuenda sit. Iudicia capitis Comitii tributis lege XII tab. ablata esse affirmat: inde ab hoc temp. momento Comitia tributa habet » eigentliche Nationalversammlung“ quod Patricii eorum rursus participes facti sint, cum § 27, inpr. p. 70 ubi minus recte contendit. « Die Einrichtung, dass ein decemvirales Collegium an der Spitze des Staates stand, dessen Dauer wahrscheinlich beachtlich ward.“ De legibus Valer. et Hor. ibidem plebiscitum vim legis habere sec. legem Decemvirorum et horum Consulatum affirmat. De rogat. Canuleii Licinii, Publilii, Philonis, § 27, p. 70-74, ibi etiam de legibus Maenia et Hortensia.

bertati civium prospexerunt leges iraeque partium obstiterunt 1).

Ad hanc civium libertatem spectat lex duodecim tabularum de vindictis, qua cautum est, ut si quaestio moveretur de statu hominis, an liber esset, an servus, huius libertas usque ad iudicium vindicaretur, et vindictae ab eo, qui eius libertatem asserebat, praestarentur, quae lex scripta erat, ne quis civium odio inimicum suum prosequens huius servitutem fingeret et hac ratione a temporis momento, quo cum in iudicium vocaretur, usque ad rem diudicatam eum servi instar haberet et ad servilia opera cogeret 2).

Quae in his legibus occurrunt de „illo qui occentavisset, sive carmen condidisset, quod infamiam face-

1) Dirksen, Zwölf-Tafel-Fragmente tab. IX, p. 1 et 2, p. 644-650. Cicero de Legg. III, 19 ed. Orell. vol. IV, p. 1, p. 569, ed. Ernesti, vol. IV, p. 2, p. 811: » In privos homines leges ferri noluerunt, id est enim privilegium.»

Uberius Dirksen »civilistische Abhandlungen« ubi plures sententiae enumerantur et recte sententia refellitur eorum, qui privilegia magistratuum omnium civium hac lege tolli existimarent, plures ibi inveniuntur veterum loci, vol. I, p. 246-256; Vierte Abhandl. Götting, röm. Staatsverf. § 111, p. 349 sententiae favet de vi legis retro agente cum § 141, p. 434 in alio opere, quod mihi non adest, hanc rem de industria tractavit; veterum loca, quae mihi nota sunt c. g. Gellii Noct. L. X, c. 20, et Ciceronis varia loca, huic scriptori adversantur, ille de Gellio scribit verbum privilegium eius aetate alio modo accipi.

2) Dirksen, Zwölf-Tafel-Fragm. Tab. XII, fr. 3, p. 715-719. Cum Livii Hist. L. III, c. 44, cur Drakenb. p. 718; 719, 722 »lege ab ipso lata vindictas det secundum libertatem« c. 45, p. 723, p. 726, c. 47, p. 735, c. 48, p. 740, 741. Prae ceteris idem Dirksen

ret flagitiumve alteri, spectant quidem cives omnes et libellos famosos, scripta, quibus fama civis cuiuscunque laecessitur, maxime tamen magistratus tuentur, nam in eos potissimum invehī solēbant scriptores: Cicero de comoedia in libris de Republica agens, huius legis mentionem facit, nec vero ex eo loco apparet eum de solis scriptis poetarum comicorum hanc legem intelligere: magistratus autem, illi, qui reipublicae praepositi sunt, imprimis in scena exagitantur. Itaque verba Taciti in Annalibus: „Primum Augustus cognitionem de famosis libellis specie legis eius tractavit” non stricte accipienda sunt, ut infra pluribus ostendam 1).

§. 2.

Secessio, iudicium de Decemviris latum.

Primi Decemviri, ut vidimus, magnam partem aquas leges tulerant modesteque se gesserant, sed anno sequenti Appius Claudius, aliis partim minoris

Tab. VI, fr. 5, p. 425-433. l. 2, § 24 ff. de origine iuris. Appium Claudium contra ius, quod ipse ex vetere iure in duodecim tabulas transtulerat? Dion. Hal. Ant. L. XI, c. 281, ed. Sylb. p. 710, καὶ παρὰ τὸν νόμον, ἐν αὐτῷ ἐν ταῖς δώδεκα δέλτοις ἀνέγραψε c. 90, p. 712, ὅτι τὸν νόμον τοῦτον ἴμα τοῖς ἄλλοις ἐν ταῖς δώδεκα δέλτοις ἀνέγραψεν. Cicero de rep. L. II, c. 32, ed. Moser et Creuzer, p. 400. Nieböh, Röm. Gesch. II, p. 363-398. Festus verbo vindiciae ed. Dac. p. 593, 594. 82) Tab. VIII, pr. Dirksen, Zwölf-Tafel-Fragm. p. 507-516, ubi plura loca veterum citantur. Festus verbo occontare. Cicero de republ. IV, c. 10, ed. Moser et Creuzer, p. 486 et not. inpr. 3. Tac. Annal. L. 1, 72, curavit Oberlinus, vol. 1, p. 83.

loci Decemviris factis, quibus ille veluti imperabat, magno lictorum numero et ratione, qua rempublicam gubernabat, multos cives ita deterruit, ut urbem relinquerent; mox amore Virginiae captus clienti suo M. Claudio persuasit, ut hanc civem suam servam esse assereret: L. Icilius Virginiae sponsus et Numitor eius avunculus puellae libertatem secundum leges iam perlatas vindicarunt, et rogarunt, ut diem prodiceret remque differret usque ad adventum patris: Numitorem interea vindicias daturum.

Appius de lege, de die prodicenda convenit, sed, quod pater non adsit, puellam a M. Claudio abducendam esse iubet, ne dominus iuribus in servam privetur. Post rixas cum Icilio Appius tandem concedit, ut in posterum diem puella vindicetur nec clienti tradatur.

Virginius citius, quam Appius exspectarat, e castris accessit, sordidata veste cum Icilio cives in foro circumvixit, si Dionysium sequimur 1), testes et alias probationes ex re, ex moribus repetitas probationibus et testimoniis Marci Claudii opposuit, sed Appius vindicias decrevit secundum servitutem quod M. Claudius tutor fuisset Virginiae, quod illa huius serva fur-

1) Dion. Hal. L. XI, c. 34, p. 715 ed. Sylb. πρὸς τὴν μνηστῆρα καὶ τοὺς μάρτυρας, οὓς ὁ Κλαύδιος ἔφη πολλοὺς καὶ ἀξιοκρίτους παρέχειν — καὶ μετὰ μαρτύρων ἐλευθέρων, ἃ ἐκτραφέειαν τὴν κέρην — πολλὰς καὶ οὐκ ἑσόμενος ἰγναϊκὰς ἐνομάζοντες. Livius L. III, c. 47 commemorat tantum de matronis comitantibus, non testantibus, vol. I, p. 732, cur. Drakenb. et universe c. 44-48, p. 716-742. Dion. L. XI, c. 28-44, p. 710 seqq. Sext. Aurel. Victor de viris illustribus ed. Arnzenius, Amstelod. 1733, cap. 21, p. 124, » qui eam in servitium deposceret — cum ipse esset et accusator et iudex.”

tum rei M. Claudii commisisset, quae finxerat Appii cliens.

Tumultus inde oritur, Virginius, venia colloqui cum filia impetrata, cultro eam occidit, deinde inter lictores et plebem cum quibusdam Patriciis, qui Appio adversabantur, pugnatur. Virginius cum quadringentis civibus in castra profectus est fatisque narratis ad Aventinum occupandum milites permovit, deinde Icilius cum exercitu, qui in agris Sabinis erat, ad eundem montem se contulit: Tribuni militares ibi creati sunt. In urbe nulli fere praeter patricos et clientes remanserant, nec ipsi inter se conveniebant, nam L. Valerius et M. Horatius cum parte Patriciorum decemviris erant infensi.

Mediam viam elegerunt, legati ad secedentes missi sunt ad quaerendum ab iis, cuius iussu castra deseruissent; venia iis concederetur, dummodo duces nominarent et traderent: si haec vera sunt, nam ab uno Dionysio commemorantur, sacramentum militum spectant, non vero seditionem, secessionem civium universe; inde non sequitur secessionem puniri potuisse, si nomina militiae non dedissent, nec magis valet ad hoc probandum, antequam in urbem redirent, decretum esse „*ne cui fraudi esset secessio*” nam Tribunis omni modo cavendum erat, ne specie huius facti propter sacramentum Patricii victores evadentes plebeios vexarent.

Plebeiis has conditiones non accipientibus Horatius et Valerius ipsi ut legati ad plebeios proficiscuntur, foedusque cum iis ictum est, legibus sacratissimis, auxilio Tribunorum et provocatione restituendis et confirmandis: postulabant ut decemviri iis traderentur ad eos vi-

vos cremandum, sed legati mentem plebeiurum deflexerunt iis concedentes decemvires in iudicium vocare. Haec igitur secessio priori similis erat, plebs victor e discordiis evadebat, foedus factum est quasi inter duos populos, plebs condiciones Patriciis imponebat, inde de poena proprie sermo esse non poterat, quamquam conventus habitus erant et species quaedam seditionis contra magistratus nempe decemviros orta erat: hoc foedere eiusque conditionibus magis magisque apparet formula „ne cui fraudi esset” caet. a Tribunis de ira partim cautum fuisse 1).

1) Liv. Hist. L. III, c. 46 cur. Drakenb. Oratio Appii, p. 727, 728, vol. I, »locum seditionis quaerere, nec se utique collegarum licitores convocaturum ad coercendos seditionis auctores,” c. 48, p. 738, »compertum se habere nocte tota *coetus* in urbe factos esse ad movendam seditionem” c. 49, p. 743, »atrox rixa oritur — franguntur a multitudine fascies,” c. 50, p. 745 ut omni ope ab seditione milites contineant p. 752, mittuntur tres legati consulares — cuius iussu castra deseruissent — armati Aventinum obsiderent, c. 51, p. 756, c. 52, p. 757, 758 »secuta exercitum plebs” c. 53, p. 761 »missi ad plebem conditionibus — quaerentibus legatis, quae postulata plebis essent — ne cui fraudi esset, conscisse milites aut plebem ad repetendam per secessionem libertatem” et de decemvirorum supplicio c. 57, p. 763, 764 cum p. 761, c. 52 et c. 53, c. 56, p. 766, 768, 769 »ipsa plebs scivit in concilio, ne cui fraudi esset” caet. Dion. Hal. Antiq. L. XI, c. 38-42 ed. Sylb. p. 718 seqq. c. 43 ὅτε γὰρ ὕμνος ὁ στρατιωτικὸς τοῖς στρατηγοῖς ἀκολουθεῖν κελεύει. cap. 44. Λούκιος μὲν Κορυθλίος ἔφη δεῖν ἠπιάναι τοὺς ταχθέντας ἐπὶ τὴν Ἀβεντινὴν ἀθήμερον ἐπὶ τοῦς ἑαυτῶν χαρακὸς καὶ τὰ κελευόμενα ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἐπιταλεῖν — μηδεὶς ὄντας τῶν γεγενησάντων ὑποδίκους πλὴν τῶν αἰτίων τῆς ἀποστάσεως μένων — ἔδν δὲ ταῦτα βουλευσὶν περὶ αὐτῶν συνέδριον ὡς ἐκλεοιστότων τὴν τάξην p. 725. Niebühr, aliquomodo contra meam sententiam; tamen scribit »Frieden schlossen.” Röm. Gesch. vol. II, p. 400, 401 cum p. 404. Diodorus Siculus etiam testatur plebem armatam montem

Mox Virginius Appio diem dicit eumque in vincula conicere iubet: alia crimina mittens eum accusat, quod a libertate in servitum contra leges vindicias dedisset. Appius ad populum provocat et valuit provocatio illius viri, qui civium libertatem tollere conatus erat lictoribusque in foro veluti imperarat: in carcerem tamen ductus est, frustra C. Claudius eius patruus plebis animos commovere studuit, Virginius alique Tribuni, qui etiam provocationem prohibere voluerant, his obstiterunt, et capitis procul dubio damnatus fuisset, nisi ante diem predictam ipse mortem sibi conscivisset. Deinde alius decemvirorum Sp. Oppius, qui in urbe fuerat, quum de libertate civis et de vindiciis ageretur, in iudicium vocatus est; civis contra eum testatus est se iussis huius decemviri

Aventinum insedissee μετά τὸν Ἰππὸν, L. XII c. 24, ed. Wesseling Amstelodami vol. I, p. 493, quaedam ibi de vindiciis secundum libertatem et servitum affert: hanc vocat δουλαγωγείν: multa ibi occurrunt de magna plebis potestate, nonnunquam nimia e. g. c. 25, p. 494, narrat iam tum unum Consulem e plebe creatum fuisse Conf. Zonaras L. II, ed. Fugger et Wolf, p. 27, 28. Göttling, Gesch. der röm. Staatsverf. § 113, p. 325 minus recte censet ex lege Horatia Dictatorem dicere non amplius licitum fuisse. Wachsmuthii narratio de iudicio et morte Virginiae veritati convenire videtur, alii, uti Hüllmann, nullam eius mentionem faciunt propter iudicium legemque vindiciarum in duodecim tabulis cum Wachsmuthio facio, quamquam narratio a Livio et Dionysio fortasse rhetoricis floribus ornata est. Wachsmuth, die ältere Gesch. des röm. Staates, p. 361, 362 cum p. 356-360. Hüllmann, Röm. Grundverf. p. 200-203, § 16. Sext. Aurelius Victor, de viris illustr. cap. 21 ed. Arntz. p. 123, minus recte narrat plebem omnes decemviros morte aut exilio punivisse et eius iussu Appium Claudium in carcere necatum fuisse.

pulsatum fuisse, tametsi nullum delictum commisisset; hic etiam nesciens, quibus argumentis se defenderet, ferro se ipsum percussit: ceteri sponte in exsilium abierunt praeter M. Claudium, qui ab Icilio accusatus exsilio, non capitis poena mulctatus est, quia patrono Appio Claudio iubente falsa testatus erat; vel, cui poena a Virginio remissa est 1).

1) Livii hist. L. III, c. 56, cur. Drakenb. vol. I, p. 778-782, c. 57, p. 782-784, c. 58, 786-789, c. 56, oratio Virginii »omnium igitur tibi, Ap. Claudii, quae impie nefarieque per biennium alia super alia es ausus, gratiam facio, unius tantum criminis, ni iudicem dices, te ab libertate in servitum contra leges vindicias non dedisse, in vincula te duci iubeo — provocho, inquit" c. 57 »Tribunus ei diem prodixit" c. 58, itaque spe incisa, priusquam prodicta dies adesset, Appius sibi mortem conscivit — M. Claudius adsertor Virginiae, die dicta damnatus, ipso remittente Virginio ultimam poenam, dimissas Tibur exsulatum abiit »Dion. Hal. L. XI, c. 46, ed. Sylb. p. 726, 727 εν τοις δεσμοις απονήσκει, ως μὲν ἡ τῶν πολλῶν ὑπολήψις ἦν, ἐξ ἐπιταγῆς τῶν ἐν μάρχων, ως δ' οὐ τὴν αἰτίαν ἐπιλύσασθαι βουλόμενοι διεφύμιζον, αὐτὸς αὐτὸν ἀναρτησάμενος βρόχῳ — M. Κλαύδιος — καὶ τὴν αἰτίαν εἰς τὸν ἐπιτάξαντα παράνομο εἶν Ἀππιαν ἀναφέρων — βάνανον μὲν ἐπιλύεται, φυγῆ δ' ἐπιδίω ζημιούται. Niebühr, röm. Gesch. vol. II, p. 423-425 magis etiam Livianae narrationi favet. Hüllmann, Röm. Grundverf. §. 16, p. 203, 204. Doch liess man sich von Vermittlern zureden — die Schonung der Personen zur Bedingung zu machen. Hierauf bezieht sich dass in einem bald darauf abgefassten Gesetze, welches verbietet sich an öffentlichen (zeitigen oder gewesenen) Beamten zu vergreifen, auch die Zehnmänner genannt werden. Potius mihi videtur, huc referendus esse locus Livii L. III, c. 58, vol. I, p. 790, ubi sic loquitur Tribunus Duilius" »itaque hoc anno nec diem diqi cuiquam, nec in vincula duci quemquam sum passurus. Decemviri sacrosancti ex lege Horatia sunt potius indices minores. Conf. interpretes Livii ad L. III, c. 55, cur Drakenb. vol. I, p. 773, not. 7, ad p. 772, 773. etiam Göttling huic sententiae accedit §. 113, p. 325, not. 3, nam lex sacrata ante lata erat et tunc decemviri in iudicium vocari non potuissent, hoc vero a

Delicta, quorum Tribuni decemviro accusabant, proprie in singulos cives, in eorum libertatem erant commissa, neque ulla poena, prouti novimus, in lege duodecim tabularum de vindiciis in eum, qui contra faceret, erat sancita: a Comitibus igitur pependisse videtur, accusatio erat capitis: si vera sunt, quae Dionysius memoriae mandavit, inter mandatorem, qui vinculis patroni clienti praeerat, et (mandatarium) ipsius procuratorem quod ad poenam attinet, propter minus liberam voluntatem distinguebatur, maiorem veniam hic

Patriciis plebeis erat concessum. Legem sacratam de Consulibus non intelligendam esse recte probat Livius III, c. 55, p. 775, quod tunc praetores non iudices essent dicti. Zirkler igitur non est audiendus leges sacratas ad magistratus maiores ab initio reipublicae Rom. pertinere putans die gemeinrechtliche Lehre vom Majestätsverbrechen und Hochverrath p. 8, 9 et not. ibid. Quendam seditionis speciem contra decemviro etiam ante secessionem excitatam fuisse, secessionem ipsam seditionem vocari nec ea puniri iam locis Livii ante citatis ostendi. Conf. praeterea Dion. Hal. L. XI, c. 32 et 37, p. 713, 717, 718, c. 37 *εἰ μὴ πάντες διευτασιάζοντες τὴν πόλιν καὶ ἀντι-στρατηγῶντες ἡμῖν οἱ ταρχῶναις — ὑμᾶς δὲ τοὺς ἕνδον ὑποκαθημένους καὶ πάντα, ἀήκοντας τὰ τῆς πόλεως πρᾶγματα ἔλασιν* cum c. 39. T. Liv. Hist. L. VI, c. 1, cur. Drakenh. vol. II, p. 251, *domi seditiones* L. V, c. 2, » ad tribunicias seditiones comprimendas,» de tribunis militum consulari potestate, nec tamen legitur eos punitos esse. vol. II, p. 12 et Cicero de republica de prima secessionem in urbe »duobus Tribunis plebis per seditionem creatis» L. II, c. 34 ed. Moser et Creuzer. Wachsmuth, die ältere Gesch. der röm. Staates, p. 368. Livius nihil scribit de secessionem plebis auctore Canuleio. Conf. L. IV, c. 4-6, vol. I, p. 848-877, praec. c. 6, p. 803, nec tamen hoc negat, alii hoc affirmant. L. Annaei Flori Epitome rerum Romanarum, L. I, c. 25, p. m. 24, « tertiam seditionem excitavit matrimoniorum dignitas — qui tumultus in monte Ianiculo, duce Canuleio, Tribuno plebis exarsit conf. Cicero de republ. L. II, c. 37 ed. Moser et Creuzer, p. 320, not. 2 ibi citatur etiam Ampelius de secessionibus.

petrabat, itaque voluntatis, doli ratio quoque habebatur, quamquam nec certa nec generalis regula inde est deducenda.

Praeterea ex hoc iudicio efficiendum est notionem civis et civitatis hac aetate apud Romanos maxime inter se cohaerere, nam neque propter vindicias libertatis uni civi denegatas neque quod unus civis pulsatus esset, secessio solummodo facta est, nec iudicium de decemviris est habitum, sed etiam, quod nimis magnam in civitate potestatem regni instar adfectassent, omnium civium libertati nocuissent, cuius rei exemplum est allatum eos legem violasse, quam ipsi partim tulerant, et, quae priore anno decemviratus erat perlata. Animadvertendum est tamen hoc iudicium irae plebis neque iniustae in decemviros magnam partem esse adscribendum.

§ 3.

Sp. Maellius.

Non multum post graves de Tribunis militaribus creandis contentiones inter Patricios et Plebeios factae sunt, quibus inopia frumenti accessit: fami civium et imprimis plebis, quae magis quam Patricii hac calamitate premebatur, L. Minucius praefectus annonae frustra opem ferre studuit, multi, ne fame perirent, in Tiberim se coniecerunt: tunc Sp. Maellius equestris ordinis, divitiis ceteris equitibus praecellens, frumenti copiam per clientes et hospites ex Etruria arcessivit idque plebi largitus est.

Hisce plebis auram capit, plebeiorum eum circum-

dat caterva, saepe ad eius domum convenitur, consulatum ambire videtur. Tum in Senatu eum de regno consilia agitare fremitur: L. Minucius defert „tela in domum Maelii conferri, eum conciones plebis domus suae habere: eum consilia regnandi iam cepisse: omnia praeter tempus agendi certa esse.”

T. Quinctius Capitolinus Cincinnati amicus, novi reipublicae status adversarius, „forti viro opus est, ait, et imprimis magistratu legis vinculis soluto, a quo nulla erit provocatio.” Senatores rogat, ut Cincinnatum Dictatorem creent. Dictator statim dicitur.

Praesidia undique ab eo disponuntur; postero die in forum eum lictoribus procedit, tribunal adscendit, magistrum equitum Servilium Ahalam ad Sp. Maelium mittit, ut eum iuberet causam coram Dictatore dicere: ille tergiversatur, auxilium plebis implorat, sed eum arripiunt equites magistri comites: tunc eos repellit, ad plebem se recipit; fortasse cultrum, qui in taberna lanii iaciebat, ad se defendendum arripiens unum equitum vulnerarat. Servilius Ahala mox eum adoriens cum equitibus et caterva Patriciorum gladio ipse eum perstringit, deinde ad dictatorem se confert. Maelium Dictatoris iussis obtemperare noluisse, equites repulisse, multitudinem concitasse, horum causa a se esse interfectum Cincinnato renuntiat.

Dictator civibus in foro circumstantibus dicit Sp. Maelium iure a magistro equitum occisum esse, quod iussis dictatoris adversatus esset, quod coram eius tribunal non venisset, etsi magistro equitum non obstitisset, licet regni crimine non teneretur: propter consilia inita nobilissimos homines capite punitos fuisse, eo magis

„hunc frumentarium divitem nullis honoribus ornatum mortis poena dignum esse, imo vero eius aedes solo esse adaequandas bonaque esse publicanda 1).” Nonne haec Dictatoris oratio, haec laus Magistro equitum tributa nos certiores faciunt de ira partium, de peculiari reipublicae quasi militari conditione, quum Dictator et huiusmodi Dictator populo esset praepositus? Quid vero dicendum est de aedibus diruendis, de bonis publicandis civis nullo iudicio damnati, cui nulla delicta probata erant?

Livius, Dionysius Halicarnassensis et Zonaras in excerptis Dionis Cassii Maesium conventum civium habuisse commemorant; Livius in accusatione a Mi-

1) T. Livii hist. L. IV, c. 13 cur. Drakenb. vol. I, p. 904, 906, univ. e. 13-16, p. 904-919 » rem utilem, pessimo exemplo, peiore consilio, est adgressus — plebemque — quaeunque incederet, conspectus elatusque supra modum hominis privati, secum trahere — et, quoniam consulatus quoque eripiendus invitis Patribus esset, *de regno agitare* c. 14: » magister equitum ad Maesium vocat te, inquit, dictator. Quum pavidus ille, quid vellet — tunc Maesium recipere se in catervam suorum — fugiensque fidem plebis Romanae implorare. — Haec eum vociferantem adsecutus Ahala Servilius obtruncat; c. 15: » Maesium inre caesum — etiamsi regni crimine insons fuerit; qui vocatus a magistro equitum ad Dictatorem non venisset — *viam parantem*, ne iudicio se committeret, *si coercitum* esse.” Excerpta ex Dion. Halic. edid. Maio p. m. 202. « οὐδὲν ἄλλο τῆς συνειδήσεως ἐλαττωμένοι, ἢ παρρησίαν ἀπαίτες αἱ τὰς ἀνεπίου βουλὰς κατὰ τῶν ἀναγκαιοτάτων σφίσι προτάμενοι, τοῦτο ἔπαυε, φέγειν τὸν ἡλεγχόν ἕνα καὶ τοὺς ἕκοντας ἐπ’ ἀδὴν ἰσπίσι μαγεύει καὶ κοπιῖσι παίων ἀσπλάνου. Est fragment. orat. Cincinnati. Sext. Aurelius Victor de viris illust. ed. Aratzenius 1733, cap. XVII, p. 113, de Maelio scribit » regnum affectantem” quasi de eius culpa non dubitaretur; deinde narrat Dictatorem Magistro equitum praecipisse, ut Maesium occideret: talis narratio aliorum scriptorum testimonis, quae maiore fide digna sunt, refellitur.

nucio facta addit cum arma domum contulisse, sed huius viri testimonium dubiis est obnoxium, quia verisimiliter frumenti largitioni Maелиi invidabat et praeterea nullas probationes afferebat, res non est inquisita, nec quum Dictator dictus esset, Maelius arma plebi dedit, inermes illi eum exceperunt: Zonaras affirmat Maesium excubias habuisse; apud alios tamen in narratione nulla de his mentio fit, tunc vi et armis haec pars civium se defendere facile potuisset: ille vero tantum effugere conatur nec ipse est armatus, fortasse in ipso foro cultrum capit de vita timens; de hoc autem facto etiam dubia moveri possunt 1).

1) Conf. verba Livii a me iam allata cum oratione Minucii L. IV, c. 13, vol. I, p. 908-940, «tela in domum Maелиi conferri eumque conciones domi habere: ac non dubia regni consilia esse, tempus agenda rei nondum stare; cetera iam convenisse, et Tribunos mercede emptos ad prodendam libertatem cum cap. 13, p. 906, 907, » quae res eum, *nec dum compositis maturisque satis consiliis*, oppressit. Dionys. excerpta ed. Maio p. 202, ἔχων περὶ λαοῦ ἀνθρώπων ἐξ ἀπάσης συνειλεγμένους κακίας, οὐς ἐτίτιζεν ὡς περ θήρια κατὰ τῆς πατρίδος — μεγίστην ἂν τοῦτ' αὐτῷ παρέσχε: βρομὴν εἰς τὴν ἀπολογία καὶ τευμήριον οὐκ ἐλάχιστον ἦν τοῦ μὴ βεβουλεύσασθαι κατὰ τῆς πατρίδος cum p. 203. Zonaras, Annales L. II, p. 29, 30 ed. Fugger et Wolf ὅπλα τε — φρουροὺς καὶ ἐκρατήσασιν ἂν τῆς πόλεως. Valerius Maximus L. VI, c. 3, § 1 ex recens. Thysii p. 534 ed. Torren. p. 550. Eadem ausum Sp. Melium — Area vero domus eius, quo *iustitia supplicii* notior ad posteriores perveniret, Aequimaелиi appellationem traxit" alii legunt » *iusti supplicii* notitia," conf. not. 13. Cai. Plinii Hist. Natur. Libri XXXVII ex recensione J. Harduini Biponti 1783, L. XVIII, c. 4, vol. III, p. 227. «Minucius Augurinus, qui Sp. Maesium coarguerat." Cicero Philipp. II, c. 34 et c. 44 ed. Ernesti, vol. II, parte 2, p. 4499, 1510. ed. Orell. vol. II, parte 2, p. 481, 489 » propter suspicionem regni." Diod. Sicul. L. XII, c. 37 ed. Wesseling, vol. I, p. 502, ἐπιδέμενος τυράννιδι — ἀνυρέου.

Ponamus eum conventus, arma domi habuisse, tunc adminicula proposito suo inservientia parasset, nec tamen omnia praeter tempus certa fuissent, nam de modo regni occupandi, reipublicae conditionis mutandae, de facto exsequendo nihil ex hisce adminiculis apparebat, nisi aliae probationes accederent: testimonium Minucii, et eius accusatio non plane verae erant. Facta, quorum accusabatur, huiusmodi erant, ut apud nos conatus remotus vocarentur.

Fortasse non plane insons erat Maelius, consilium eius fortasse erat regnum affectare; huius rei causa conventus plebis domi habebat; plebs ei auxiliabatur, sed culpa eius non est probata, Servilius Ahala cum equitibus inermem plebem e foro pellere et Maelium arripere facile potuisset, tametsi initio viatores vel equites repellerentur, ei non opus erat civem indemnatum occidere; reprehendus est Dictator, quod hoc eius factum laudavit. Dictatoris militaris potestas eadem intra moenia ac Consulum extra primum miliarium, vis ducis equitum, invidia Patriciorum in hac

Niebühr, röm. Gesch. Zw. Ausg. vol. II, p. 470-475 p. 472, scribit: »Also muss kein umstand anzuführen gewesen seyn; worauf ein Gericht Verurtheilung gründen konnte: weder Aufhäufung von waffen noch anwerbung von söldern: dies sind rhetorische erfindungen, nicht anders, als wie das vorgeben des Livianischen Minucius die Volkstribunen wären verkauft Maelius das Königreich zu verschaffen, alle Röllen für die der Empörung vertheilt: und kein einziger mitschuldige ist zur strafe gezogen? Wachsmuth, die ältere Gesch. des röm. Staates, p. 401, 402. »Die that und Cincinnatus billigung, oder nach Zonaras befehl derselben ist empörend; kann aber nicht verabredeter mord heissen. Cincinnatus konnte Maelius widersetzlichkeit nicht vorausschen, diese aber und die gährung des Volkes führten die frevelhafte That des gereizten Servilius herbei.“

causa ubivis cernuntur: si Dictatoris munera originem a bellis duxerunt, si a Latinis sunt mutuata, ut quibusdam scriptoribus visum est, Dictatores tamen saepe ad plebis potestatem infringendam dicti sunt eaque potestate abusi sunt ad ea infirmanda, quae Patricii post secessiones Plebi concesserunt.

Meae sententiae favet plebem postea Sp. Maellii desiderio flagrasse ac post militare Dictatoris imperium Servilium Ahalam odio prosequentem in iudicium vocasse; hic vel sponte exsilio solum vertit vel exsilio mulctatus est 1).

1) De exsilio Servilii Ahalae et de Dictatura Cic. de republ. L. I, c. 3, ed. Moser et Creuzer, p. 48. Auctor pro Domo c. 32, ed. Ern. vol. II, p. 2, p. 1016. — M. Servilius Ahala, cum essent optime de republica meriti, tamen populi incitati vim iracundiamque subierunt damnatique Comitibus centuriatis, cum in exsiliu[m] profugissent, rursus ab eodem populo placato sunt in suam pristinam dignitatem restituti." ed. Orell. vol. I, p. 609. simul cum eo nominantur Caeso Quintius, qui numquam in patriam rediit, de quo Livius narrat eum patriae non restitui posse, dubia igitur huius auctoris fides est. Conf. Livii L. II, c. 21, cur. Drakenb. vol. I, p. 943. »Et seditiones domi quaesitae sunt, nec motae tamen ab Sp. Maelio tribuno plebis; qui — et Minucio diem dixerat et rogationem de publicandis bonis Servilii Ahalae tulerat, falsis criminibus a Minucio circumventum Maellium arguens, Servilii caedem indemnati civis obiciens, quae vaniora ad populum ipso auctore fuere" Valerius Maximus Libro V, cap. 3, § 2 ed. Torrenius p. 452. »Ahala vero, cum magister equitum Sp. Maellium regnum affectantem occidisset, custoditae libertatis civium exsilio suo poenas pependit." Nihil de tam dubia quaestione Torrenius vel alii interpretes scripserunt ut saepe res negligentes ad verba sola animum advertentes. Optime Niebühr, rem inquisivit vol. II, p. 415 et not. 929. Locus Reipublicae tamen dubiis non vacat, auctor pro domo a Valerio Maximo confirmatur, exsiliu[m] ut poenam nondum de civibus statui propter varia veterum loca vel affirmari vel negari potest, Livii narratio auctori orationis pro Domo et Valerio

Antequam Roma a Gallis obsideretur, Tribuni plebis A. Virginio et Q. Pomponio Tribunis plebis prioris anni diem dixerunt, quod, ut Patribus grata facerent, rogationi tribuniciae intercessissent, illique in tributis Comitiiis denis millibus gravis aeris plectuntur, tametsi Camillus et Patricii obstarent et vociferarentur; pars igitur plebeiiorum et defensorum plebis nempe Tribunorum iam nonnunquam Patriciis fa-vebat ac in tales Tribunos plebs animadvertebat 1).

§ 3.

Manlii iudicium.

Urbe Roma a Gallis capta agrisque ab hac barbara gente vastatis, multi cives Romani novas aedes aedificando aere alieno obruti erant multique a credi-

Maximo magis adversatur. De dictatura Götting, röm. Staatsverf. § 404, p. 279-283. Niebühr, vol. I, p. 587-595, et passim, cuius sententia pro parte defendi potest ex locis Livii L. II, c. 18. cur. Drakenb. vol. I, p. 318, »magnus plebem metus incessit" seqq. c. 30, p. 363. Plebs, etsi adversus se creatum dictatorem videbat. L. VI, c. 15, cur. Drakenb. vol. II, p. 324. »Sed adversus se ac plebem Romanam dictatorem creatum esse." Creuzer, Abriss des röm. Antiq. § 135, p. 181, § 161-163, praec. § 162, p. 231-237. Wachsmuth, die ältere Gesch. des röm. Staates opinatur dictatorem primum creatum fuisse potius, quod populus suspiceretur Consules regno favere, quam quod bellum Romae a Latinis immineret, Niebührum refellere conatur scribentem Dictatori in Patricios nullam potestatem fuisse p. 270-274. Eos saepe in coniurationes et in seditiones dictos fuisse mecum facit Hüllmann, röm. Grundverfassung parte 4, p. 336, 337 et universe p. 327-347, § 25. Rubino, Untersuchung über röm. Verfass. p. 436 seqq. et in not. c. g. 4, 5.

4) T. Livii, hist. L. V, c. 29, cur. Drakenborch, vol. II: p. 127, 128. Niebühr, röm. Gesch. vol. II, p. 558.

toribus in carceres deiciebantur: hisce adversatus est Manlius Capitolinus, qui propter Capitolium servatum a plebe magno honore habebatur nec vero a Patriciis muneribus tantis meritis dignis ornatus erat; propterea odio in Patricios flagrabat, eo magis, quod illi inimico suo Camillo, qui antea partim saltem eius opera in exsilium abire coactus erat, omnes fere honores mandassent eiusque nomen ubivis laudibus celebrassent.

Manlius ergo non solum, quod conditionem debitorum et inprimis plebeiorum miseretur, eos auxilio iuvat, nam vehemens eius ingenium studio partium, ira in Patricios et praecipue in suum inimicum eum etiam incitarunt, attamen iam diu plebeiorum parti addictus erat et eorum aerumnis motus esse videtur 1). Cen-

1) Conf. Liv. hist. L. VI, c. 6, cur. Drakenb. vol. II, p. 281 » collegae (i. e. Camilli ut tribuni militum cons. pot.) regimen omnium rerum — in viro uno esse: sibi que destinatum in animo esse Camillo submittere imperium” c. 41, p. 299, 300 » seditio, unde minime timeri potuit, a patriciae gentis viro et inclitae famae, M. Manlio Capitolino, qui nimius animi, quum alios principes sperneret, uni invideret — solum cum in magistratibus solum apud exercitus esse — postquam inter Patres non, quantum aequum censebat, excellere suas opes animadvertit, primum ex Patribus popularis factus.” Dionis Cassii fragm. Peiresc. ex collectaneis Constant. Porphyrogenetae *Καπιτωλίνος μὲν οὖν τοσοῦτον τὸ διαλλάτταν κἂν τοῖς τρόποις κἂν πῆ τὸ κχ' ἔσχε τὰ τε γὰρ πολέμια ἀκριβάσας εἰρηεῖν οὐκ ἠπίσταντο* ed. Reimarus Hamburgi 1750, p. 15, Zonaras ed. Fugger et Wolf, L. II, p. 35, Plutarchi vita Camelli, c. 11 et 12, vol. II, p. 43, 44, c. 36, p. 68 ἦν δὲ τῶν διαμαχομένων αὐτῆ καὶ προσφθονούτων ἐπιφανέστατος Μάκος Μάλλιος quibuscum conveniunt verba Zonarae *ἦσαν τῷ Καμίλλῳ μᾶλλον τῶν ἄλλων*. Excerpta ex Dion. Halic. ed. Maio p. m. 218, 222. L. XIII, c. 5 et 11. Niebühr, röm. Gesch. vol. II, p. 563-566, imprimis p. 566. » Unzweifelbar ist M. Manlius, schon damals Camillus geschwornen feind gewesen und Wahrscheinlich an der Spitze seiner

turioni, quem creditor a iudice sibi addictum secum per urbem trahebat, in medio foro manus iniecit ac coram populo debita eius solvit: ille liberatorem suum ut parentem plebis Romanae ubique laudat: magna caterva plebeiorum sequitur Manlium, saepe in Patricios crimina iactantem eos auctores inopiae plebis esse, eos thesauros Gallici auri, ut vocabatur, publicam pecuniam abscondidisse et avertisse.

Deinde Manlius fundum suum in Veienti publice vendi iubet; pecuniaque inde comparata debita multorum plebeiorum solvit, quo magis gratia apud plebem florere coepit, uti accusatione sua plebis odium in Patricios incitaret.

Patricii obstupefacti A. Cornelium Cassium, maxime Manlii causa paulo ante Dictatorem dictum, specie belli cum Volseis, in urbem revocant: hic a Manlio, qui cum magna plebeiorum caterva iussis Dictatoris obtemperans advenerat, quaerit, ut plebi thesauros indicet: alioquin falsum esse cumque in vincula esse coniiciendum. Manlius respondet Dictatorem in se et in plebem, non vero in hostes esse creatum; ipsos Patricios loca, ubi thesauri absconditi sunt, melius quam seipsum scire, illos igitur plebem ad ea ducere debere 1).

Widersacher im Senat." de accusatione Tribuni in Camillum (Liv. L. V, c. 32) vol. II, p. 677-681, praec. p. 678. »Gewiss mit reinem Gefühl begann Manlius sich der hilflosen Schuldner zu erbarmen,» narratio de iudicio Manlii summa eloquentia et arte critica conscripta est, multum veri ei inest; hoc ultimo loco non satis invidiae Manlii tribuit; ut saepe fit, duae erant causae, altera invidia et gloriae studium, altera, quod eum plebis miseretur.

1) Liv. Hist. L. VI, c. 14-18 cur. Drakenb. vol. II, p. 315-330,

Dictator viatori praecipit, ut Manlium arripiat; hic plebis patronus in carcerem mittitur, plebeii vestes mutant, interdiu nocteque coetus habent ad propugnatores eorum causae e carcere liberandum; mox de carcere refringendo sermo habetur: tunc Senatus-consulto Manlio libertas restituitur.

Iram Manlii his fatis exacerbata clamores plebeiorum, qui eum laudibus ad coelum extollunt eiusque domum circumsedent, incitant, maiora iam sibi proponit, scilicet cives a magni foeneris oneribus obligationibusque liberare; seipsum summum duce contra Patricios praebere; de regno fortasse cogitat; principes plebeiorum interdiu nocteque eius domi in Capitolio colloquia cum eo habent; de consulatu dictaturaque abrogandis agitur: de nulla re tamen inter eos convenit: hi conventus reipublicae quieti quidem minabantur, sed nullum certam et reipublicae imminens malum urgebat. Fama per urbem ruit in Manlii conventibus regni consilia esse capta: pars Patriciorum exclamat. „Servilio Ahala opus esse ad bellum intestinum unius civis caede finiendum.”

Senatus magistratibus formulam dat in ultimis reipublicae periculis adhibitam „ut videant, ne quid ex

de thesauro c. 44, p. 320, c. 15, p. 322-327, »thesauros Gallici auri occultari a patribus,» — quum conferendum ad redimendam civitatem a Gallis aurum fuerit tributo conlationem factam.» Niebührius vol. II, p. 679, 680 thesauros interpretatur de tributo ad vasa, pocula caet. a Gallis templis adenta iis restituenda quo ex mente Manlii in suum commodum Patricii usi erant: similia nobis dedit Wachsmuth, die ältere Gesch. des röm. Staates, p. 427, not. 50.

perniciosis consiliis M. Manlii respublica detrimenti capiat." Tribuni consulari potestate simul cum Tribunis plebis, quid faciendum sit, consultant; a vi abstinendum esse decernunt consiliis Maenii et Publilii Tribunorum plebis suadentium, ut Manlium in iudicium vocarent, ut itaque per ipsam plebem, quae ab eo ut regni affectandi reo recederet, eum adorirentur. Non constat, utrum omnes Tribuni plebis, an hi duo tantum se Patrum auctoritati dediderint: nec liquet, an libertatis omnium studio, an invidia, an Patriciorum causae faventes propter rationes nobis incognitas, e. g. pecuniam datam acceptamque, ut iam nonnunquam fieri solebat, Manlio adversati sint. Quidquid sit, clamores quorundam Patriciorum et formula a Senatu edita nos certiores faciunt Manlium Patriciis valde invisum fuisse eosque omnes vires intendisse, ut in Comitibus damnaretur, si vi tolli non posset.

Sic ipsa iudicii die in Campo Martio nullus Patriciorum ei comes fuit ad cives deprecandos, nec cognatus, nec frater, *quod primus a Patribus*, ut Livius scribit, *ad plebem defecisset*; causa igitur non erat illud gravissimum in rempublicam eiusque normas delictum regni affectandi, sed, quod plebi faveret, Patriciorum nimiae potestati obstitisset, nam Appius Claudius quoque Regis instar se gesserat et tamen eius patruus plebeiorum animos flectere conatus erat. Nulla argumenta eius culpae in medium prolata sunt in Comitibus centuriatis praeter coetus, voces seditiosas et accusationem furti thesauri in Patricios ab eo factam; Livius quidem ipse opinatur plures fuisse probationes quum mora damnandi in loco, non in causa fuerit, sed nul-

lus veterum historicorum Romanorum alia argumenta affert, quod profecto ab illis saltem omnibus non omis- sum fuisset: coetuum ipsorum ut proprii maleficii non accusabatur, neque antea plebeii ipsi horum causa in iudicium vocati erant 1).

1) Haec ultima spectant legem duod. tab. de coetibus. Conf. Liv. Hist. L. VI, c. 16, vol. II, p. 328-330, c. 47, p. 331-333: » Iam nocte quidem turba ex eo loco dilabebatur, refracturosque carcerem minabantur — dux seditioni datus est,» c. 18, p. 336 » ad- vocata domum plebe cum principibus novandarum rerum interdiu noctuque consilia agit — solo adaequandae sunt dictaturae con- sulatusque. — Vos si quo insigni magis imperii honorisve nomine vestram adpellabitis ducem, eo utemini potiore ad obtinenda ea quae vultis. Inde de regno agendi ortum initium dicitur sed nec, quibus res, quem ad finem consilia pervenerint, sat planum traditur.» Priora Livii sunt desumpta ex oratione quam cum ha- buisse fingit hoc scriptor, compar. c. 20, p. 345 » quum dies venit (i. e. priorum Comitiorum de Manlio habitorum) quae praeter coe- tus multitudinis seditiosasque voces et largitionem et fallax indi- cium (i. e. thesauri Gallici), pertinentia proprie ad regni crimen ab accusatoribus obiectarent reo, apud neminem auctorem invenio,» addit deinde idem Livius, quae non citavit Niebührius » nec du- bito haud parva fuisse, quum damnandi mora plebi non in causa, sed in loco fuerit» universe c. 19 et 20. Dion. Halic. excerpta a Maio p. m. 230, κινδυνεύων διὰ τυραννίδος ἐπιθέσειν ἀπολέσ- θαι — τότε μὲν οὖν συμπαθήσαντες ἂ φῆκαν αὐτὸν ὑστερὸν δὲ κατὰ κρημνοῦ εἰρήφω. Plut. vita Camilli solus de dilucidis argumentis, ceteroquin rem ut Livius exponit, praeterquam quod Camillus apud eum altero iudicio praesit, ἐπὶ τε τεκμηρίοις φανεροῖς — ὁ δὲ συμφροσύνας Κάμιλλος μετήγαγεν ἔξω πύλης τὸ δικαστήριον c. 36, vol. II, p. 68. verba Livii de duobus iudiciis iam omnibus nota sunt. Conf. Valerius Maximus l. VI, c. 3, § 1, de severit. ed. Thys. p. 533 » M. Man- lius unde Gallos depulerat, inde ipse praecipitatus est, quia fortiter defensam libertatem nefarie opprimere conatus fuerat.» Zonaras Annales, L. II, p. 35, 36. μάλλιος — ἀνήγαγεν εἰς τὸ Κα- πιτώλιον καὶ κατέχετο αὐτὸ. Dionis Cassii fragm. Peiresc. ed. Rei-

Coetus ergo adhibebantur ad probandum eum regnum affectare: testibus, iudiciis aliisque argumen-

marus, Hamb. 1750, p. 15, καὶ τὸ Καπιτώλιον, ὃ ἐσεσάκει κατέλα-
 βεν ἐπὶ τυραννίδι. εὐπατρίδης τε ἢν οἰκέτου ἔργον ἐγένετο καὶ πολεμικῆς
 νομισθεὶς ἐν ἀνδραπέδου τρόπῳ συνελήφθη· κατὰ τε τῆς πέτρας αὐτῆς. ἀφ'
 ἧς τοῦ Γαλάτας ἀπεωσατο, ἐξήρθη. Verba nimis brevia et obscura sunt,
 ex eius sententia hostis dictus esse videtur et a servo correptus
 ut hostis patriae rupe deiectus videtur praecipue, si eum cum Zo-
 nara conferas. Cicero Philippica sec. c. 34 et 44 ed. Ern. vol. II,
 p. 2, p. 1499, 1510 ed. Orell. vol. II, p. 481 et 489. Appiani
 Italica p. m. 23, 24, vol. I, χρεῶν ἀποκοπῆς κινῶν. Aulus Gellius
 L. XVII, c. 21 ed. Gronovii, p. 795 » et M. Manlius Romae, qui
 Gallos in obsidione Capitolii obrepentes per ardua depulerat, *con-*
victus est consilium de regno occupando iniisse damnatusque capitis,
 Saxo Tarpeio, ut M. Varro ait, praiceps datus, ut Cornelius autem
 Nepos scriptum reliquit, verberando necatus est" L. XVII, c. 2, p.
 751 et 752 ex Annalibus Q. Claudii Manlium haec videntur spectare:
 » ut facile intelligeretur magnum viaticum ex se atque in se ad
 rempublicam evertendam habere." Gellius viaticum interpretatur
 facultatem conf. not. 22, proprie de peculio militis.

Cicero de republ. L. II, c. 27 ed. Moser et Creuzer, p. 292,
 » regnum occupare voluisse dicti sunt" et Ciceronis fragm. ed. Orell.
 vol. IV, p. 462 ad Corn. Nepotem, » Manlius, etiamsi, id quod cu-
 pierat, regnare potuisset" Sextus Aurelius Victor de viris illustribus
 ed. Arntzenius, Amstelod. 1733, c. 24, p. 133-136 et in notis » po-
 puli consensu liberatus est" i. e. e carcere et suspicione regni
 affectati, sed paulo post » rursus cum in eadem culpa, et gravius
 perseveraret, reus factus et ob conspectum Capitolii *ampliatus est.*
 Alio deinde loco damnatus et de Saxo Tarpeio praecipitatus est." Haece
 ultima ostendunt Aurelium Victorem in hac vita conscri-
 benda saltem Cornelium Nepotem non secutum esse, nam hic
 de longe alia poenae mortis specie mentionem facit. De fide
 Aurelii Victoris vid. notae meae ad § de Gracchorum consiliis. Ver-
 bum *ampliare* Asconius Pedianus ad Cic. Divinat. interpretatur.
 de sententia literis N. L. (non liquet) dicta; quibus causam differe-
 bant. Aurel. Victor narrat populum Romanum Manlium domo in
 Capitolio donasse. Probationes hac aetate fieri concedit etiam Geib

tis constare debuisset in iis de regno agi, de certo consilio inter Manlium et plebeios imprimis eorum duces convenisse, largitiones tali consilio a Manlio esse factas, seditiosas voces plebis bellum civile spectare, normis reipublicae mutandis vel regno constituendo inservisse; saltem populus iudicis munere fungens hac de re sibi persuasum habere debuisset, nihil eorum vero commemoratur; facta tantum aderant, quibus delictum parabatur, qui apud nos conatus remotus dicerentur, et de iis factis animus hostilis non probabatur nihil proprie fecerat Manlius quibus manifeste apparebat eum regnum petere. Accusatio furti Patriciorum profecto non

neque nimis eas esse urgendas partim cum eo convenio, quamquam Livius saltem de argumentis cogitat: hoc verum est proprie hac aetate et vel maxime in iudicio, Comitiorum sermonem fieri non posse de »Beweistheorie« sensu Iureconsultorum et legislatorum recentiorum. Geib, *Gesch. des Röm. Criminalprocesses* aet. I, p. II, cap. II, p. 137-146. Conf. etiam § mea de causa Cassii et animadvers. meae contra Geibium cum p. 127, 128, 136. Multum neque plane iniuria tribuit iudicum »Conviction intime« praecipue populo in Comitiiis. Sic etiam Mittermaier in opere *Arch. des Cr. Rechts*, N. F. Ao 1843, p. III, p. 427. De Geibii aliorumque operibus iudicium ferens scribit. »Gewiss macht der einfache sinn der Volksrichter kein Unterschied zwischen natürlichem und kunstlichem Beweis; es war der Totaleindruck, welchen die vorgekommenen Verhandlungen, wie heute zu Tage, noch bei den Geschwornen auf die Richter, machte und dass die Indicien immer den wichtigsten einfluss auf die Ueberzeugung von Richtern machen, die keine rechenschaft über ihre urtheilsfällung zu geben nöthig haben, ist begreiflich — am meisten Vermuthungen, aus welchen die Richter verurtheilten (spectat exempla Livii et Dionysii) caute haec tamen accipienda sunt propter partium studia in his iudiciis. Dubium est, num revera »totaleindruck« (conviction intime) populo in hoc iudicio fuerit contra Manlium.

directe ad hoc delictum pertinet, ostendit tantum invidiam in Patricios, nisi aliquid veri huic accusationi insit. Ipse Manlius, ut saepe in Comitiiis centuriatis, in populi iudiciis fiebat, magis merita sua in patriam et singulos cives enumeravit quam accusatores refellit, quadringentos cives in Campum adduxit, quorum debita solverat; spolia hostium, murales Coronas, cives ab eo servatos ostendit: tunc sordida veste, nudo pectore, vulneribus pleno, Capitolium adspiciens Iovem aliosque Deos precatus est ut populus Capitolium eiusque in Gallos facta recordans de se iudicium ferret: ut miles, ut dux exercitus romani haec dixit probe sciens talem orationem maiorem vim in plebem habituram quam optimas probationes, Patriciorum conatus ad plebem a sua causa avocandam quam maxime cohiberi, neque ex hisce efficiendum est nulla argumenta ad accusatores refellendum ei fuisse.

Populus Romanus hacce oratione motus meritorum et factis memor eum non damnavit, Livius narrat Tribunos diem prodixisse, verba Dionysii magis dubia sunt, etenim verba ἀφῆκαν αὐτὸν saepius de absolvendo usurpantur, tametsi de eo, qui liber e iudicio missus nec vades dare coactus est, accipi possent, sed Plutarchus, ut Livius, de die prodicenda mentionem faciens priorem interpretationem Dionysii confirmare videtur addens magistratus alium locum ad iudicium de Manlio habendum elegisse μητ' ἀφιέναι βουλομένους, quae procul dubio de absolvendo intelligenda sunt.

Itaque Niebührii sententia Dionysii, uti Dionis et Zonarae narratione nititur, quamquam ipsi hoc non vidit.

Diem prodicebant saepe non tamen semper magistratus, ad opportunitatem reo praebendam fuga sponte facta iudicio se eripiendi; hoc vero omisit Manlius superbia verisimiliter ductus; quae antea cogitabat de regno, de quibus sermones habuerat, non plane insons, haec nunc executioni mandasse voluisse videtur: quum post Comitiam habita vades non dedisset, quum liber esset, non probabile fit eum rursus in Comitiam sponte venisse vel plebeios omnes eius causam dereliquisse: pars quidem, Tribuni fortasse nunc omnes ei adversabantur. Consilia regni ipsius maiore iure metuenda erant ac metuebantur: Camillus dictator vel tribunus militaris cum Quinctio Cincinnato, ambo patriorum parti plane addicti; cum Tribunis plebis alterum iudicium de eo instituerunt in luco Poetelino, loco, ubi ceteroquin Comitiam centuriata non convocari solebant! Ut magis animos ab eo amoverent Tribuni militares et plebis hoc fecisse videntur; concilium fortasse dicitur, quia pars plebeiorum domum Manlii in Capitolio etiam tum circumsedebat; hoc non obstat, quominus Comitiam centuriata fuerint, in Curiatis Tribuni agere non poterant. Tribuni plebis hoc autem iudicio partim praefuerunt verisimiliter cum Tribunis militaribus, fortasse eum accusarunt: propter Dionis Cassii et Zonaræ testimonia et rem ipsam mihi a probabilitate recedere non videtur in absentem sententiam latam fuisse et Tribunos plebis post damnationem a populo factam eum a Tarpeia rupe deicere viatores iussisse, plebis parte Manlio favente sacrosanctis suis magistratibus cedente vel ab iis in fugam pulsa: omnes praeter unum Cornelium Nepotem de hoc supplicio mentionem faciunt. Man-

lius vero in Capitolio habitabat, ibi conventus erant, unde hic locus, hic modus supplicii magis verisimiles videntur 1).

1) Loca veterum iam citavi. De concilio locus celeberr. Auli Gellii Noct. Att. L. XV, c. 27 ubi verba Laelii Felicis aequalis Q. Mucii afferuntur. »Is qui non universum populum sed partem aliquam adesse iubet, non *comitia*, sed *concilium* edicere debet." ed. Gronovii p. 701 »verba Livii VI, c. 20," »*concilium populi* indictum est vol. II, p. 347, 348, cum L. III, c. 54 *concilio plebis acta*," vol. I, p. 769, quae de sola plebe accipienda sunt, L. XXV, c. 3, 4, vol. III, p. 946, plebis concilium — de concilio plebis turbato.

Göttling, röm. Staatsverf. de Comitiiis curiatis hoc intelligit § 110, et in fine p. 319, »*more maiorum gegen die Gesetze* cum § 100, p. 274-277 et not. 2 et 3, p. 276, magis de industria hanc quaestionem tractavit in Hermes 1826, vol. XXXVI, quod mihi comparare non potui. Niebühr, Röm. Gesch. vol. II, p. 359, 684, 685 cum p. 565, 566 et quae passim de verbo *δημος* de populo et plebe disputat, valde accurate quaestionem inquisivit, tamen errasse videtur, praecipue quod ad Comitiiis curiatis attinet. Egregie eum refellit van der Velden, disquis. liter. de Comitiiis curiatis Medemelaeci 1835, p. 67, 68 omnia explicat ex *loco*, Dionysium aliosque praeter Livium non satis consuluisse videtur, contra ad verba Livii accurate animum attendit, compar. cum p. 61-64 de populo et plebe, p. 64 et 65 de *concilio*. Schelleri, Lexicon eur. Ruhnkenio, vol. I, p. 239, h. v. Facciolati cura Forcellini h. v. Wachsmuth, die ältere Gesch. des Röm. Staats, p. 427, 428 et not. 51. »Die Grenzen der Bürgerpflichten überschritt die plebs nicht mit ihm — Die Nachrichten bei Dio., *Zon. er habe das Capitol besetzt*, sind wie leicht zu erkennen ist, aus den Versammlungen in seinem dort gelegenen Hause entstanden." Et tamen non plane negat narrationem de servo. conf. etiam Ferguson, the history of the progress and termination of the Roman republic, L. I, cap. III, p. 18, 19 de Comitiiis non dubitat, sed de conuratione »whether real or fictitious." De Bosch Kemper, diss. p. 32, 33. Obiter nobis est animadvertendum verba Livii »*duumviros, qui de perduellione anquirerent*» et de iudicibus, qui rem inquirunt, et de accusatoribus intelligi posse. Quum vero verba Livii

Si haec non placent, nam res dubia est, dolo servi falsa ei nuntiantis in insidias deductus esse potest ad loca, ubi Comitia habebantur et ab iis damnatus in Capitolium, locum, ubi consilia scelerum agitarat, missus esse potest ut e rupe Tarpeia deiceretur; quidam scriptores memoriae mandarunt eum a duumviris perduellionis esse damnatum, populus profecto eorum sententiae facile cessisset; Livio tamen teste plures hoc Comitiiis tribuebant et illa aetate populus ipse saepius iudicabat: Dionysius de Comitiiis saltem prima vice mentionem facit, Plutarchus sententiam Livii de Comitiiis confirmat: ex Dione, Zonara neque ex auctoribus apud Gellium citatis nihil efficere possumus, quare populum i. e. Comitia centuriata de Manlio statuisse existimem.

Livius hoc loco duumviris perduellionis officia in-

sint ponenda, » sunt qui sint auctores (Manlium) damnatum (fuisse) per duumviros, qui de perduellione auquirent. » Duumviri hoc loco et quaesitores et iudices habendi sunt. Alii legerunt » inquirerent. Hüllmann, röm. Grundverf. § 20, p. 270, 271. » Die Patricier haben dem Verräther ihres Standes den Undergang bereitet und die Plebejer den Vater des ihrigen nicht gerettet. » Geib, Gesch. des Röm. Crim. Processes 1842, p. I, cap. III, p. 33, 34. Comitia deinde habita etiam intelligit cum p. 36, 38, de Comitiiis centuriatis, » so ist doch in der That nichts natürlicher als dass dieses neue Gericht eben bloss eine Fortsetzung des ersten war und somit auch hier wieder die Centurien, nicht die Curien zu unterscheiden hätten. » Minus recte Comitia centuriata ad delicta commissa contra privatos restringit et Com. tributa refert ad ea quae cum reipublicae conditione cohaerent, quamquam recte affirmat. Com. tributa ad speciem del. contra republ. quae contra *plebem* fiebant pertinuisse. Geib exemplis quae ipse affert Cassii et Manlii refelli potest.

quirendi et iudicium ferendi mandat, omnes *Romani* scriptores, quorum nobis fragmenta vel testimonia servata sunt, Manlii delictum *perduellionem* habuisse videntur et inde quaestionem moverunt, an a populo, an a duumviris perduellionis damnatus fuerit, ex quibus apparet iudicii formas contra eum servatas fuisse, non vero eum sacrum dictum fuisse, ut Niebühr coniectura assequi studuit: alioquin haec valde placeret propter incerta ultima Manlii fata: sacrae leges etiam non plane ab usu recesserant, nam de Tribunis et de quibusdam aliis magistratibus post decemviratum rursus erant sancitae: duodecim tabularum lege quaedam de iis occurrunt, quamquam magis magisque iudicia invalebant.

Animadversione nostra dignum est formula „ut videant magistratus, ne quid respublica detrimenti capiat” 1) Tribunis militaribus et Tribunis plebis maiorem potestatem mandatam fuisse eodem tempore, quo Dictatores dici solebant et saepe dicebantur, quod verisimiliter fecerunt, ut plebs minus Patriciis diffideret et a Manlio sese seiungeret.

1) T. Liv. Hist. L. VI, cur. Drakenb. vol. II, p. 341, 342. Dirksen civilistische Abhandl. vol. I, Zweite Abhandl. p. 120, 121. »Erst im Folge dieses Senatbeschlusses, mithin nicht aus einer eignen Machtvollkommenheit und der dem Volke zustehenden Gerichtsbarkeit, entschlossen sich die Volkstribunen den Manlius als Hochverräther beim Volke anzuklagen.“ Haec affert ad potestatem Senatus et populi universe definiendam, est tamen causa plane specialis; in extremis reipublicae periculis Manlium adoriri potuissent, alia multa exstant exempla Tribunos vel Quaestores sine Senatusconsulto cives in Comitibus capitis accusasse.

§. 5.

*Causa Fulvii, quaestio de Bacchanalibus habita,
causa Postumii Pyrgensis, filiae Appii
Caeci, Butturii.*

*Ecquid autem hac aetate solummodo in facta non
vero in verba publice animadvertebatur?*

Legibus agrariis deinde a Licinio perlatis, Consulatu et connubio cum feminis patriciis cum plebe communicatis, tam graves inter Patricios et plebeios discordiae usque ad bella civilia non amplius exarsere, et nonnisi pauca talia iudicia de delictis contra rempublicam admissis, vel in specie de iis, quibus status reipublicae in periculum vocabatur, commemorantur 1).

Bello tamen Punico secundo Tribuni Plebis Cnaeum Fulvium accusarunt, quod exercitum in Apulia amisisset, quod animos militum mollitiae luxuriaque corrupisset, et quod primus fugae se dedisset.

Duae priores accusationes magis culpam quam dolum militum ducis spectabant: multis autem testantibus fugam ab eo ortam fuisse, milites ab eo desertos fuisse, tertia vice Tribunus eum non pecuniae, sed capitis accusavit et, quum controversia a reo de accusatione mutata facta esset, ceteri Tribuni decreverunt accusatori licere capitis vel pecuniae causa aliquem in iudicium vocare propter tale factum, prouti accu-

1) Niebühr Röm. Gesch. vol. III, p. 35, 51 seqq. 353 seqq. et passim. Liv. L. VI-IX. Dion. Hal. fragm. pass. Göttling, Röm. Staatsverf. p. 349-353.

sationem ex legibus vel ex moribus repeteret. Tribunus exclamat „Tum Cn. Fulvio perduellionis iudico.” Fulvius sponte in exsilium abiit, quod plebs iustum esse scivit. 1) Itaque in fugam se vertere, nisi omnis exercitus fugeret, factum erat, quod eo tempore iudicio perduellionis continebatur, sed constare debebat eum initium fugae fecisse, inde milites, cives prodere videbatur: si animus prodendi deesset, si simul cum exercitu fugae se dedisset, iam parte copiarum in fugam pulsa, ad mulctam damnari poterat, dummodo clades culpae huius belli ducis, non vero casui fortuito adscribenda esset. Hac igitur aetate propter simile et fere idem factum aliquis vel capitis vel mulctae accusari poterat magnam partem ex dolo vel culpa noxii: moribus iudicium levius leviorque poena nempe pecuniaria invaluerant et per aliquod tempus hoc iam obtinuisse nos certiores facit decretum Tribunorum „hoc ei more maiorum permissum esse.”

1) T. Livii hist. l. XXVI, c. 2 et 3 cur. Drakenb. vol. III, p. 1053-1059, c. 2, »neminem praeter Cn. Fulvium ante corrupisse omnibus vitis legiones suas quam proderet — nec Hercule mirum esse milites in acie non stetisse, quem primus omnium Imperator fugeret, c. 13. Reus, »quum effuse omnes fugerent se quoque turba ablatum, ut Varronem — testibus datis, quum, praeterquam quod omnibus probris onerabatur, iurati permulti dicerent »fugae pavorisque initium a praetore ortum, ab eo desertos milites, quum haud vanum timorem ducis crederent, terga dedisse,» tanta ira accensa est, ut capite anquirendum concio conclamaret. Conf. quaestiones de iure criminum Romano scrips. Ed. Platnerus Marb. 1842, sumt. Elverti quaest. 3 de multa p. 49-51. Alia exempla ap. eum inveniuntur quaest. I, p. 14-17 et p. 10, quae quaest. inprimis est legenda.

Postquam Bacchanalia P. Aebutio auctore ad Senatum delata sunt, Consulibus Senatusconsulto extra ordinem mandatum est, ut de hisce nocturnis conventibus, coniurationibus cognoscerent. Consules, quum ad Senatum deinde ad Comitia centuriata retulissent, confidentes statim ad mortem damnarunt suppliciisque dederunt, praeter eos, qui ipsi nulla facinora fecerant.

Hoc Senatusconsultum provocationi, legibus sacrae et duodecim tabularum adversabatur, Consules ut summi magistratus de vita civium statuebant, Comitibus solummodo narrabant, quae fecerant, monebant cives, ut sibi opem ferrent contra noxios, ut a conventibus Bacchi sacrorum abstinerent; nullum populi iudicium de noxiis habitum est: at erat exceptio a regula propter grave et reipublicae imminens periculum; nisi Senatus Consulesque hoc fecissent, respublica Romana fortasse periisset, nam plura millia hominum iureiurando adstrictorum nefariam coniurationem inierant: non solum mores, status reipublicae in periculum adducti erant, sed praeter supra virorum et feminarum veneficia, caedes, falsa perpetrata erant: omnia reipublicae fundamenta corruebant, nisi statim et graviter in noxios animadverteretur: non tantum igitur coctus per se spectati puniebantur, erant potius coniurationes de variis et gravissimis sceleribus perficiendis, socii eius conditionem reipublicae turbabant, tametsi rempublicam ipsam non directe peterent, et a regula recedebatur, quare non ad alias causas hoc exemplum est protrahendum 1).

1) T. Liv. hist. L. XXXIX, c. 8-15, cur Drakenb. vol. V,

Livii narratio obstat, quominus cum de Bosch Kemper faciamus scribente Consules non *iniussu populi*

p. 303-337, c. 8. »Intestinae coniurationis vindictam — nec unum genus noxae, stupra promiscua ingennorum, feminarumque erant: sed falsi testes, falsa signa testimoniaque et indicia ex eadem officina exhibant. Venena indidem intestinaeque caedes — multi doli plerique per vim audebantur” c. 12 »Si qui minus patientes dedecoris sunt et pigriores ad facinus, pro victimis immolari — multitudinem ingentem, alterum prope populum esse” c. 14 »quaestionem deinde de Bacchanalibus extra ordinem Consulibus mandavit, c. 17. »*Coniurassa* supra septem millia virorum ac mulierum” c. 16 et 17, adducti ad consules fassique de se nullam moram iudicio fecerunt — coëgit Consules circa fora proficisci ibique quaerere et indicia exercere.” Contra »ea omnia lata ad plebem factaque sunt ex Senatusconsulto.” Haec tamen de iis, quae sancita sunt post poenas de noxiis sumtas. De Bosch Kemper, negat et in hac causa tantam Consulibus potestatem fuisse. diss. p. 33-35. Verba Consulis c. 15, p. 327, 328. »Maiores vestri, ne vos quidem nisi quum — Comitiorum causa exercitus eductus esset, aut plebi Concilium tribuni edixissent, aut aliquis ex magistratibus ad concionem vocasset, forte temere coire voluerunt” ut Zirkler existimat das Associationsrecht, p. 70, 71. Platnerus, quaestiones de iure Criminum Romano quaestio VI, cap. I. p. 84-86 recte scribit. »In quo utroque crimine, tamen si Consuli quaestio esset commissa, tamen Senatus ipse sententiam tulit, quam quidem Consul pro imperio exsecutus est.” Dirksen affirmat »Untersuchung gegen die Bacchanalien — wurde hier im Auftrage des römischen Senats bald durch die Consules, bald durch die Prätores geleitet.” Dirksen, civilistische Abhandl. vol. I, Zweite Abhandl. p. 118, cum p. 223, 224, cum p. 113, 114, ubi Polybio adscribit eum iudicium Senatus de civibus Romanis tribuisse minus vere, p. 134.

Geib, de hoc iudicio affirmat »wo man in der That die Beschreibung eines heutigen Inquisitionsprocesses zu lesen glaubt.” Geib, Gesch. des röm. Criminalprocesses aet. I, p. II, cap. I, p. 407-108, ubi tamen animadvertit. »Allein so ausgeprägt auch der Inquisitorische Charakter hierbei hervortritt, so ist es doch entschieden falsch, wenn manche sich dadurch für berechtigt halten, das Ver-

noxios, damnasse et morte mulctasse: populus, (Comitia centuriata) hoc passus est, hoc non prohibuit. Poenis de noxiis sumtis Senatusconsulto constitutum est, si quis tale *sacrum necessarium duceret nec sine religione et piaculo se id omittere posse* apud Praetorem urbanum profiteretur, Praetorem Senatum consulere, si ei permissum esset, quum in Senatu centum non minus essent, Praetorem ita id *sacrum facere, dum*

föhren vor diesen Quästoren immer und in allen seinen Theilen für rein inquisitorisch zu erklären." Conf. etiam de indicibus, quos dividit in eos, qui delictum universe magistratibus defert, et in eum, qui socius delicti, ut a poena plane liberetur, hoc peragit et de quadruplatoribus p. 104-106, et universe de accusat. ad iudicia pertinente p. 97-104. Nimis universe potestatem Senatus post liberam rempublicam institutam negat. aet. I, cap. IV, p. 41, 42. »Sein (Sen.) ganzer Einfluss im Grunde blos darin bestand für die Consules eine beratende Behörde zu bilden." Quamquam statim addit »wenn auch allerdings in der Art, dass die Einholung seiner Meinung jetzt kaum mehr versäumt worden, durfte die unbedingte befolgung derselben aber wenigstens in beziehung auf gewisse verhältnisse für unerlässlich angesehen werden" cum p. 43-45, cum cap. I, p. 22, cap. II, p. 22-30. Contra Mittermaier in opere Archiv des Cr. R. N. F. a^o 1843, p. II, p. 288. De Bacchan. »allein auch hier scheint nichts weiter nachgewiesen zu seyn, als dass die Consules eine Voruntersuchung anstellten und dabei (da noch keine Anklage gegen eine Person erhoben war) mit ziemlicher freiheit zu werke gingen, um sich die nöthige Gewissheit, dass ein Verbrechen verübt worden, und die beweise gegen den thäter zu verschaffen," attamen elementa iudicii, quod fit per magistratus, qui delictum inquirunt, in hac causa adsunt, sic Mitterm. eodem de indicibus et quadruplatoribus »kann man aber nicht mehr ableiten, als dass die öffentlichen Behörde ein Interesse an der Entdeckung von Verbrechen und überweisen des schuldigen dadurch bewiesen, dass sie (wie jetzt noch in England) sich der Personen bedienten, die als Hauptzeugen gegen den Angeklagten auftraten."

ne plus quinque sacrificio interessent, neu qua pecunia communis, neu quis magister sacrorum aut sacerdos esset."

Conventus igitur non plane vetabantur, dummodo Praetori appareret hoc Dei Bacchi sacrorum causa revera fieri et dummodo magna pars Senatorum hoc ei concederet: re ita inquisita reipublicae nocere non poterat, omnia vincula, quibus conventus a republica se iungerentur, et civitas in civitate oriretur, prohibebantur, nempe duces, aerarium commune, magnus sociorum numerus; veniam Deorum colendorum cum salute reipublicae Senatus conciliare volebat 1). Nostra aetate hoc Senatusconsultum, ut historicum monumentum, magni est momenti. Si Romani post tanta facinora tantaque reipublicae pericula veniam coeundi sub certis conditionibus conventibus religionis causa concesserunt, quanto magis nostrae reipublicae gubernatores conventibus, qui rempublicam in periculum nullo modo adducunt, quorum socii religionis causa unice coeunt, veniam coeundi dare debent!

Praeter Cnaei Fulvii iudicium aliud exemplum eodem bello Punico secundo occurrit M. Postumii Pyrgensis, cui a Tribunis plebis Sp. et L. Curviliis in Comitibus tributis dies dicta erat et mulcta ducentorum millium aeris irrogabatur, quod naufragia fingens publicam pecuniam fraudatus esset, sed publicani ea die in Comitibus irruerunt et quominus suffragia de Postumio ferrentur, prohibuerunt; fortasse certamine orto Tribuni victores evasissent, nisi consilio Con-

1) T. Livii Hist. L. XXXIX, c. 17. cur. Drakenb. vol. V, p. 334-335.

sulis ducti plebem dimisissent. Senatusconsulto deinde decretum est „*vim contra rempublicam et pernicioso exemplo factam esse.*” Tum Tribuni diem capitalem Postumio dixere, adiicientes se eum, ni vades daret, in carcerem deiecturos, ex more nempe, qui inde a Caesonis iudicii tempore invaluerat: vades dedit, attamen ipse die iudicii non adfuit: Tribuni diem prodixerunt; nisi adesset, aqua et igni ei esset interdictum, bona ipsius essent publicata: ille non rediit: haec ergo rata facta sunt 1).

1) Liv. Hist. L. XXV, c. 3, cur. Drakenb. vol. III, p. 948.

»Turbandae rei causa publicani per vacuum in submoto locum cu-
neo iruperunt iurgantes simul cum populo Tribunisque. Nec procul
dimicatione res erat, quum Fulvius Consul Tribunis — rem ad sedi-
tionem spectare, ni prope dimittitis plebis concilium,“ c. 4,
p. 948-948 orationes in Senatu. »M. Furium Camillum — damnari se
ab iratis civibus passum esse. Decemviros — iudicium de se po-
puli passos. Postumium Pyrgensem suffragium populo Romano ex-
torsisse, concilium plebis sustulisse, Tribunos in ordinem coëgisse,
contra populum Romanum aciem instruxisse, locum occupasse, ut
Tribunos a plebe intercluderet, tribus in suffragium vocare prohi-
beret. Nihil aliud a *caedo* ac *dimicatione* continuisse homines, nisi
patientiam magistratum. — Comitium, quae reus *vi atque armis* pro-
hibiturus erat.“ Totum locum apposui, quia rationes Senatuscon-
sulti, »*vim eam contra rempublicam et pernicioso exemplo factam*“
continent. Deinde »rei capitalis diem Postumio dixerunt — ni vades
daret, prehendi a viatore.“ Sc. inde a causa Caesonis. Tum de sociis
»qui turbae ac tumultus concitatores fuerant, rei capitalis diem
dixere.“ Zirkler, die gemeinrechtliche Lehre vom Majestätsverbrechen
und Hochverrath, p. 8. »Allein wenn wir besonders das von Li-
vius XXV, c. 3, 4, berichtete Beispiel des Postumius von Pyrgi in
das Auge fassen, so gehöret gegen die durch bloss philosophische
Deductionen bei uns herrschend gewordene Ansichten hieher auch
das Verbrechen des Aufruhrs. — Nur muss man — auch wirklich
zur last legen können — aciem contra populum instruxisse, vim

Zirklerus opinatur in hac causa de perduellione agi, sed nulla apud Livium huius delicti fit mentio, pri-

contra rempubl. et pernicioso exemplo" caet. Propter hoc exemplum de regum temporibus de primis lib. reipubl. aetate hoc etiam affirmat, talis causa hac autem aetate occurrere non poterat, res et facta tunc valde diversa esse debebant. Conf. p. 99, 108, 109, 222, 225, 226. Platnerus quaest. de iure criminum Roman. quaest. I, p. 16, 17 cum p. 11. Legantur » Res igitur non in Comitibus centuriatis, sed in tributis acta videtur, licet de capite civis tantummodo Comitatu maximo ferri possit. Ratio fortasse ea est, quod *Senatus* sciverit vim contra rempublicam factam esse." Celeberr. vir iure tale *Senatusconsultum* ut exceptionem a regula, non regulam habere videtur. Conf. Dirksen, civilistische Abhandl. vol. I, Zweite Abhandl. p. 142, 143, 146, cum 119, 120, 124. Götting, Gesch. der röm. Staatsverf. § 75, p. 158 et not. 4, ubi citantur plura loca Livii, quibus ille verbum perduellem quidem usurpat, sed de hostibus externis e. g. T. Liv. Hist. L. XLII, c. 20, vol. V, p. 634, cur. Drakenb. » prolationemque finium et interitum *perduellium* portendi" XLV, c. 16, » perduelles superat," vol. V, p. 842, nec constat de Popillio, L. XLII, c. 21, 22, vol. V, p. 635-637 accusatus est, quod » deditis contra ius ac fas bellum intulisset et pacatos ad rebellium excitasset," causam apud Praetorem dixit: hic *Senatum* de re consuluit, nulla mentio fit perduellionis, nonne potius iudicium moribus obtinebat? quaestio de re speciali instituta erat. Aliud exemplum affertur Scipionis Africani Livii Hist. L. XXXVIII, cap. 50, quae causa tamen incerta est, erat suspicio regni adpetendi, proprie iudicium non est habitum nec ille se defendit nisi rebus gestis narrandis, vol. V, p. 266, 267. Geib existimat reum, qui sponte in exilium abire volebat, hoc regula diserte profiteri debuisse et Livii exempla Fulvii et Postumii Pyrgensis citat Gesch. des Röm. Crim. proc. act. I, p. II, cap. II, p. 121, » als ob jetzt jeder Angeklagte befugt gewesen sey, sobald er eine Vermittelung fürchten musste, *beliebig sich zu entfernen*, sondern wer immer von diesem Rechte Gebrauch machen wollte, musste dieses in der Regel *förmlich erklären*," cum seqq. convenio de loco et de decreto Comitiorum, sed priora, quae ex Geibii opere citavi, ex Livii locis effici non possunt, hoc non palam, in Comitibus dixit Postumius, hoc

ma vice profecto longe aliud erat maleficium, iam aliae capitales erant quaestiones; quaestores annui de omnibus gravibus delictis cognoscebant: quum vero magnum ex hoc facto reipublicae periculum immineret, quum Senatusconsulto sancitum esset „vim contra rempublicam esse factam,” quum exemplum Cnaei Fulvii nos doceat facinora variae naturae hac aetate ut perduellionem plecti, non a probabilitate recedit Tribunos Postumio etiam diem dixisse perduellionis: hisce autem minime apparet tale exemplum ad antiqua reipublicae Romanae tempora esse protrahendum, quod partim Senatusconsulto refellitur, quia inde efficere possumus Senatum de causa dubia statuere oportere, an rempublicam spectet nec ne, partim ex exemplis allatis M. Furii Camilli et decemvirorum: itaque illorum temporibus hoc non obtinuerat, novum et inauditum scelus erat, vel legibus diserte non erat vetitum: aliquomodo ad leges sacratas pertinebat, quod Tribunorum potestati obstitisset, nec tamen Livius scribit vel ex eius narratione apparet hoc sic esse habitum.

solum affirmandum est vades ei dandos fuisse, ne in carcerem decideretur conf. Geibius p. 131, ubi contenditur in talem absentem eandem poenam irrogari solitam fuisse et bona praeterea publicari solita fuisse. De eadem poena ex Livii loco non constat, ut iam vidimus propter verba *caput*, capitalis in causis Fulvii et Postumii. Tandem Geib alio loco, p. I, cap. III, p. 32, causam Postumii affert ad probandum potestatem Comit. trib. ad poenas mortis et corporis civibus irrogandas etiam pertinuisse, quibus profecto nihil apparet de priore aetate ante XII tab. et exempla de illa aet. allata vel valde specialia sunt, scil. causam plebis eiusque *iniuriam* spectant, vel dubia sunt ut e. g. causa Coriolani.

Postumius *aciem contra populum extruxisse* censebatur, nam vi et armis Comitia turbarat. Consul consiliis suis a caede et dimicatione cives retinuerat, sed nisi dies fuisset producta, amici Postumii contra cives, contra Tribunos pugnassent, cuius rei ipse Postumius auctor existimandus fuisset: facta ergo satis gravia erant, ut perduellioni accenseri possent, verumtamen animus hostilis deërat, rempublicam ipsam petere, eius normas mutare vel evertere noluerat: haec statui reipublicae Romanae mutato tribuenda esse videntur; populus nempe bellis cum Samnitibus et inprimis cum Carthaginensibus magis in unum coaluerat; ne ab exteris gentibus devincerentur, opprimerentur, coniunctione inter cives per bella opus erat, Consules et Tribuni sibi invicem nonnumquam auxiliabantur; seditio igitur ut gravissimum in rempublicam maleficium nonnumquam puniebatur, tametsi animus hostilis deësset.

Ab alia parte illa bella cum variis populis praecipue cum gentibus Orientalibus antiquis moribus nocuerunt; mollities, luxuria, avaritia mentes optimatum deinde omnium ceperant, vehementibus animi motibus Orientis incolis propriis magis correpti sunt cives, libertorum numerus nimis auctus erat, unde nova flagitia orta sunt vel in singulos cives vel in totam rempublicam: itaque novae leges etiam de delictis contra rempublicam erant sanciendae.

Iam bello Punico primo Fabio Licino et Otacilio Crasso Consulibus mulcta viginti millium gravis aeris mulieri, filiae Appii Cacci ab Aedilibus plebeis dicta erat, quod coram populo optasset „ utinam reviviscat frater aliamque classem in Siciliam ducat atque istam multi-

tudinem perditum eat, quae me male nunc miseram convexavit." 1) Erat scilicet soror Claudii Pulchri et haec verba non vociferata est, ut revera damnum patriae afferret; nec cum factis contra rempublicam tale votum cohaerebat, sed turba plebis propulsa erat, nec plebs Patriciae superbienti e via cesserat: erant igitur verba iratae feminae: quia *in rempublicam et in loco publico* dicta erant, poena pecuniaria digna esse Aedilibus visa sunt: eo magis inde iam ab hac sententia lata hac aetate vindicanda erant, si vir consulto talia publice loqueretur: magistratus mulctam non ex lege, sed ex suo arbitrio dicebat, poena pecuniaria erat verisimiliter ex moribus.

Ipsa C. Gracchus in oratione ad populum habita

1) Aul. Gell. Noct. Attic. L. X, c. 6, ed. Gronov. p. 475, 476. iactata est — ob haec mulieris verba tam improba et tam incivilia — »Id factum esse dicit Capito Ateius in commentario de iudic. publ.» Narratio igitur dubiis non est obnoxia, et haec nos certiores faciunt publicam fuisse poenam, iudicium quodam sensu fuisse publicum. De mulcta et poena celeberr. viri Birnbaum, Platner, alii inter se disputarunt; notus est locus. L. 131 ff. ff. de verb. signif. Suetonii vita Tiberii, c. 2, ed. Oudendorp, Lugd. Batav. 1751, p. 350 »et quae novo more *iudicium maiestatis* apud populum mulier subiit, quod ex conferta multitudine aegre procedente carpento *palam optaverat*, ut frater suus Pulcher revivisceret atque iterum classem amitteret.» Ex sententia Suetonii est ergo delictum *maiestatis*, alii hac de re tacent, illis tamen scriptoribus, qui ubivis locum Taciti afferunt ad probandum dicta non ut maiestatem libera republica punita fuisse obiici potest. Conf. Valerius Maximus L. VIII, c. 1, § 4, ed. Torren. p. 706. »Adiuciatu his Claudia, quam *insontem crimine votum impium* subvertit, quia, cum a ludis domum rediens turba eluderetur, optaverat, ut frater suus maritimarum virium nostrarum praecipua iactura revivisceret" saepiusque Consul factus, infelici ductu nimis magnam urbis frequentiam minueret, Platnerus quaest. de iure crim. Rom. quaest. III, p. 50, 51. Birnbaum, Neues Archiv. des Criminalrechts, vol. XIII.

(nam Plutarchus ex orationibus Gracchi scriptis mandatis, suo tempore partim servatis, haec hausisse videtur) quum fratrem suum indemnatum occisum et in flumen deiectum fuisse in plebeiorum animos revocaret, exempla proavorum attulit, eos vel gravissimis poenis affecisse noxios qui Tribunos contumeliose habuissent. „Faliscis, ait, propter iniurias, quibus Genucium Tribunum affecerant, bellum intulerunt, et Caium Butturium ad mortem damnarunt, quod ille solus Tribuno per forum cuncti non e via cessisset 1).”

1) Plutarchus in vita Caii Gracchi, c. 3, vol. VIII, p. 24, 25. *ἀναμιμνήσκων τῶν γεγονότων καὶ παρατιθείς τὰ τῶν προγόνων, ὡς ἐκεῖνοι μὲν καὶ Φαλίσκους ἰπολέμισαν ὑπὲρ Γενουκίου τινὲς δὴ μάρχου λοιδορηθέντας, καὶ Γαίου Βουττουρίου θάνατον κατέγνωσαν ὅτι δὴ μάρχῳ πορευομένῳ δ' ἀγορᾶς οὐχ ὑπεξέστη μόνος.* Plutarchus ex ipsis orationibus Gracchi, quae scriptae tempore Ciceronis exstabant, haec saltem, quod ad res ipsas attinet, hausisse videtur. Cicero in Bruto, c. 33, ed. Ern. vol. I, p. 531, ed. Orell. vol. I, p. 406. »C. Gracchus — Noli enim putare quemquam, Brute, pleniorum et uberiorum ad dicendum fuisse. Et ille, sic prorsus, inquit, existimo atque istum de superioribus paene solum lego; legendus, inquam, est hic orator, Brute, si quisquam alius inventuti.” Eadem de Tiberio Graccho in Bruto c. 27. »Nam et Carbonis et Gracchi habemus orationes nondum satis splendidas verbis, sed acutas prudentiaque plenissimas, vol. I, ed. Orell. vol. I, p. 402. Quae de Plutarchi actate testimonio Aul. Gellii confirmantur, qui haec citat ut fragmenta orationis C. Gracchi L. XI, c. 10 ed. Gronovii p. 528-530, conf. p. 532 et L. XV, c. 12, p. 680, 681, haec est pars orationis a C. Graccho ad populum habitae, quum ex Sardinia, ubi quaestor fuerat, redisset »biennium fui in provincia: si ulla meretrix domum meam introivit, aut cuiusdam servulus propter me sollicitus est omnium natorum postremissimum nequissimumque existimatote: quum a servis eorum tam caste me habuerim, inde poteritis considerare, quomodo me putetis cum liberis vestris vixisse.

Fragm. duar. orat. C. Gracchi ap. Gellium Noct. Attic. L. 10, c. 3, p. 467-469 quoque inveniuntur.

Quales iniuriae Faliscorum fuerint, non addit Gracchus, neque a *civibus* Tribuno factae sunt. Tribuno e via non cedere nisi coniungatur cum facto vi eum prohibendi, quominus munere suo fungatur, non gravis est iniuria et tamen mortis poena noxio huius delicti est imposita: nihil de hisce in sacratis legibus constitutum erat: moribus ex eo fonte a Tribunis maiore potestate quam antea praeditis repetebatur.

AETAS IV.

AB INITIO BELLORUM CIVILIUM USQUE AD LEGEM IULIAM MAIESTATIS.

§ 1.

De Gracchorum fatis et consiliis.

Senatus non quidem, ut antea, plebi adversari dici poterat, quia aditus huius collegii plebeiis, qui honoribus functi erant, temporis lapsu patere coeperat, at tamen idem studium magnam potestatem in republica gerenda retinendi Senatoribus erat, provinciarum cura iis prae ceteris erat mandata; quae res, Graecis, Carthaginensibus aliisque populis devictis, multo maioris erat momenti; novi Senatores e plebeiis, uti minores gentes Tarquinio Prisco, Servio Tullio regnantibus et primis liberae reipublicae temporibus, saepe a causa plebeiorum deficiebant, ac multo frequentius Patricii in Senatum legebantur: quamquam magistratus plures cum plebe communicati erant, magis magisque Patricii divitiis eminebant, quas agris publicis (de quibus tri-

buta non amplius solvebant, vel quos parvo pretio a plebeis egenis emere solebant) et muneribus in provinciis sibi compararant. Ad agros colendos Patricii servos vel colonos partiaros nullos fere plebeios adhibebant, magnam partem, quod servorum pretium diminutum esset propter multa bella et propter magnum inde servorum numerum, quod servi nomen dare non possent, partim fortasse invidia in plebeios: hos ut pauperes optimates facile vexare poterant et revera vexabant: etenim plebei propter haec ipsa bella agros suos non amplius colere potuerant, plures res suas pignori dare, foenore accipere coacti erant et opificiis operam dare Romanis civibus erat dedecori. Tametsi omnes plebei non pauperes essent 1), liberti iam diu inter eos recepti

1) Conf. Zachariae (K. S). Heidelb. Luc. Corn. Sulla Erste Abtheil. p. 25-52. Heeren, vermischte historische Schriften, Göttingen 1821, vol. III, p. 43-54. Götting, Gesch. der röm. Staatsverf. § 118, p. 344-349, § 126, p. 370-374. Ferguson the history of the progress and termination of the Roman republic. L. II, c. 2, p. 82-84. Hegewisch, Geschichte der Gracchischen Unruhen in der römischen Republik. Hamburg 1801, bei Perthes 1-12, multa de variis plebis speciebus scribit, partim vera p. 60, 61, 63, 64 cump 163, 164, 172, 174. Dionysius, Appianus et Florus prisca tempora laudibus nimis celebrant nullam atrocem vim a Patriciis vel plebeis factam fuisse, hoc tamen verum est eos gladios non strinxisse, eos saepe sine vi in montes secessisse. Dion. Halic. L. II, c. 11, ed. Sylb. p. 85 ὥστε οὐδέποτε δι' αἵματος καὶ φόβου τοῦ κατ' ἀλλήλων ἐχώρησαν ἐντὶς ἑξακοσίων καὶ τριάκοντα ἔτην πολλῶν καὶ μεγάλων ἀμφισβημάτων γενομένων τῷ δήμῳ τοὺς ἐν τέλει περὶ τῶν κοινῶν — ἀλλὰ πείθοντες καὶ διδάσκοντες ἀλλήλους καὶ τὰ μὲν εἰκόντες, τὰ δὲ παρ' ἐκόντων λαμβάνοντες πολιτικὰς ἐπιούνοτο τὰς τῶν ἐγκλημάτων διαλύσεις· ἐξ οὗ δὲ Γάιος Γράκχος ἐπὶ τῆς δημοκρατικῆς ἐξουσίας γενόμενος διέφθειρε τὴν τοῦ πολιτεύματος ἁρμονίαν, οὐκέτι πέπαυνται σφάττοντες ἀλλήλους, καὶ φυγάδας ἐλαύνοντες ἐκ τῆς πόλεως καὶ οὐδενὸς τῶν ἀνηκέστων ἀπέχοντο παρὰ τὸ νικᾶν. Ipse Dionysius aliis locis quae magnam par-

qui officiiis victum quaerent et nonnunquam Patronis Patriciis iis subveniretur, maior pars plebeiorum hoc malo laborabat: equites non amplius milites, sed ordo publicanorum, divitiis abundantes erant, saepe plebeiorum causae favebant, quia inde originem duxerant, Senatui invadebant, attamen propter divitias ex vectigalibus repetitas pauperes metuebant et nonnunquam cum Patriciis faciebant: ab alia parte Tribuni plebis nimia potestate gaudebant eaque in optimates vel in alios magistratibus abutebantur; totius populi magistratus facti, aliis magistratibus re vera praeerant; nimia Comitiorum tributorum prae centuriatis Comitiiis in republica gubernanda vis erat: socii post bella Punica a superbientibus Patriciis vel equitibus saepe contumeliose habebantur vel iniuriis afficiebantur.

tem citavi vim factam esse, plebeios ipsosque Tribunos foro pulsos pulsatosque fuisse commemorat. Appiani Εμφύλια (bell. civil.) L. I, c. 1-3, p. m. 1-3. Ῥωμαίοις δὲ δῆμος καὶ ἡ βούλη πολλοῖσι τοῖς Ἕλλησι περὶ τοῦ νόμου θέσεως καὶ χρῆσιν ἀποσκοπῆς ἢ γῆς διαδοτουμένης ἢ ἐν ἐρχομασίαις ἐστασίαισιν ἂν μὴν τι χερσῶν ἔργον ἐμφύλιον ἦν ἀλλὰ διαφορῶν μόνων καὶ ἔριδες ἔννομοι — ἀπὸν ἐχρήσασθαι τοῖς ἔπλοισι παραδοῦσιν. c. 2. καὶ στασιάρχου μοναρχικοί — δὲ ἔργον λόγῳ μὲν ἐπὶ τοῖς ἀντιστασίαις, ἔργῳ δ' ἐπὶ τὴν πατριδα. L. Annaei Flori Epitome rer. Roman. L. III, c. 12 » quae enim res alia civiles furores peperit quam nimia felicitas! Syria prima nos victa corrupit» p. m. 74. Plutarchi vita Tiberii Gracchi Biblioth. class. script. Graec. vol. VIII, p. 7, 8, cap. 8, 9. Egregie etiam Ahrens. Rechtfertigung des Tib. Sempr. Gracchus, Leipz. 1836, p. 14 et 15 dubia movit de iure 209. populos devictos a Romanis tributa solventes partem agrorum iis quum desciscerent, adamantam redemisse: dominos igitur talium agrorum factos esse, et dubia solvit per priora Gracchi consilia et per primam eius rogationem »es werde angewiesen, was dem Staate ursprünglich gehörte oder freies Eigenthum sei» (cum p. 14).» Diese Schwierigkeit schreckten Tib. Gracchus nicht. Er gedachte durch ein Gesetz das unrechtlich besessene zu nehmen, den gesetzlichen Besitz aber zu sichern.

Itaque conditio reipublicae Romanae in melius mutanda erat; plebis paupertati, sociorum iuribus, leges opem ferre debebant, bellum civile vel sociorum instabat, nisi a Patriciis, a divitibus universe aliquid pauperibus, a civibus aliquid sociis concederetur, sed modice erat agendum; ira partium, odium animi elati hominum vel Consulum vel Tribunorum periculum reipublicae statui minabantur. Initium ergo bellorum civilium a tumultibus Gracchorum repetas, nec vero iis solis adscribas: ut iuvenes, ut homines animi motibus, irac nonnunquam nimis indulgentes, conditionem reipublicae quodammodo labefectarunt, multis tamen eorum legibus opus erat, et invidia, odio Patriciorum Tiberius inprimis a modica agendi legesque rogandi ratione, quam primum inierat, recessit: Patricii prioribus eius rogationibus adversantes reipublicae valde nocuerunt.

Lex agraria enim, quam initio Tiberius Gracchus tulit, aequitati conveniebat, quia agri publici a paucis civibus occupati, ex antiquo more et ex lege ab ipso populo in Comitibus centuriatis lata inter omnes dividendi erant praeter quingenta iugera, quae ex lege Licinia possessoribus manebant: plures autem Patricii non erant nisi possessores contra hanc legem Liciniam, quidam plebeios ab agris publicis depulerant, quamquam pars ex antiquo more plebeis in dominium danda erat; quidam hos parvo pretio ab egenis plebeis emerant, igiturque re vera domini erant facti, sed contra legem: possessio proprie erat malae fidei, obtinuerat tamen per quaedam saecula et lex quibusdam obsoleta esse videri poterat. Tiberius huius rei causa

primae rogationi adiecerat damnum ex aedibus factis, arboribus satis vel agris ab iis cultis iis resarciri, dimidium horum iugerum addi cuique liberorum eorum, qui tales agros possidebant, vel agrorum domini facti erant, dummodo hi liberi in patris potestate essent 1).

Itaque possessores tantum nimis magno agrorum numero privabantur; quae ipsi e re sua attulerant,

1) Appianus de bell. civil. L. I, c. 70, ὅ γὰρ πλοῦστοι, ὕστατε ἦν ἄλλα βραχέα πενήτων τὰ μὲν ἀναῦμενοι πειθοῦ τὰ δὲ βίᾳ λαμβάνοντες c. 8. οὐδὲ βιάδιον ὄν οὐδὲ πάντῃ δίκαιον ἄνδρας τοσοῦδε ἐκ τοσοῦδε χρόνου κτήσιν τοσόνδε ἀφελέσθαι φυτῶν τῆς ἰδίων καὶ οἰκοδομημάτων, p. 7, 8. (vol. I, bell. civil. vol. III omn. oper.) c. 9 de dimidia parte liberis in potestate patris tribuenda p. 8, c. 11, de mente T. Gracchi, p. 10. Γράκχῳ δὲ μὲν νοῦς τοῦ βουλευμάτος ἦν οὐκ ἐς εὐπορίαν ἀλλ' ἐς εὐανδρίαν.

Plut. vita Tiberii c. 8, 9, vol. VIII, p. 7-9. τιμὴν πρὸς ἐλαμβάοντασ. c. 10, p. 9, τὸν μὲν Φιλάνθρωπον ἐπανέλετο νόμον. Heeren vermischte hist. Schriften prae ceteris legendus est. Staatsunruhen der Gracchen, vol. III, p. 61-74. Hegewisch, Gesch. der Gracch. Unruhen, p. 28-34. Haec de publicis agris accipienda esse iam plurimi hodie inter se conveniunt. conf. contra Ferguson, the history of the progress and termination of the Roman republic, L. II, cap. II, p. 84-86, cum L. I, cap. II, p. 10. Livii Epitome L. LVIII, cur. Drakenb. vol. V, p. 1087, 1088 et in not. Freins hemii Supplem. ibid. c. 2-15, p. 1091-1093. Hegewisch Beil. II, colloquium inter Tib. Gracchum, Octavium et Scaevolam p. 77-98. Göttling, Gesch. des Röm. Staatsverf. § 141, p. 432-435. Niebühr, Röm. Gesch. Zw. Ausg. vol. II, p. 146-187, vol. III, p. 5, 13-23, et not. 12. de agris publ. legem Licinij intelligit, etiam locum Livii VI, c. 35 propter verbum *possideret*. Creuzer, Abriss der röm. Antiquit. § 154, p. 215-218 et in notis praec. p. 218. Hüllmann, Röm. Grundverf. § 18, p. 244 seqq. § 20, 271-275. legem Liciniam de agris privatis accipit et cum alia lege eodem tempore lata de debitis tollendis nempe usurae coniungit eamque a Gracchi lege alienam putat.

haec alia ratione iis restituebantur partem saltem: attamen summa vi Patricii nisi sunt, ne haec lex perferretur: Octavium alium Tribunum ipsum multos tales agros possidentem precibus moverunt ut ex sua potestate legem perferre vetaret. Frustra Graechus ei persuadere conatus est, ut ab hoc proposito desisteret, tunc irato animo legem ad populum tulit, ut Octavio Tribunatus abrogaretur: quidam scriptores narrant eum Consulum Manlii et Fulvii precibus demulctum, antequam lex perferretur, in Senatum se contulisse, et frustra hoc collegium impellere studuisse, ut legi agrariae cederet: quidquid sit lex a populo est perlata magnaue inde turba per Comitiorum loca orta est. Plutarchus testatur Gracchum liberto, quo ut viatore Tribuni uti solebant, praecepisse, ut Octavium e rostris detraheret, magnumque plebis, invito tamen Tiberio, in Octavium impetum factum esse. Appianus hac de re tacet.

Lex autem Tiberii sacratis legibus, Tribuniciae potestati, fundamento plebeiorum libertatis et iurium repugnabat, normis reipublicae contraria erat, et in unum civem lata esse dici poterat, quodam sensu ergo erat privilegium, turbas in Comitiiis excitasse videtur. Praeter Gracchi voluntatem paulum abfuit, quin adversarii ipsius a plebe interficerentur: sequente anno Mucius cliens ipsius in locum Octavii creatus est: partem suam igitur ac potestatem suam in reipublica augere volebat, nec vero iniusto modo, nec praeter leges, nec ad regnum tendebat 1).

1) Appianus de bell. civil. L. I, c. 12, p. m. 11. Μάρκος ὁ Ὀκτα-

Patriciorum susurris Fannique iocis plebs ipsa
hanc legem sensim paulatimque Graccho vitio vertere

ούτος — ὅπῃ τῶν κτηματικῶν διακαλύσειν παρεσκευασμένος — ὁ Γράκχος —
διετρέχει ἐς τὸ βουλευτήριον. ἐκεῖ δ' ὡς ἐν ἑλίγαις, ἄβριζόμενος ὑπὸ
τῶν πλουσίων, c. 12, p. 12, καὶ ὁ μὲν Ὀκταούσιος, ἀντίκα ἰδιώτης γε-
νομενος, διαλαβὴν ἀπεδίδρασκε Plut. verba Tib. c. 12, vol. VIII, p. 12.
ὁ μὲν Τιβερίος τῶν ἀπελευθέρων τιτὸν προσέταξεν ἀπὸ τοῦ βήματος ἐλκύσαι
τὸν Ὀκταούσιον — ἡ δὲ δῆμος ἐφύργησεν αὐτῶν — Ὁ μὲν Ὀκταούσιος ἐσάνη μί-
λις — ἕκοντος τοῦ Τιβερίου καὶ πρὸς τὸν θορύβον, ὡς ἴσθητο τὰ γινόμενα,
πολλὴ σπουδὴ καταδράμοντος, cap. 13, p. 12, 13. Velleii Paterculi
Hist. Rom. L. II, c. 2 ed. Creuzer p. 67-70. «proposito sanctissimus —
descivit a bonis pollicitusque toti Italiae civitatem, simul etiam
promulgatis agrariis legibus, omnibus statum concupiscentibus (alii
legunt *concutientibus* vid. tamen not.), summa imis miscuit, et in
praeceptum atque anceps periculum adduxit rempublicam, Octavio-
que collegae pro bono publico stanti, imperium abrogavit.” Flori
Epitome rer. Roman. L. III, c. 14, p. m. 75, 76, «sive Mancininae
deditiois — contagium timens et inde popularis, sive aequo et bono
ductus. — Ingenti stipatus agmine rostra conscendit nec doerat
obvia manus — sed, ubi intercedentem legibus suis Caium Octavium
videt Gracchus, contra *fas collegii*, iniecta manu, depulit rostris
adeoque *praesentis* metu mortis exterruit, ut abdicare se magistratu
cogeretur.” Haec rhetorem redolent, nec conveniunt cum aliis ma-
gistratum a populo ei abrogatum fuisse. (Epitome Livii Libri LVIII,
cur. Drakenb. vol. V, p. 1087, 1088) in eum furorem exarsit, ut
M. Octavio collegae — *potestatem lege lata* abrogaret «Freinsheimii sup-
plem. ibid. c. 16-26 in Livii oper. cur. Drakenb. vol. V, p. 1093-1095.
Heeren Staatsunr. der Graechen verm. hist. Schriften, p. 74-77. Hege-
wisch, Gesch. des Graech. Unruh. p. 34-45.” Der unglückliche Tag er-
schien, an welchem gleichsam der Schlüssel des römischen Staatsgewölbes
sollte weggebrochen und die Unverletzbarkeit der Tribunen sollte
vernichtet werden; denn das würde sie in der That, ob sie gleich
dem Worte nach beibehalten wurde.” Ferguson history caet. L. II,
cap. 2, p. 86, 87 «subversive of both (laws and constitution —
without their own consent they could not be removed by any power
whatever,” Götting, Gesch. der röm. Staatsverf. § 141, p. 434, «das
war eben so unerhört als ungerecht und unpolitisch. Gracchus und
mit ihm das Volk hätte — die bestehenden Gesetze ehren und warfen

cooperat, quare in Comitii publice eam defendit: Tribunum sacrosanctum esse, quod plebis defensor esset, si plebi adversaretur, eam contumeliose tractaret, talem non amplius Tribunum manere oportere: alioquin Tribunum, nec si Capitolium everteret, munere suo privari posse. Exempla regum eiectorum, virginum Vestalium maximis poenis affectarum, quamquam erant sanctissimae, ab eo specie iuris nec iure afferebantur. Procul dubio Octavium anno Tribunatus praeterlapso in iudicium vocare potuisset, et populus in Comitii eum damnare potuisset, si culpa eius appareret, nunc autem Octavius se defendere non potuit, exempla talis legis deficiebant; Octavii delictum profecto non facile probatum fuisset, quia ei legem vetare

missen; bis das Amtsjahr des Octavius zu Ende war, wo man einen populäreren Tribunus wählen könnte." Conf. oratio Gracchi ap. Plut. in vita ab ipso ad hoc facinus defendendum habita et Fannii ioca c. 12, p. 11, c. 15, p. 14, 15 et de ea oratione animadvers. Hegewischii, op. cit. p. 51-57. De legibus de thesauris Attali III et de eius regno iam taceo quia non meum est haec enumerare; de illis conf. Heeren, op. cit. p. 78, 79 et praec. Hegewisch p. 49, 50; nihil de hisce Göttling; legem de civitate romana cum Italiae populis communicanda iam Tiberio tribuit: veteres ipsi hac de re dissentiunt, an a Tiberio etiam an a Caio solo sit lata, fortasse hac de re cogitavit Tiberius nec rogarat. Gracchorum fata et leges simul inquisivi ad quaestionem respiciens; an ut noxii delicti contra rempublicam poena digni fuerint, an revera tale delictum, nominatim eius speciem, seditionem vel graviorem vel leviolem commiserint. Ciceronis Oratio pro Milone c. 27, ed. Ern. vol. II, p. 2, p. 1372. «Tib. Gracchum, qui collegae magistratum per seditionem abrogavit.» ed. Orell. vol. II, p. 3, p. 392. Sext. Aurelius Victor de viris illustribus ed. Arntzenius. Amstelod. 1733, cap. 64, p. 243, 244. «Octavio collega intercedente, novo exemplo magistratum abrogavit.»

licebat; Senatus causa deditus quidem erat, verumtamen nullam pecuniam acceperat, et poterat fieri, ut talem rogationem vetare plebi prodesse existimaret.

Ab hoc temporis momento pars Patriciorum, in primis Scipio Nasica, qui multos agrös publicos possidebat et cui plebeiorum causa valde infensa erat, consilia de vi Gracchi in plebeiorum animos subvertenda, verisimiliter etiam de ipso e medio tollendo struere coeperunt: finem anni Tribunatus Tiberii ad eum in varia pericula ducendum et ad eum, ira eius excitanda, ad seditionem impellendum expectabant: ille autem Tribunatum secunda vice ambibat ut novas leges plebeis faventes perferre posset, et, quod de vita timeret propter varia, quae ab amicis de Patriciorum consiliis ei nunciabantur.

Hoc moribus et reipublicae normis contrarium erat; liberae reipublicae fundamentum praecipue erat annum magistratum imperium, ut Livius ipse testatur; Dictator in breve temporis spatium creari solebat, nec poterat hoc munere fungi, nisi per sex menses; Tribuni plures quidem numero erant, alius alius rogationes vetare poterat, sed ipse Tiberius curarat, ut Octavio Comitiorum suffragiis Tribunatus abrogaretur, et Tribunorum in republica permagna erat potestas, potissimum, si tanto honore a plebe, ut Tiberius Gracchus, habebantur; metus regni cives subire poterat, si idem vir bis eundem magistratum tanti momenti ambibat. Gracchus de regno non cogitabat, plebis aura ad leges in eius gratiam ferendas incitabatur, gloriae studio flagrabat, plebi solummodo ut Tribunus contra Patricios adesse volebat.

Revera sibi persuasum habuisse videtur quosdam Patricios insidias vitae suae struere, in dolens ipsius per totum vitae cursum et ad eius finem me movent ad dubitandum, num haec simulaverit. Cum liberis suis supplicum veste in forum prodijt ac plebem, ut prolis, ut matris suae curam haberet, deprecatus est 1): nocte

1) Appianus de bell. civil. L. I, c. 14, p. m. 14. ἐν ἀγορᾷ τὸν νότον ἐπάγων ἐκάτοισι συνίστη καὶ παρετίθετο, ὡς αὐτὸς ἔπει τῶν ἐχθρῶν αὐτίκα ἀπολούμενος. Plut. in vita Tib. Gracchi, c. 13, vol. VIII, p. 13, μετέβαλε τὸν ἐσθήτα καὶ τοὺς παῖδας προσαγωγὴν εἶδετο τοῦ δήμου τοῖτων κήδεσθαι καὶ τῆς μητρὸς, ὡς αὐτὸς ἀπεργακῶς ἑαυτῶν. Ipse Appianus de Gracchi adversariis narrat eos sermones inter se habuisse, οὐ χαίρειν Γράκχον αὐτίκα, ὅτε γένοιτο βίωτός; L. I, c. 13, p. 13, quae meam sententiam confirmare videntur, conf. imprimis de Tiberio Graccho Ahrens, Die drei Volkstribunen, Tib. Gracchos, M. Drusus und P. Sulpicius nach ihren politischen Bestrebungen dargestellt. Leipzig 1836, Verlag von Krappé Praef. p. VI, VII. Rechtfertigung des Tib. Sempr. Gracchus, p. 1-32, inpr. de causis, quae Tiberium ad legem agrariam ferendam moverunt p. 13 et not. 20, ubi Plutarcho assentitur et Ciceronem Brut. c. 27. refellit p. 14. »Verjährung fand nie Statt, Zurückforderung blieb möglich cum not. 22, cum p. 15-19, »sein Gesetz war Erneuerung früherer,“ itaque sententiae Hüllmanni de lege Licinia etiam adversatur et not. 28 ibidem, ubi ostendit Tiberium non contra Senatam pugnasse, cum p. 25 et not. 36 de hac Quaest. De tribunatu Octavio abrogando p. 20, 23, 24. »Gewiss ist, dass er auf einem gesetzlichen Wege fortschritt, in dem er dem Volke die höchste Entscheidung überliess, zwar mochte niemand sich der Absetzung eines Tribunen erinnern, aber unerhört war der Fall nicht.“ Velim tamen cum exempla citasse, non satis cogitat de eadem lege post annum praeterlapsam roganda sive Tiberius eam tulisset, sive amicus eius Tribunus factus cum p. 29. »Kürzlich war die Wiedererwählung eines Tribunen nicht vorgekommen, aber unerhört war sie nicht.“ Hisc respondere liceat quaedam exempla quidem mihi nota esse magistratum, qui secunda vel tertia vice eodem munere functi essent, postquam a populo vel alio modo creati erant, sed ne nullum exemplum

sequente magna plebeiorum caterva ante ipsius domum pervigilavit, ne aedes suae solo adaequarentur atque ne ipse ab inimicis interficeretur. Eodem die, quo plebem hisce precibus orarat, Comitia tributa de novis Tribunis creandis paulo ante habita erant: Rubrius Tribunus fortasse Patriciis deditus, cui plebem sententiam rogare sorte obvenerat, dubius haesit, num hoc munus perageret, postquam duae tribus suffragium tulerant; Mummius alius Tribunorum hoc officio fungi voluit, sed ceteri Tribuni sorte iterum decernendum esse statuerunt: Tiberius diem prodixit, ut quidam narrant, quod animadverteret illos, qui *parti suae* faverent, ab adversariis numero superari.

invenisse ante Gracchum alicuius, qui per duos annos sine temporis intervallo eodem munere ornati sunt; not. 43, p. 29 recte dubitat, num lex de iudiciis ad equites transferenda a Tiberio Gracchio iam sit *rogata*. Mecum facit de ultimis Gracchi fatiis et de indole Scipionis Nasicae, quam egregie adumbrat, p. 25-28. Sic p. 28 legimus »Wäre er (Tib.) der wilde Volksaufwiegler, der herrscher in der Republik, zu welchem ihn Cicero und andere stempeln, gewesen, er wurde seine Diener bewaffnet und einen Kampf, auf Tod und Leben gewagt, aber nicht ohne Widerstand, waffenlos den blutdürstigen Händen seiner Feinde sich preisgegeben haben" cum p. 29 et p. 32 de font. eius vitae atque indolis. Iam Hooke scriptor Angl. cheu! parum notus pro parte egregie Tib. Gracchum defendit. Hooke the Roman history from the building of Rom to the ruin of the commonwealth. London 1818, vol. VI, L. VI, cap. VII, p. 128 seqq. inpr. p. 141 de facto Tribuni tribunatum collegae abrogandi cum p. 152, 153. hoc eadem ratione atque Ahrens defendit, quod a Comitibus abrogatio facta sit »the deposing of Octavius was an act of that authority, upon which there can be no control." Sed quaerere velim, cur tunc Tribuni sacrosancti facti essent: a Hookio allertur etiam exemplum, quod laudatur a Cicerone in fragm., sed hoc diu post obtinuit. comp. 155 cum p. 163.

Appianus memoriae prodidit Gracchum conventum cum suis habuisse, et in eo conventu constitutum esse Gracchum, pro rebus et factis, crastino die signum daturum, quod si ab eo fieret, illos Patricios adorturos esse, additque Tiberium Capitolium occupasse: haec Gracchi indoli repugnant, et, quod maioris est momenti, ultimis eius fati et modo, quo se contra Patricios hac ultima die gessit, refelluntur, conventus ex Plutarchi narratione explicandi sunt: hoc Tiberius volebat, ut Tribunus plebis suffragiis rursus crearetur, sed ei non amplius opus erat animos eorum, qui per totam noctem ante suam domum manserant, ut eum contra inimicos suos tuerentur, ad suffragia in eius gratiam ferenda permovere. Cum paucis amicis tamen in forum processit.

Appianus, qui magis, quam Plutarchus, Tiberio Graccho favet, in narratione de Tribunatu Octavio abrogando, eum turbae hac Comitiorum die factae, vel, ut res ab eo tractatur, potius seditionis auctorem habet. Ubi sol illuxit ex eius sententia fautores partis Gracchi divites e foro pulsarunt et vulnerarunt virgis licitorum, quas iis eripuerant, deinde tanta seditio orta est, ut ceteri Tribuni fugerent et ut fama per urbem rueret Gracchum ceteris Tribunis magistratum abrogari velle et semetipsum sine suffragiis Tribunum creari conari: turbam ortam fuisse constat, plures hoc affirmant scriptores, initia autem talis turbae variis causis adscribuntur et tota re perspecta, cum Gracchi factis et eius morte, cum Scipionis dictis et agentium modo comparatis, potius magno hominum conventui, rixis inter cives variis partibus addictos, quam Tiberio

haec turbae tribuendae esse videntur, non erat seditio, nec Senatus, Patricii ea petebantur. Senatus per totum temporis spatium, quo Comitia habita sunt, convenit et iam fere ab initio Comitiorum a parte Patriciorum, quae Graccho adversabatur, consilia de ei obsistendo, de vi in eum adhibenda agitata sunt.

Fabius Flaccus Senator Tiberii amicus in ipsis Comitibus ei denunciavit multos Patricios Consuli non obtemperantes servos et amicos armasse ad Tiberium interficiendum: haec Gracchus iis, qui longe ab eo remoti erant, manum capiti admovento indicare voluit, sed Patriciae partis fautores hoc in Senatum retulerunt dicentes eum diadema a plebe petere. Statim Nasica a Consule poposcit ut republicae auxiliaretur et tyrannum interimeret. Consul hoc recusavit se neminem civium indemnatum interfectorum affirmans.

Tunc Nasica „quia Consul, ait, urbem prodidit, vos, qui legibus opem ferre vultis, me sequamini” et magno amicorum Patriciorum numero comitatus in forum ruit. Nullus fere Gracchanorum vim vi repulit, nullus fere virgis, quas post Fabii narrationem lictoribus eripuerant, in adversarios usus est, Tiberius eiusque amici in fugam se dederunt, et ipse et trecenti plebeiorum fustibus et lapidibus necati sunt 1). Virtus eius bellica satis nota est, fuga ergo

1) Appianus de bell. civil. L. I, c. 15, p. 14 et 15. Ἰδιωτικῶς ἢ Γράκχος, ἔτι νυκτὸς τοῦδε στασιώτας συναγαγὼν, καὶ σημεῖον αἰ κατὰ μάχης δεήσειεν, ὑποδείξας, κατέλιβε τῷ Καπιτωλίῳ τὸν νεδὸν ἕνα χειροτονήσειν ἕμελλον καὶ τὰ μέσα τῆς ἐκκλησίας πρὸ ἁβάνθους καὶ ξύλα τὰ ἐν κρησὶ τῶν ὑπηρετῶν ἀρπάσαντες — πλουσίους ἐξήλανον ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας.

ipsius ignaviae non est adscribenda, sed ex patrio amore originem duxerat, a bello civili, a sanguine

ὄν ποσῶδε ταραχῶ καὶ τραύμασιν, ὡς τοὺς τε δημάρχους δείσαντας διαφυγεῖν ἐκ μέσου, καὶ τὸν νεὸν τοῦς ἱερέας ἐπιχειλεῖται — καὶ λόγον οὐκ ἀκριβῆ τῶν μὲν ὅτι καὶ τοὺς ἄλλους δημάρχους ὁ Γράκχος παρεμάθει τῆς ἀρχῆς — τῶν δ' ὅτι αὐτὰς ἑαυτῶν ἐς τὸ μέγαλον δῆμαρχον ἕνευ χειροτονίας ἀποφαίνει c. 16, p. 15. Miratur Romanos non, ut antea, Dictatorem dixisse. ὁ μέγιστος ἀρχιερεὺς ἐξήρχε τῆς ἑσθῆς — Κορνήλιος Σκιπίων ὁ Νασικῆς — καὶ τοῖς Γρακχέσις ἐπιδραμήντι, εἶπεν μὲν ὡς κατ' ἀξίωσιν ἀνδρῶν ἀρίστων, Cap. 17, p. 16 de Tiberio Graccho ἀρίστον βουλευμάτος ἔνεκα, βιαίως αὐτῶ περιῶν, ἀνήρητο. Gracchum non pugnasse existimasse videtur verbis Γράκχος — εἰλούμενος περὶ τὸ ἱερὸν. Plut. vita Tib. Gracchi c. 16, vol. VIII, p. 14, c. 17-19, p. 16-19, c. 18 διὰ τὸν ἀπὸ τῶν ἐσχάτων ὀργῶν τῆς βουλῆς συγκαθέξιμηνος οἱ πλούσιοι τὴν ἔπαυτον μὴ πείθοντες αὐτοὶ διανοοῦνται καὶ αὐτοὺς ἀποκτινύοναι τὸν Τιβέριον, πολλοὺς ἐπὶ τοῦτο δούλους καὶ φίλους ὀπλισμένους ἔχοντας, c. 19, ὡς οὖν ταῦτα τοῖς περὶ αὐτὸν ἐξηγγέλλεν ὁ Τιβέριος, οὗτοι — τὰ τῶν ὀνηρετῶν δόματα συγκαλῶντες — διελάμβανον. Res igitur aliter se habet, nam virgas licitorum iis eripiunt solummodo, postquam iis nuntiatum est optimates impetum in se facturos. — αἰτεῖν διάδημα τὸν Τιβέριον καὶ τοῦτου σημείον τὸ τῆς κεφαλῆς ἐπιδηγγάνειν — Νασικῆς ἤξει — κατάλειπεν τὸν τύραννον — Consul respondit οὐδ' ἀναιρήσειν οὐδένα τῶν πολιτῶν ἄκριτον tunc Nasicia ἐπεὶ τείνου, ἔφη, προδίδωσιν ὁ ἄρχων τὴν πόλιν, οἱ βουλόμενοι τοῖς νόμοις βοῆθαι ἀκολουθεῖτε — τοῦ Τιβερίου φεύγοντος. Velleii Patere. L. II, c. 3, p. 70-72. «Nasica — privatusque et togatus — hortatus est, qui salvam vellent rempublicam, se sequerentur. Tam optimates, Senatus atque equestris ordinis pars melior et maior et intacta perniciosis consiliis plebs irruere in Gracchum, stantem in area cum catervis suis et concientem paene totius Italiae frequentiam. Is fugiens — Ultima rhororem redolent et omnibus notum est Velleium valde inique de Graccho iudicasse: si totius Italiae frequentia, omnes Italici populi pro parte Graccho adfuisent et Gracchus pugnare voluisset, non vicisset Nasica. Priora mirum in modum illustrent et confirmant Plutarchi narrationem, Cicero etiam bene sibi conscius erat Nasicam ut privatum cum suis Gracchum interfecisse. Ne quis ergo miretur me magis cum Plutarcho, quam cum Appiano, hac in re facere, nec putet me cum me ipso non constare de Plutarcho, nam antea iam distinxī inter vitas Romanorum priorum saeculo-

civium abhorrebat; si metu percussus fugere voluisset, statim post narrationem Fabii in fugam se vertere potuisset; si vim adhibere eius propositum fuisset, admi-

rum et magis provectae aetatis reipublicae Rom. conf. Ciceronis Oratio in Catilinam I, c. 1. »An vero vir amplissimus, P. Scipio, Pontifex Maximus T. Gracchum mediocriter labefactantem statum reipublicae privatus interfecit" ed. Ernesti vol. II, p. 1, p. 748 ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 6. in Bruto cap. 58. »P. Scipione, qui ex dominatu Tib. Gracchi privatus in libertatem rempublicam vindicavit" ed. Ernesti vol. I, p. 554. ed. Orell. p. 422, vol. I, contra cap. 27 Bruti » ab ipsa republica est interfectus" quibus tantum indicare vult Nasicam iure eum interfecisse, hoc patriae profuisse, nam ubivis apud Ciceronem invenias Nasicam privatum hoc perfecisse ed. Orell. I, p. 401. Ern. I, p. 525. de offic. I, c. 22. » Nastica privatus" ed. Ern. ubi eius factum valde laudatur, vol. IV, p. 2, p. 841. Orell. vol. IV, p. 2, p. 336. Cic. orat. pro Plancio c. 36 ed. Ern. vol. II, p. 2, p. 1116. ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 186. Livii Epitome L. LVIII, »auctore P. Nastica, in Capitolio ab optimatibus occisus est," cur. Drakenb. vol. V, p. 1090 cum Freinshemii suppl. ibid. c. 50-59, p. 1098-1100. Flori Epitome rer. Rom. L. III, c. 14 p. m. 76. »obvia nobilium manu eorumque, quos agris moverat, caedes a foro coepit — praebuit speciem regnum sibi et diadema poscentis; atque ita duce Scipione Nastica, concitato in arma populo, quasi iure oppressus est." Heeren, Staatsunruhen der Gracchen. verm. Hist. Schr. vol. III, p. 79-82 et in not. Hegewisch, Gesch. der Gracch. Unruhen, p. 63-69. Ferguson, op. cit. L. II, c. 2, p. 89. Nasicam defendit et Gracchum leges violasse contendit. Göttling, Gesch. der Röm. Staatsverf. magis Gracchorum causae favet § 141, 142, 435. Van Bemmelen, Diss. hist. et litt. de M. Livii Drusis patre et filio trib. pleb. Lugd. Bat. 1826 in Diss. Acad. Lugd. Bat. hui. anni cap. I, p. 10-14 cum cap. II, § 2, p. 32 negat consilium amborum Gracch. fuisse regnum affectare, contra eos propter facta in Oct., propter iudicia translata et propter vim reprehendit. Minus accurate Geib, Gesch. des Röm. Crim. Proc. aet II, p. I, cap. II, p. 218 et not. 12 praec. »Blos in dem Falle des Tib. Gracchus, weil hier die Consuln iede energische Maasregel verweigerten so handelte der Senat selbst » sed nullum Senatusconsultum, nullum decretum factum est."

niculis ad plebem defendendum uti potuisset, vel ipse cum amicis Senatum Patriciosque petere potuisset: plebs, quae eum circumdabat, quum Nasica in eum impetum faceret, paucis lictorum virgis erat armata. Scipio Nasica, homo privatus, Tiberium etiamtum Tribunum, qui in eo erat, ut iterum Tribunus crearetur, interfecit, causae et viro invidens: itaque partium studiis caedes Tiberii tribuenda esse videtur: nihil fecerat, cuius causa dignus esset, qui indemnatus occideretur, non erat armata seditio neque bellum civile; leges inprimis duodecim tabularum vetabant ne quis civium nisi a Comitibus centuriatis damnaretur: ex legibus igitur nec magistratui tale munus dari poterat, moribus hoc nonnunquam obtinebat, attamen tale Senatusconsultum nondum erat sancitum. Nasica ei delictum regni affectandi obiecerat, quidam hoc Senatui nararant, sed probationes deficiebant, nihil fecerat Gracchus, quo hoc apparebat: hoc unum dici poterat eum nimis gratia apud plebem florere et vires intendere, ut eodem magistratu iterum fungeretur: haec per se nec seditionem nec regnum spectabant.

Ira partium etiam ex eo apparet, quod corpus Tiberii mortui in Tiberim sit deiectum, quod multi eius amici indemnati odio adversariorum interfecti vel in exilium pulsi sint, quod plebs Nasicam tanto odio prosequuta sit, ut Senatus in Asiam eum mittere coactus fuerit. Caius Gracchus, frater ipsius, morum integerrimus, summa eloquentia praecipue forensi praeditus, partim ira fratris occisi propter vehementis ingenium ad eius consilia perficienda, imo vero ad potestatem Senatus magis infringendam plebisque po-

testatem in republica augendam motus esse videtur, veruntamen ipse tales rogationes, tales reipublicae normarum mutationes civitati Romanae prodesse existimabat; in medio certamine cum Patriciis ipso rerum flumine proreptus esse videtur.

Caius Senatu adversante Tribunus plebis creatus statim legem tulit, ut magistratus, qui sine populi iudicio civem exsilio mulcasset, rationes populo redderet, quae quidem in Popilium vel maxime rogata erat, quod hic Praetoris muneribus fungens amicos Tiberii exsilio damnarat, attamen provocationem ad populum confirmabat, nam Cicero in oratione pro C. Rabirio eam sic interpretatur: Gracchus prohibere voluit, ne cives Patriciorum consiliis, magistratus de plano sententias vel mortis vel exsilio scilicet capitis poenam luerent; principiis iuris Romani, uti iuris universe tamen repugnabat ex lege nondum lata, quum civis facinus perpetraret, hunc in iudicium vocare, tale autem Gracchi consilium erat in Popilium; ille sponte exsilio solum vertit.

Magis iniusta Gracchi rogatio erat magistratui, cui populus munus abrogarat, non altera vice idem munus obire licere, quae in unum civem nempe Octavium lata erat; a quibusdam et merito hoc vocatur privilegium; duodecim tabularum legi principiisque iuris Romani de civium libertate ac iuribus haec contraria erat; consilio matris, ut fertur, motus ab hac rogatione vix destitit; vehemens autem eius ingenium iraque in partem adversam hisce initiis iam cuique patent 1).

1) De legibus Porciis et Sempronii. Conf. Cic. orat. pro C. Ra-

Magno plebeiorum assensu iterum Tribunus creatur, et, quum plebem, ut sibi gratum faceret, precatus esset, amicus suus Fannius, Consul factus est: Consule cum Tribuno faciente, Gracchus totam rempublicam fere gubernabat et consilia sua facile ad finem perducere poterat; ex tanta potestate liberae reipublicae periculum imminere poterat, mores obstabant, quominus idem civis eodem magistratu secunda vice sine temporis intervallo fungeretur; Senatus de Caio propter summam eius apud plebem gratiam hoc impedire potuisse non videtur: si Gracchus regnum affectare voluisset, hoc temporis momento uti potuisset, hac potestate vero non abusus est.

birio, c. 4 et c. 5, ed. Orell. vol. II, p. 1, p. 576, 577; ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 736-739.

Conf. Göttling, op. cit. § 139, p. 497-429, § 142, p. 435. 438.

Plut. vita Cai. Gracchi c. 4, vol. VIII, p. 25 *εἰ τις ἄρχοντος ἀφῆκε τὴν φροσὴν ἢ δῆμον, οὐκ ἴαντα τούτῳ δευτέρως ἀρχῆς μετουσίαν εἶναι, ἢ εἰ τις ἄρχων ἄκριτον ἐκκευρήσῃ πολίτην κατὰ τούτου κρίσει δίδοντα τῷ δήμῳ.* Heeren verm. hist. Schr. vol. III, p. 94, 95. Hegewisch, p. 145-147.

Mihi magis verisimile videtur priorem legem, quam citavi eandem fuisse, atque eam a Cicerone allatam, vne de capite civium Romanorum iniussu populi indicaretur, quam duas diversas leges Caium Gracchum tulisse, ut opinatur celeberr. Platnerus. Plutarchus magis ad causam Gracchi et Populii spectans legis mentionem facit, Cicero magis univcrse de iudiciis populi et de civium iuribus agens hanc legem citat, res neque ab una neque ab altera parte plane probari potest. Conf. Platnerus, quaestiones de iure criminum. Roman., quaest. V, p. 77, cum p. 77. Cum quo comparandi sunt Göttling iam a me citatus et Dirksen, civilist. Abhandl. vol. I. Zweite Abhandl. p. 143, 144. »Diese Bestimmung erneuerte die Lex Sempronia — aber sie beschränkte sich nicht auf eine blossc Wiederholung der Vorschrift der Zwölf Tafeln, sondern sic erweiterte dieselbe: nämlich sic machte jeden magistratus dem Volke verantwortlich u. s. w. cum p. 145, 149, 152.

Magna plebeiorum caterva eum circumdabat, multi legati aliarum gentium, magistratus, philosophi, quum per vias publicas, in Italia ipsius opera confectas, iter faceret, ei comites erant. Plutarchus propterea scribit regiam fere tum ei fuisse potestatem, sed haec non stricte sunt accipienda, indicant solummodo magnam vim Gracchi in civium et exterarum gentium animos fuisse: his amicis nitens ad nulla alia tetendit, nisi ad plebis eiusque magistratum nempe Tribunorum potestatem augendam et ad Senatus potestatem subvertendam 1).

Sic Senatus iudicia, vel plane, vel saltem pro parte auferre voluit, sic Italicos vel solos Latinos civitate Romana donare studuit, ut in Comitii adversarii Senatus hoc collegium et in legibus perferendis et in iudiciis a Comitii de civibus in gravissimis causis habendis superarent.

1) Plutarchi vita Cai. Gracch. c. 5, vol. VIII, p. 26. πρώτος τότε στραφεῖς ἔξω πρὸς τὴν ἀγορὰν δημηγορεῖται. c. 6, p. 26. μοναρχικὴ τις ἰσχὺς ἐγεγόνει περὶ αὐτὸν ὥστε καὶ τὴν σύγκλητον ἀνέχεσθαι συμβουλευόντος αὐτοῦ c. 8, p. 28. ἐπὶ τούτων τοῦ δήμου μεγαλύνοντες αὐτὸν καὶ πᾶν ἑτοῖον ἐτοιμῶς ἔχοντες ἐνδείκνυσθαι πρὸς εὐνοίαν — ἔλλα τοῦ δήμου σπουδᾶσαντος i. e. omnem operam ad eum altera vice Tribunum ercandam adhibente. Deinde de Senatu ἐπεὶ δ' ἔδρα (Cai.) τὴν μὲν σύγκλητον ἔχθραν ἔντικμος cum cap. 6, p. 27. Appianus de bell. civil. L. I, c. 21, vol. I, bell. civ. (omn. op. vol. III) p. 19. καὶ εὐδὲς ἐπὶ τῷδε καὶ ἐς τὸ μέλλον ἤρητο δημαρχεῖν, καὶ γὰρ τις ἴδη νόμος κεκύρωται, εἰ δημαρχὸς ἐνθάδε ταῖς παραγγελίαις, τὸν δῆμον ἐν πάντων ἐπιλεγέσθαι eum cap. 23, p. 20, cap. 24, p. 21. πλεῖστος ἐργολάβων καὶ χειροτεχνῶν ὑφ' ἑαυτῷ παύμενος, ἐτοίμων ἐς ἕτι κελεύσει. Vellei. Patere. hist. Rom. L. II, c. 6, ed. Crause p. 80 »vel vindicandae fraternae mortis gratia vel praemuniendae regalis potentiae p. 82" eum socium regalis adsumserat potentiae »Flori Epit. rer. Rom. L. III, c. 15 p. m. 76" nimius et impotens altero tribunatu.

Eius rogatio de iudiciis equitibus mandandis a multis scriptoribus vituperatur, quod equites partis studiis ducti saepius odio vel invidia Senatores, qui muneribus in provinciis perfuncti erant, damnarent, et quod ipsi vectigalibus praepositi incolas provinciarum vel Italiae quoquo modo vexare possent, quod de iudicio non amplius timerent, postquam ad eorum ordinem iudicia pertinebant: lex Gracchi, si, ut magis probabile est, solis equitibus non vero iis et Senatoribus iudicia dedit, erroribus non vacat, attamen Senatores iudices hoc officio saepe abusi erant et post Sullam rursus iudices facti equites insontes nonnunquam damnarunt: Gracchus reipublicae igitur non nocebat, si partim Senatum iudiciis privaret, potest fieri, ut iniustae damnationes civium eum etiam moverint, sed a partium studiis propter odium in Senatum non liber erat; hanc legem etiam tulit, ut equites causae suae magis conciliaret, nam leges agrariae multis eorum quippe qui divites et agrorum publicorum possessores essent, non gratae erant 1).

1) Conf. Appianus, de bell. civil. L. I, c. 22, vol. I, p. 20, ubi varia exempla citantur eorum, qui a iudicibus absoluti erant, quamquam in culpa erant. De odio in Senatum: «φασί δὲ κερύσαντες μὲν ἔργῳ τοῦ νόμου τὸν Γρακχὸν εἰπεῖν, ὅτι ἄδικος τὴν βουλὴν καθήκει — τὴν μὲν ἐξέσωσεν μόνον ἔτι τῆς βουλῆς ἐκείνης τὴν δὲ δύναμιν, τὸν ἱππέων quae non plane vera sunt. Plutarchi vita Caii Gracchi cap. 5, vol. VIII, p. 26, narrat, trecentos equites iudices Senatoribus a Caio additos fuisse. Livii hist. Epitome L. LX cur. Drakenb. vol. V, p. 1124, quem scriptorem recte refellit Götting, Gesch. der röm. Staatsverf. § 142, p. 427-429 et in notis. Freinshemius, supplém. in Drakenb. V, p. 1137, Velleii Paterc. L. II, c. 6 ed. Cranse p. 81, » Iudicia a Senatu transferebat ad equites." In hanc Gracchi legem

Si omnes Italiae incolae civitatis Romanae iura acquirerent, numerus civium in Comitibus nimis augetur, Comitibus facile turbarentur, Tribuni tali multitudine ad regnum capessendum, vel ad omnia in republica nomine Tribunatus gerenda, abuterentur; dubia vero de hac eius lege scriptorum sunt testimonia, a quibusdam de solis Latinis intelligitur. Socii a Senatu saepe vexabantur, Romanis in tot bellis cum

inprimis invecti sunt Hegewisch et Zachariae Heildelb. Hegewisch, *Gesch. der Gracch. Unruhen*, p. 61-63 et p. 155-157. Zachariae Sulla, p. I, p. 56, 60. Heeren, *Staatsunr. der Gracchen vermischte hist. Schriften*, vol. III, p. 102-106, propter Ciceronis locum in oratione in Verrem. Act. I, c. 13, hoc solis equitibus tribuit, quod mihi etiam magis probabile videtur.

Ex Livii loco (Epit.) Göttling coniectura assequi studet equites ex Caïi lege numero tantum Senatores in iudiciis superasse. Locus Ciceronis est: Actio prima in Verrem c. 13, (non 16, ut apud Heerenium inveni sine dubio ex errore typographi) ed. Orell. vol. II, p. 1, p. 99 ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 137. Flori Epitome rer. Rom. L. III, c. 17, p. 77, 78. Notum est Plutarchum Tiberio Graccho etiam tribuere legem de iudiciis cum equitibus communicandis in vita Tib. Gracchi cap. 16, vol. VIII, p. 16. Conf. Geib, *Gesch. des Röm. Criminalprocesses*, Leipzig 1842, aet. II, p. I, cap. I, p. 196-209 inpr. p. 197-199 censet etiam iudicia a C. Graccho ad equites plane translata fuisse. Plut. et Liv. Epit. sic refellens: »Denn was die Angabe des Plutarchs angeht, so beruht diese, wie namentlich schon Manutius und Rualdus gezeigt haben (not. 79), auf einer so augenfälligen Verwechslung mit dem späteren Gesetze des Livius Drusus, dass hierauf nicht das allermindeste Gewicht gelegt werden darf: die Stelle des Livius dagegen, so gar abgesehen von der Unzuverlässigkeit des Epitomators und der völligen Ungewissheit des ganzen Textes (not. 80) kann hier um deswillen nicht in Betracht kommen, weil dieselbe von Besetzung der Richterstellen gar nicht redet,“ cum p. 196 ubi opinatur Tib. Gracchum idem consilium frustra perficere conatum esse, res vero dubia est.

ceteris gentibus auxilium tulerant, ut civitate Romana multis Romanis iam digni viderentur, ipsi socii hac de re iam cogitabant, quidam eorum iam consilia agitabant ad hoc a Romanis poscendum: iusto tempore quaedam iis concedere magis reipublicae Romanos proderat, quam temporis momentum exspectare, quo tota Italia bello flagraret. Itaque Gracchus partim ad suam et plebis potestatem augendam, partim, quod iustum et aequum hoc duceret, hanc legem rogasse videtur. Utinam de civitate Romana cum quibusdam civibus Latinis vel Italicis e. g. cum magistratibus eorum communicandis cogitasset 1)!

1) Plutarchi vita Caii Gracchi, cap. 8, vol. VIII, p. 28, ἐπὶ κοινῆς πολιτείας τοὺς Λατίνους cap. 9, p. 29 etiam de Latinis cap. 5, vol. VIII, p. 26, ἰσοψήφους ποιῶν τοῖς πολιταῖς τοὺς Ἰταλιώτας Appianus de bell. civil. L. I, c. 21, vol. I, p. 19, τοὺς συμμάχους ἅπαντας οἱ δὲ περὶ τῆς γῆς μάλιστα ἀντέλεγον, εἰς τὴν Ῥωμαίων πολιτείαν ἀναγράψαι, cum cap. 18 et 19, p. 16, 17, cum cap. 23, p. 21, τοὺς Λατίνους ἐπὶ πάντα ἐκάλε: τῶν Ῥωμαίων — τῶν τε ἐτέρων συμμάχων, οἷς οὐκ ἐξῆν ψῆφον ἐν ταύτῃ Ῥωμαίων χειροτονίαις φέρειν, ἰδίδου φέρειν ἀπὸ τούτου, sequuntur iussa Consulium in socios ex sententiis Senatus. Vell. Patere. hist. Rom. L. II, c. 6 ed. Crause p. 80 «dabat civitatem omnibus Italicis.» Miror Göttingium hoc de uno Tiberio Graccho affirmasse, de quo hoc minus constat, qui potius hoc sibi proposuisse videtur, conf. § 141, p. 434, 435, cum § 145, p. 448, 449. Heeren, verm. hist. Schriften, vol. III, Staatsunruhen der Gracchen, p. 99-101 et not. 1, p. 100. propter Plutarchum hoc potius de civitate cum Latinis communicanda intelligit Hegewisch, Gesch. des Gracch. Unruhen p. 166-168.

Cruzer Abriss der röm. Antiquit. cap. X, pauca dedit § 205, p. 313, § 206, 313-315. Plutarchus quidem duobus locis de Latinis hoc scribit, tertius tamen locus plane cum Appiano et Velleio convenit, nonne propterea magis verisimile est de omnibus Italicis Caium Gracchum hoc rogasse? Zachariae Sulla p. I, p. 53, 54. Diss. hist. et litt. de M. Livii Drusis caet. van Bemmelen,

Senatus ab alia parte contra Tribunum omnibus adminiculis, quae in sua potestate erant, se defendit.

diss. Acad. Lugd. Bat. 1826, sect. II, cap. I, p. 44 censet Gracchum iure civ. Rom. ad omnes populos Italiae transferre voluisse et p. 43 probare studet eum iudicia solis equitibus dare voluisse, p. 46 et not. 34. Drusum patrem et C. Gracchum inter se comparat et p. 53. Drusi causam defendit. »Hoc tamen ei propterea condonandum esse censemus, quoniam civili necessitate coacto alia ei nulla restabat via, qua propositum suum consequeretur, *ita quidem ut unius viri vitam tot civium saluti postponere haud quaquam dubitaverit;*» cum p. 51, 52 ubi in C. Gracchum invehitur, postquam Romam rediit » ne tunc quidem nova moliri atque tumultuari desinit" et Opinium non reprehendit. p. 61 affirmat Drusum non odio in Gracchum et plebeios ductum fuisse. Hooke, the Roman history caet. vol. VI, L. VI, cap. X quoque existimat Caium Gracchum iudicia ad solos equites transtulisse p. 197 et 198, cum propterea laudat: »this act (how sensibly soever it affected the Senate was *equitable* — it was their common practice to *favour and absolve one another* in their turns to the general scandal and iniury both of the subjects and allies" non plane cum hisce facio, quamquam aliquid veri iis inest. De Caii morte p. 203-210, e. g. after the Gracchi, there never arose a Tribune, or an other magistrate honest and generous enough to espouse the true interest of the people." Caedem eorum vocat » a murder." Ahrens II. probe Tib. Gracchi rogationes et indolem a. C. Gracchi factis et indole sciungit et recte concedit C. Gracchum odio in Senatum incitatum fuisse. Hooke iam multa Cic. loca inter se comparavit, tametsi non de omnibus mentionem faciat. Conf. etiam Tiberius und C. Gracchus, ein historischer Vortrag von Gerlach. Basel 1843. Verlag der Schweighaus. Buchhandl. de lege agraria et de lege Licinii p. 18, seqq. p. 23, seqq. p. 24 et 25, de Tribunatu Octavio abrogando. »Ein Vorschlag, mit dem Grundgesetze des Staates im Widerspruch, ein Angriff auf die geheiligte Macht des Tribunats, ein Verfahren, so lange das Gemeinwesen stand, unerhört." De caede Tiberii quam iniustam habet p. 29, 30. De iudiciis ad equites transferendis p. 35-41 et not. 1, p. 40. Coniectura assequi studet Caium primum rogasse, ut sexcenti equites in Senatum legerentur, deinde, ut iudicia ad solos equites pertinerent; alienius momenti loca Plut.

Fannius eius opera a parte Gracchi defecit, lex de Latinis vel Italicis cum civitate Romana donandis non est perlata. Consules decreverunt Italicis so-

et Epit. Livii esse censet. Minus recte iudicia de solis iudiciis de delictis contra rempublicam intelligit p. 39. Caium ius civitatis omnibus populis Italiae dare voluisse opinatur p. 43 conf. etiam not. 1, p. 47, recte existimat caedem Antyllii consilii Caii Gracchi repugnasse et de huius caede p. 49, 50, p. 52, 53 iudicium de Gracchis, » das Tiberius ein würdiger Ziel verfolgt, wird niemand längnen wollen; dass den Caius bloßes Rachegefühl getrieben dieselbe Bahn zu betreten, kann niemand im Ernst behaupten — Nicht minder haben Caius Gracchus und Fulvius Flaccus durch ihre letzten Schritte die rohe Gewalt herausgefordert,“ et Nachträge e. g. de Livii testimonio p. 58, 61, p. 59, 60 de Appiano, cuius fidem laudat. P. 62 de Vell. « Paterc. Vell. Paterc. hat in seinem räsonnirenden Abriss der Röm. Geschichte rhetorischen Prunk ohne Urtheil und Phrasen ohne ueberzeugung“ Melius de Floro, etiam de Orosio et de Dionis Cassii fragm. et de aliis p. 55-57. Ruperti, Handb. der Röm. Alterthümer, vol. II, p. I, Verfassung des Röm. Staats, V, p. 224-226, de lege agraria, ubi loca memoria digna citantur Cic. de lege agr. II, 21 et praeci. Aggenus Urbicus de contro. agror. » Negant illud solum, quod populi Rom. esse coepit, ullo modo *usucapi* a quoquam mortalium posse.“ Itaque hoc de agris publ. quoque valet: non satis cogitat de incolis devictarum Italic. civit., qui hos agros redemerant, et domini talium agrorum facti erant, p. 227 et not. 1 existimat Tib. Gracchum iure intercessionis vetare potuisse, ne temporis momento rogationis legis agrariae alii magistratus muneribus fungerentur, sed ante cum nullum Tribunalum tam late hoc iure usum fuisse. loco laud. not. 1, p. 228, factum Tribunalum abrogandi reip. Rom. normis contrarium esse censet, p. 231, rogationem C. Gracchi de civit. de solis sociis Latinis accipit, p. 231, 232. Legem iudiciariam Gracchi de iudiciis ad solos equites translatis interpretatur, attamen minus recte nullam mentionem de Plut. et Liv. Epit. locis facit: hanc rogat. Gracchi laudat, cit. Nonius et Plin. de hac re eam vel maxime quaest. repetundarum spectasse, quae tunc solum perpetua facta erat, non sine iure coniectura assequi studet. Tacet de aliis legibus

eiis vetari, ne tempore Comitiorum Romae habitarent, neque propius quam quadraginta stadia ad locum, ubi Comitia haberi solebant, accederent; Senatus alium Tribunum Livium Drusum Graccho opposuit ad huius gratiam apud plebem tollendam: hic magis grata, quam Caii rogationes ad populum tulit nomine Senatus se haec rogare fingens mentesque plebeiorum saepe fluctuantes variis blandimentis a Graccho avertit, ita ut tertio anno Gracchus non amplius Tribunus crearetur. Ut gratia Caii apud plebem plane evanesceret, Senatus opera ei mandatum est, ut coloniam civium Carthaginem deduceret, deinde Gracchus in su-

Gracchi: nimis breviter de ultimis C. Gracchi fatiis scribit, quatenus eius indolem et modum se gerendi contra adversarios spectant, p. 325 de Tib. Graccho iudicium fert: »Nicht Ehrgeiz oder Factionsggeist erzeugte seinen Entschluss, wie es sein Charakter und seine ganze politische Wirksamkeit beweist.“

Schmitthenner, Grundlinien des allgem. oder idealen Staatsrechts, Giessen 1845, p. I, cap. II, huius p. IV, de condit. reipubl. Romanae, § 28-30, p. 74-78. De lege agraria Tib. Gracchi, § 31, p. 78-80, § 33, p. 80-82, de rogat. Tib. in Octav. »Diess war ein Bruch der geheiligten Satzungen (sc. leges sanctae) und Aufruhr:“ hoc ultimum cum Ahrensio aliisque nego cum p. 82-84 de Caio Graccho, ubi etiam locus Plin. Hist. Nat. XXIII, c. 8, legem de iudiciis accipit de iudiciis plane ad equites translatis, legem de civitate de iure civitatis omnibus populis Italiae dato: legem »ne de capite civium Romanorum iniussu populi iudicaretur“ cum Göttingio interpretatur »ein Gesetz, welches die Exemption der höheren Beamten, und die Todesstrafe für römische Bürger aufhob.“ Caius rogavit etiam de Comitiiis centuriatis mutandis iure praerogativae (in sentent. fer.) ad omnes classes protrahendo. Alio loco Hüllmanni sententiae de rogatione Licinii de legg. agrar. favet, p. III, § 27, p. 72 et not. 3 et ab eo citatur magis recens Hüllmanni opus Staatswirthschaftlich-geschichtliche Nebenstunden.

spicionem mortis Cornelii Scipionis verisimiliter Senatu auctore vocatus est, quibus omnibus apparet Senatum cum Livio Druso iam diu antea consilium Gracchi potestatis evertendae cepisse. Plutarchus optimates Caium e medio tollere voluisse commemorat, quae narratio propter ea, quae non multum post ab eo facta sunt, probabilitate non plane caret: temporis momentum saltem expectasse mihi videntur, quo specie legum vel morum in eum ac socios suos saevire possent. Drusi ope leges Gracchi absentis abrogare incipiunt initium facientes a lege de colonia Carthaginem mittenda iam perlata; tum Fulvium Gracchi amicum hominem turbulentum, qui ante Caium, ut civitas Romana gentibus Italicis daretur, rogarat et praec aliis legibus agrariis favebat, premere conantur. Haec ubi Caio nuntiata sunt, statim Carthagine rediit ac Tribunatum petiit, sed sellis e foro vi amovendis in gratiam infimae plebis ad spectacula pugnae inter singulos homines videnda, partim fortasse etiam fraude Tribunorum in suffragiis enumerandis hoc munus ei non delatum est.

Opimius, qui antea frustra Consulatum ambierat, quum Fannius Caii ope Consul creatus esset, huius rei gratia Gracchi inimicus et praeterea optimatum causae plane addictus, fit Consul, mox Comitibus ad suffragia ferenda de legibus Gracchi abrogandis convocatus. Caius cum Fulvio et plebe, fortasse cum quibusdam incolis Italiae consilia in de Patriciorum parte suffragiis in Comitibus superanda.

Die Comitiorum Antyllius lictor partem Gracchi et verisimiliter ipsum increpat, ut quidam commemorant, lacertum nudum minans iis ostendit, tunc statim

ab iratis Fulvii vel Gracchi amicis stylis obtruncatur, Graccho non jubente, vel, ut Plutarchus scribit, fautores suos objurgante, quod opportunitatem se interficiendi inimicis suis praebuissent. Appianus commemorat Gracchum Antyllium (Antyllum) torvo vultu adspexisse, et inde ab amicis Caii Antyllium interfectum fuisse, quod tale Gracchi esse consilium ex eo deducerent, additque Gracchum de caede Antyllii se defendere voluisse, quum Senatoribus e templo Castoris et Pollucis in forum advenientibus Antyllii corpus ostenderetur, sed neminem, nempe, Patriciorum eum audire voluisse, partem plebis ab eo defecisse: haec profecto indicant Gracchi mentem non tetendisse ad bellum civile excitandum, alioquin specie hujus facti alios cives cum iis, qui suae parti faverent, adoriri potuisset. Contra Gracchus et Fulvius domum cum caterva suorum profecti sunt.

Consul Senatum in concionem convocat et caedem Antyllii exponit, quasi ab ea salus patriae penderet; Senatusconsulto decernitur „videant Consules, ne quid respublica detrimenti capiat.” Ex tali Senatusconsulto, ut alio loco nos docet Livius, non semper necesse erat, ut vis armata in noxios cives a Consulibus adhiberetur, poterant tamen ea uti, et propter Opimii indolem et propter rationem, quae antea in socios saevierat, Graccho nullum dubium esse poterat, quin vi et armis ab eo peteretur. Pars infimae plebis multique eius amici ante domum eius pervigilarunt. Gracchus vero quiete se habuit nec impetum in Senatum fecit. Sequenti die in Aventinum secessit, ut simul cum Fulvio conditiones pacis impetra-

do in Senatum triyerat, cum armata multitudine montem Aventinum occuparat, et de pugna jam consilia agitabat, sed Gracchus, qui cum amicis nonnisi parvo pugione, quem secum ferre solebat, armatus advenerat, Fulvio persuasit, ut filium juvenilis aetatis legati instar ad paciscendum ad Senatum mitteret.

Senatus contra Opimio suadente iussit eos ipsos ad rationes reddendas et ad fata deprecanda Senatum adire oportere: puer altera vice ab illis, qui secesse- rant, missus est; Plutarcho teste Gracchus ipse ad Senatum se conferre voluit, verum amicorum precibus motus ab hoc consilio destitit. Mox Opimius filio Fulvii custodiae tradito, Senatoribus, equitibus et servis eorum, quos iam priore die armarat, et Creten- sibus sagittariis stipatus Fulvianos et Gracchanos ad- ritur et post brevem pugnam magis a Fulvianis, quam a Gracchanis factam ad vitam tuendam, ter mille eorum ipsique duces interfecti sunt. Gracchus ipse vi et armis obsistere noluit, statim in templum Di- anaë se recipit et ab amicis fugere coactus servo praecepit, ut gladio se interficeret: Fulvii filius in carcerem ductus morte damnatus est, verumtamen ante supplicium mortem sibi conscivit, Gracchus et Fulvius ipsi mortis Antyllii insontes erant, Appianus quidem memoriae mandavit Gracchi et Fulvii socios pugione armatos ad Capitolium venisse et his pugi- onibus Antyllium occidisse, sed Plutarcho teste am- bae partes Capitolium occuparunt; ambae verisimiliter pugionibus erant armatae; tales pugiones illa reipu- blicae Romanae aetate a multis ferri solebant; prae- terea Plutarchus scribit Antyllium magnis stylis fuisse

interfectum; an his adminiculis ad suffragia ferenda potius quam pugionibus usi sint, nobis est quaerendum, hisce fortasse Appianus errore lapsus est: quidquid sit, non constat eos vim adhibere voluisse, imo vero huic rei adversatur eos, turba Antyllii morte orta, nullam seditionem movisse, adversarios non adortos esse et Gracchum etiam post secessionem a pugna abhorruisse. Fulvius profecto erat homo turbulentus, ad seditionem proclivis, multi huius socii ei similes erant; si ille etiamtum prope ebrius cum sociis suis solus Aventinum occupasset, atrox verisimiliter proelium ortum fuisset, fortasse in urbem armatus incessisset, sed Gracchus, ne pugnaret, ei dissuasit, legatus eius opera missus est ad pacem impetrandam, itaque non de bello, sed de pace cogitabat: secessiones autem, ut vidimus, saepe antefactae erant; pars populi, quae secedebat, etiam montes occuparat, legatos miserat, foedera inter duas rei publicae partes erant icta; poterat saltem Senatus his civibus condonare, verum enim vero Gracchus ei erat invisus, Consul Gracchum odio persequabatur, alii partim nempe plebeis Senatus scilicet Patricii et divites univere clade huius partis regnare volebant, hanc ob rem non solum duces, at vero ter mille cives occisi sunt, eorum bona sunt publicata, corpora in Tiberim sunt deiecta; ne cognati eorum mortem lugerent est interdictum: puer ille, qui pacem, veniam a Consule petebat, ad mortem est damnatus, scilicet, quum prima vice advenisset, a Consule ei vetitum erat, ne rediret 1).

1) Plut. vita Cai. Gracchi c. 13, vol. VIII, p. 32, 33. κατέλιπτο

Leges Porciae provocacionem ab omni iudicio capitali ad populum spectantes, lex ipsius Caii Gracchi

μὲν ὅπ' ἡμφοτέρων ἴσθες εὐδὲς τὸ Καπετώλιον· ὕσαντος δὲ τοῦ ὑπάτου, τῶν ὑπηρετῶν τις αὐτοῦ Κόιντος Ἀντύλλιος, διαφέρον ἑτέρωτε τὰ σπλάγχνα, πρὸς τοὺς περὶ τὸν Φούλβιον εἶπε: Δότε τόπον ἀγαθοῖς, κακοὶ πολῖται. Τινὲς δὲ Φασιν — καὶ τὸν βραχίονα γυμνῶν, οἷον ἐφ' ὕβρει σχηματίζοντα παρενεγκεῖν — Ἀντύλλιος ἐκεῖ μεγάλους γραφεῖς κεντούμενος cum cap. 14-18, p. 33-37; c. g. c. 16. Φούλβιος πεισθεὶς ὑπὸ τοῦ Γαίου, — ὁ δ' Ὀπίμιος, σπεύδων μάχην συνάψαι, — ὁ δὲ Γαίος ὤφθη μὲν ὑπ' αὐθενδὸς μαχόμενος. Appianus de bell. civil. L. I, c. 25, 26; vol. I, p. 22-24. Δημότης ἀνὴρ (de Antyllo, Antyllio) ἐν τῇ στοᾷ ὕον ἔμβαλὼν τὴν χεῖρα — ἤξιον, Φείσασθαι τῆς πατρίδος. "Ὁ δὲ μάλλον βορυβήεις, καὶ δεισας ὡς κατάφαρος, ἐξέβλεψεν αὐτῷ ὄριον — οὔτε σημείου τινὸς ἐπαρθέντος, οὔτε προτάγματός πω γεγωνότος — τὸ ἐγχειρίδιον ἐπισπᾶσας διαχρήσται τὸν Ἀντύλλον — Γράκχος δ' ἐς τὴν ἀγορὰν παρελθὼν ἐβουλετο μὲν αὐτοῖς ἐκλογίσασθαι — αὐθενδὸς δ' αὐτὸν εὐδ' ὀφιστάμενον — Ὀπίμιος δὲ τῆσσι μὲν τινὲς ἰνόπλους ἐς τὸ Καπιτώλιον cap. 26, ἐς ἀπολογία ἐς τὸ βουλευτήριον ἐκάλουν, εἰ δὲ σὺν ὄπλοις ἐξέβειν ἐπὶ τὸν Ἀβεντινόν, ἐλπίζαντες, εἰ τόνδε προλάβοιεν, ἐδώσειν πρὸς τὰς συνθήκας αὐτοῖς τὴν βούλην. Nihil narrat de Graccho pugnante, sed de Graccho fugiente Vellei. Patere. L. II, c. 6, ed. Crause, p. 82, 83 » aequè prava cupientem — Id unum nefarie ab Opimio proditum de filio Flacci," eum cap. 7, p. 84, tamen c. 7, p. 87. » Factum Opimii (quod inimicitiarum quaesita erat ultio, minor secuta auctoritas: et visa ultio privato odio magis, quam publico vindictae data." Flori Epit. rer. Rom. L. III, c. 15, p. 76, non plane vera scribit » fretus comitum manu fatale familiae suae Capitolium invadit. Inde proximorum caede depulsus, quum se in Aventinum recepisset, inde quoque obvia Senatus manu ab Opimio Consule oppressus est." De Ciceronis locis mox sermo erit. Conf. Heeren, verm. hist. Schriften, Staatsunr. der Gracchen, p. 111-116 recte p. 113. » Gracchus hatte, gleich bei dem vorgefallenen Morde, die Folgen davon übersehen — Der Schluss des Senats hieß ihn sein Schicksal abnen" pauca solummodo de senatusconsulto » videant Cons." 113 not. ubi hoc aequiparat recentiorum decreto. » Eine Stadt in den Belagerungszustand erklären." Hoc Senatuscons. extremis periculis civitatis proprium esse profiteri debuit Dirksen, civil. Abhandl. exempla quaedam affert, quibus non probatur rem iustam fuisse. Zweite Abhandl. vol. I, op. cit. p. 146-148, recte existimat magistratus, non ipsum Senatum huius rei causa

de rationibus a magistratibus populo de poena indemnati civis reddendis scripta, ne magistratus cives circumvenirent, morem formulae Consuli datae abrogasse videntur, nam, quamquam discrete hoc in iis non affirmatur, leges ipsae solummodo a scriptoribus nobis sunt servatae, et earum menti convenit, vel, si nonnunquam etiamtum hic mos adhiberi posset, in summis reipublicae periculis talem formalem edere et tam magnam Consulibus mandare potestatem unice licebat; caedes autem *istoris* hoc non postulabat, quia occisor accusari poterat et ipse Plutarcho teste se defendere volebat. Gracchus et Fulvius non secesserunt, nisi, postquam Senatusconsultum in eos factum (sup. adnot.) accusatos fuisse, conf. Hegewisch, p. 171-176 in primis Götting, Gesch. der röm. Staatsverf. § 144, p. 445. »Es gereicht dem Consul Opimius und dem Senat zur Schmach in der Zeit, wo Cai. Gracchus zum dritten Male das Tribunat zu gewinnen trachtete, durch die gesetzlich aufgehobene, jetzt von ihnen widerrechtlich more majorum zurück gerufene Exemption ein Blutbad unter Bürgern veranlasst zu haben cum § 142, p. 436, cum § 139, p. 427-429.» Potius mihi cum celeberrimo Platnero videtur post legem Caii Gracchi (vel fortasse antea e. g. ex lege Porcia) a pluribus civibus Romanis, qui optimatum parti non plane vel nullo modo erant addicti, de tanta Senatus potestate dubia mota fuisse. Platneri de iure crim. Romano quaestiones. quaest. 5, p. 78, 79 cum p. 77. Ferguson, hist. of the progr. and termin. of the rom. Republ. L. II, cap. 3, p. 97, 98 commemorat Senatusconsultum latum fuisse, postquam in iudicium vocati erant, et illi adesse recusarant, de hac re vero dubito, magis Appianum sequitur. Conf. etiam, quod ad tale Senatusconsultum attinet, narratio Livii de Manlii fati, ex qua patet, postquam illud factum erat, civem etiamtum in iudicium vocari posse; non necesse esse, ut Consul, cui hoc Senatuscons. mandatum erat, cum adoriri Livii. Hist. L. VI, c. 19 cur. Drakenb. vol. II, p. 341-344. Epitome Livii L. LXI, vol. VI, p. 2, 3, »vocado ad arma populo» nec partium studio vacat. 86 te audiretis si is es

erat et postquam cives adversae partis arma ceperant: alias etiam copias Opimius sibi compararat, die ipso caedis cives in Capitolio armarat.

Mirari possumus equites, qui tanta munera Gracchi lege de iudiciis acceperant, contrariae parti in hoc tumultu favisse, ut diserte commemorat Appianus et, ut ex Plutarchi narratione efficere possumus, sed ex eorum sententia nimis infimae plebi Gracchus favere incipiebat; de divitiis et de rebus ab iis ut publicanis in provinciis gestis metuebant; si ille caderet, leges agrariae iam perlatae vel abrogari possent, vel divitum opera ab usu recederent, nec tamen omnes ordinis equestris cives a Caio defecerant; Velleius Paterculus scribit Pomponium alterum amicorum Gracchi, qui eum coegerunt, ut fugae se daret, et ad mortem usque pro eo pugnarunt, equitem fuisse: pauci igitur verisimiliter causam plebis prodere noluerant: potest fieri, ut quosdam contrariae partis equites metus, ne status reipublicae rogationibus Gracchi labefieret, subiret. Idem Velleius Paterculus memoriae prodidit Gracchum Fulvium Flaccum socium *regalis potestatis* adsumsisse: Plutarchus in Senatusconsulto contra Caium lato de *tollendo tyranno* mentionem facit et Sallustius in bello Iugurthino Senatum exprobrans hanc accusationem etiam spectavit. „Sed sane fuerit *regni paratio* plebi sua restituere 1).”

1) Velleii Paterc. hist. Rom. I, II, c. 6, p. 82, ed. Crause cum p. 83, de equitibus »quo die singularis Pomponii equitis Romani in Gracchum fides fuit” Plutarchi vita Caii Gracchi cap. 14, vol. VIII, p. 33 et de equitibus et de accusatione regni: de equitibus” *21 τδν

Patricii ergo crimen regni affectati Caio, uti antea Tiberio, obiecisse videntur, ut iuris speciem caeditam multorum civium praetenderent: tale Senatusconsultum in eos, *qui regnum adpeterent*, vel maxime sanciri solebat: nihil autem fecerat Caius, cuius causa regni teneri poterat, animus regnandi non apparebat, nec seditio eius opera orta erat; Cicero ipse in prima Catilinaria scribit „interfectus est propter quasdam *seditionum suspiciones* 1).”

In oratione secunda de lege agraria contra Rullum Gracchorum leges, imo vero eorum consilia civitati Romanae profuisse existimat, „Venit mihi in mentem duos clarissimos, ingeniosissimos, amantissimos plebis Romanae viros, Tib. et Cai. Gracchos plebem in agris publicis constituisse, qui agri a privatis antea possidebantur. Non sum autem ego is Consul, qui, ut plerique, nefas esse arbitrer *Gracchos laudare*: quorum consiliis, *sapientia*, legibus *multas esse video reipublicae partes constitutas*” verumtamen in oratione pro Plancio plane contrariam 2) professus est sententiam, „Opinium

Ἰσπίων ἐκείνου παράγγελμα δόντος. ἄγειν ἑαυτὸν οἰκίτας δύο κἀδοπισμένους
C. Crispi Sallustii bellum Iugurthinum cap. 42, p. m. 79. »Modo per socios ac nomen Latinum, interdum per equites Romanos, quos spes societatis a plebe demoverat, Gracchorum actionibus obviam ierat” quae de sociis ab eo scribuntur, ad Tiberium Gracchum sunt referenda, eum cap. 31, in oratione Memmii p. 72, paulo ante de Tiberio? occiso Tiberio Graeco, quem regnum parare aiebant.”

1) Ciceronis Oratio I, in L. S. Catilinam cap. 2, ed. Ernest. vol. II, p. 1-p. 748, ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 6.

2) Oratio sec. Cicer. de lege agraria contra Rullum cap. 5, ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 689 ed. Orell. vol. II, p. 1, p. 538 cum cap. 12, p. 545, »et quum tu a Tib. Gracchi aequitate ac pudore longissime remotus sis.”

„servatorem patriae” vocat, qui Consul domestico bello rempublicam liberarat, in iudices, qui eum damnarunt; ut in „parricidas patriae invehitur” 1); haec magis, quam priora rhetorem redolent, Plancium, ut Opimium, reum ambitus quoquomodo defendere voluit, sed de oratione contra Rullum idem affirmari posset Ciceronem legem agrariam defendentem Gracchos laudasse, quod hi prae ceteris tales leges tulissent; et in opere, ubi minus oratoris, patroni causarum partes agit, in Bruto eidem Opimio propter Gracchi caedem laudes tribuit iudicesque vituperat. Caium Gracchum patris pietate motum leges suas tulisse contendit, Tiberium Gracchum ab ipsa republica interfectum fuisse censet, quamquam paulo post in eodem opere de Scipione, *duce privato* caedis T. Gracchi sermonem habet 2). Itaque Cicero de legibus Gracchorum eorumque con-

1) Cicer. Oratio pro Cn. Plancio, c. 28 et c. 29, » Opimii quidem calamitas, » ed. Ern. vol. II, p. 2, p. 1107, 1108 ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 180.

2) Cicero in Bruto c. 33 et c. 27, de Caio verba nota sunt. » Utinam non tam fratri pietatem, quam patriae, praestare voluisset, » c. 27 de ambobus agitur et narratur Caium ipsum sibi mortem conscivisse, » ex invidia foederis Numantii — propter turbulentissimum tribunatum, ab ipsa republica est interfectus, » ed. Ern. vol. I, p. 531 et p. 525 cum loco de officiis I, c. 30 iam citato, de legibus L. III, cap. 9-11 ed. Orell. vol. IV, p. I, p. 559 seqq. ed. Ernesti vol. II, p. 2, p. 803-805, cum Laelio cap. 12 ed. Orell. vol. IV, p. 2, p. 287. Si quis omnia loca conferre vult, legat Orellii et Baileri Onomasticum Tullianum p. 2 verbis Tib. et Cai. Sempromnius (Gracchus) in Cic. oper. cur. Orell. vol. III, p. 532-535 ibi etiam Scholiastae caet. inveniuntur, nonnisi unum tamen Sallustii locum c. 31, bell. Ingurth, attulit, alterum omisit. Loca ex oratione pro domo Auct. ad Herennium de industria non citare, quamquam ad iudicium de Gracchis ferendum alicuius sunt momenti.

siliis nonnunquam fluctuare videtur, saepius tamen eorum causae adversari quod ipse optimatum parti esset addictus, et quod post coniurationem Catilinariam, propter supplicia de coniuratoribus sine iudiciis sumta, huiusmodi magistratum facta defendere deberet: eius sententiam de Gracchis in Bruto partium studiis non vacasse ex eo apparet, quod scripsit Tiberium *a re publica* interfectum fuisse: Scipio Nasica autem erat homo privatus, nullum ei ius erat alium civem, multo minus Tribunum sacrosanctum occidendi, Consul ipse renuebat, et quaestio erat, num caedes a republica i. e. ex legibus, moribus a Consule proficisceretur nullo Senatusconsulto facto, vel, postquam hoc factum erat, ex legibus Porciis Semproniae.

Eidem parti optimatum Velleius Paterculus deditus est inprimis, quod Tribunos plebis auram adpetentes Augusto invisos esse sciret, tamen Opimium atrociter in Gracchanos saeviisse concedit, caedem filii Fulvii vocat *scelus* additque factum Opimii in Gracchum visum fuisse potius *ultionem privati odii quam publicam vindictam*: fama culpae Gracchorum mentisque eorum statum 1) reipublicae turbandi ab opti-

1) Velleii Paterculi hist. Rom. L. II, cap. 6, p. 81, 82, cap. 7, p. 84, 87, cum cap. 2, p. 88, 89, cap. 3, p. 70, 71 animadversione digna sunt verba de Tiberio » summa inis miscuit et in praeruptum atque anceps periculum adduxit » reipublicam. De Caio » nihil immotum, nihil tranquillum, nihil quietum denique in eodem statu relinquebat. » Iam citavi contra Vellei. sententiam Iuréc. Gerlach. Velleium defendunt Bähr, Gesch. der röm. Litteratur, ed. sec. Carlsruhe 1832, § 204 et praec. § 205, p. 417-419. » Im Gegenheil finden wir in des Velleius Erzählung *Wahrheitsliebe und Gewissenhaftigkeit!* die auch in der sorgfältigen Auswahl und Prüfung

matibus ad progeniem suam, ad saecula sequentia est perlata et a scriptoribus huius partis scriptis est mandata; ex his Appianus partim, Plutarchus nunquam hausisse videntur; cum his igitur praecipue Sallustii, plebis partem addicti, loca nobis servata sunt conferenda: tametsi ille nimias nonnunquam iis laudes tribuat, haec veritati convenire videntur: „Tiberius et C. Gracchus — vindicare plebem in libertatem et paucorum scelera patefacere coepere,” quae de agris publicis a Patriciis et partim ab equitibus occupatis, de muneribus ab iis male, vel Romae, vel in provinciis gestis interpretari debemus: et ipse deinde addit. „Et sane Gracchis, cupidine victoriae haud satis moderatus animus fuit.” 1)

ältern Quellen, selbst wenn solche nicht ausdrücklich angeführt werden, sich bewahrt“ cit. Morgenstern, Ruhnkenius, Jacobs. Crause Prolegomena ad Velleii Pat. hist. Rom. III, p. 35 seqq. cuius p. 38 et 41, ubi nominatim de Gracchis Crause fidem et aequitatem iudicii de iis Caii Velleii defendit, non plane his accedo. Conf. etiam Caroli Morgenstern, Comment. Critica de fide historica Vell. Patere. in ed. Vell. Crausii 1830, p. 105 seqq. inpr. p. I, p. 106 seqq. p. III, p. 137 recens. adol.

1) C. Crispi Sall. bell. Inguurth, c. 42, p. m. cum cap. 31, p. 72 „Utriusque cladis non lex, verum libido eorum finem fecit” i. e. de caede C. Gracchi et Fulvii. Varro etiam scribebat Gracchus, uti Sallustius. Conf. etiam Valerius Maximus, L. VI, c. 3, § 1, ed. Torrenius, p. 551 „quia statum civitatis conati erant convellere, insepulta cadavera iacuerunt.” Et Sextus Aurelius Victor, de Viris Illustribus, cap. 64, de Tib. Graccho etc. 65, de Caio Graccho. Cum notis Machanei, Vineti, Schotti, Gruteri al. curante Arntzenio, Amstelodami et Traiecti 1733, p. 243-249. Non valde favet Gracchis et nimis breviter de iis agit, attamen convenit Tiberium non vi obstitisse, nec seditionem movere voluisse, et Nasicae privatam cum armis adortum esse, quamquam affirmat Caium Gracchum concionem a Tribuno

huius causa Gracchi et praecipue Caius reprehendendi videntur, quod nimis vehementer ac celeriter rem novarum reipublicae mutandarum aggressi sint: iustitia saltem, ut Senatus, iudicia, non nisi sensim paulatimque sunt commutanda.

Opimius, qui crudeles quaestiones de amicis Gracchi habuerat, Gracchi caedis causa in Comitiorum iudicium est vocatus, Carbo eum defendit asserens Gracchum iure esse interfectum et magis eius eloquentia quam iure causae Opimius est absolutus, mox tamen alio iudicio damnatus est.

Plutarchus eum a Iugurtha pecuniam accepisse et peculatus reum factum poena mulctatum fuisse memoriae prodidit; verisimiliter ille et Velleius ex Cicerone explicandi sunt Opimium primum perduellionis vel caedis civis accusatum eloquentia Carbonis, po-

Plebis avocasse et huius rei causa in Senatu accusatum fuisse, deinde armata familia Aventinum occupasse et ab Opimio victum fuisse. Eius testimonium non magni momenti est, quia Constantii et Iuliani temporibus vixit et hoc eius opus nec Nepoti nec Plinio nec Suetonio adscribendum est. Hanc sententiam iam refellerat Ger. Joann. Vossius in opere de historicis Latinis, L. II, c. 8. Lugd. Batav. 1651, p. 195, 196. Deinde Arntzenius, in Praef. p. IV-VI, qui tamen putat hoc opus magnam partem excerptis ex Nepote constare et hoc Aurelio Victori non esse tribuendum, in hac editione etiam inventiuntur testimonia Joannis Metelli, Schotti impr. nominandi (qui hoc Cornelio Victori adscribit. Henkii, Vossii alior. p. 1-14. Nuper Baehr, in opere quod non satis laudari potest, coniectura assequi conatus est, hoc opus continere excerpta ex maiore opere Nepotis, Baehr, Gesch. der röm. Literatur, ed. sec. Carlsruhe 1832, § 231, p. 467, verumtamen § 187, p. 373, vehementer negat hoc Nepoti ipsi tribuendum esse. Omnes profitentur huic operi multos inesse errores, si partim ex Nepote hoc excerptum est, multa ex aliis saltem his adiecit

testate Patriciorum, optimatum universe in Comitii absolutum fuisse, deinde quaestionem peculatus de eo institutam fuisse, et iudices equites eum damnasse.

Vir qui tam sordido vitio erat contaminatus, qui Gracchi erat inimicus potius invidia, odio partium, quam amore patriae, Gracchum eiusque amicos interemisse videtur: propter Senatusconsultum, quo permagna in cives seditiosos, ut Gracchani et Fulviani existimabantur, potestas huic Consuli data erat, non facile damnari potuisset; quaestio in eo versabatur, an talia Senatusconsulta legibus Porciis et Sempronii vetita essent. 1)

39 Ut hoc uno verbo indicem, Comitiam in quibus

1) Cicero de Oratore L. II, c. 25, ed. Ern. vol. I, p. 363, ed. Orell. vol. I, p. 275, » saepe autem res non, sit, necne, sed qualis sit, quaeritur: ut quum L. Opimii causam defendebat apud populum, audiente me, C. Carbo Consul, nihil de C. Gracchi nece negabat, sed id iure, pro salute patriae factum esse dicebat" in Bruto, cap. 34 ed. Ern. vol. I, p. 532 ed. Orell. vol. I, p. 408, » civemque praestantissimum L. Opimium, Gracchi interfectorem, a populo absolutum, quum is contra populi studium stetisset, Gracchani iudices sustulerunt." Plut. vita Caii Gracchi c. 108, vol. VIII, p. 37, οὐκ ἀπέχετο κλιπῆς, ἀλλὰ πεμφθεὶς ὡς Ιουγούρταν τὸν Νομάδα πρεσβυτέρῃ, διεθάρη χρήμασιν ὑπ' αὐτοῦ καὶ δίκην ἔφρων ἀσχηστὴν διαδοκίμας. Velleii Paterc. L. II, c. 7 ed. Crause p. 86, 87 » sed Opimium, virum alioqui sanctum et gravem damnatum postea iudicio publico, memoria ipsius saevitiae, nulla civilis persecuta est misericordia — crudelisque mox quaestiones in amicos clientesque Gracchorum habitae sunt." Haec etiam narrat Memmius in oratione ap. Sallust. bell. Jug. c. 31, p. 72. Geib Opimium non ex mandato Senatus egisse, sed » Kraft eigener Machtsvollkommenheit, blos unterstützt durch dessen Autorität" sc. Senatus minus vere existimat, Gesch. des Röm. Crim. proc. aet. II, p. I, cap. II, p. 218, nam talis potestas Consulibus a Senatu decerni solebat solemniformula: tanta potestas Consulibus antea non erat. Opimium et Ciceronem

rēs gravissimae peragebantur, saepius hac aetate erant tributa, vel inprimis, quod ad leges ferendas attinet.

§. 2.

Fata Appuleii Saturnini, Iudicium Deciani, Sesti Titii, Vettieni.

Marius parva stirpe ortus, partim virtute bellica et plebis adulatione, partim machinationibus Appuleii Saturnini seditiosissimi Tribuni, qui magnam vim in plebeiorum praecipue agrestium animos habebat, quarta vice Consul creatur: deinde hi viri inter se conveniunt alterum Consulem, alterum Tribunum plebis iterum iterumque creati, ambos rempublicam gubernare et adversarios exsilio e civitate pellere.

Teutonis Cimbrisque a Mario et Catulo fisis Saturninus, qui uti antea de Consulatu, nunc de lege cum Mario consilia agitarat, legem tulit, ut Gallia Transpadana inter cives divideretur, plebs frumento donaretur et coloniae deducerentur, cui legi clausula adiecta erat Senatum intra quinque dies iurare oportere se, quidquid populus iussisset, obtemperaturum.

Marius initio praese tulerat se tale iusiurandum nunquam praestitutum, deinde primus iuravit ea mente

non ipsam Senatum in iudicium vocatos fuisse, ut asserti Geib, tali sententiae non repugnat: totus Senatus non poterat in iudicium vocari, et propterea ille qui Senatui praeserat, et qui eius iussa universe tali formula data exsequutus erat, qui generale mandatum, ut ita dicam, acceperat, eorum, quae secundum Senatus iussa fecerat, accusabatur.

ut adversarius suus Metellus a Numidico inde bello ei invisus, quem tale iusiurandum negaturum esse probe sciebat, e civitate pelleretur; hic sententiam suam de iureiurando mutare noluit, sed omnem vim, quam eius amici adhibere volebant iniquam esse existimans sponte in exsilium abiit. Paulo ante Nonius a populo iam Tribunus creatus ab Appuleio, ab ipsius amico Glaucia et ab infima plebe fustibus erat interfectus, quod optimatum partī addictus esset, nec tamen huius delicti accusati sunt, quum hoc tempore Tribuni igitur sacrosancti essent: ab utraque parte de iureiurando et de legibus Appuleiis in Comitibus fustibus pugnatum erat 1).

1) Appianus de bellis civil. L. I, c. 28, cap. 31, vol. I, p. 26-29, c. 30. βιαζομένον δὲ καὶ ὡς τῶν περὶ τὸν Ἀπουλῆιον — ἔβλα ἀρπάσαντες — οὐδ' αὖθις ὑπὸ τοῦ Ἀπουλῆϊου συγκαλούμενοι, μετὰ ἔβλων καὶ ἄλλοι τοῖς ἀποικοῖς ἐπέστησαν καὶ βιαζόμενοι τὸν νόμον ἐκύρωσαν — Μάριος τῇ βουλῇ προτιθεὶ σκοπεῖν περὶ τοῦ ἔρκου cap. 31. Ἀπουλῆϊος, ἐπιπέμφας τὸν ὑπηρετήν, ἐξέταλκεν ὑπὸ τοῦ βουλευτηρίου, i. e. Metellum qui iureiurandum praestare recusabat, Plutarchi vita Marii c. 7-11, de odio Marii et Metelli, vol. IV, p. 100-105, in Biblioth. class. script. Graec. vol. XIX, c. 14, vol. IV, p. 108. Λούκιος Σατορνίνος, ὁ καλίστα τῶν δημοκράτων ἄγων τὸ πλῆθος, ὑπὸ τοῦ Μαρίου τετραπευμένως, ἐδημηγόρει, κελύων κείνου (Μαρίου) ὑπατοῦ ἀρεῖσθαι | cap. 28, p. 124, καὶ πρὸς αὐτὸ Γλαυκίαν καὶ Σατορνίνον, ἀνθρώπους βραχυτάτους, καὶ πλῆθος ἰσχυρὸν καὶ βορυβοποῦν ὑπ' αὐτοῖς ἔχοντας, οὐκ κειωσάμενος, εἰσέφερε νόμους δι' αὐτῶν, cap. 29, p. 124, 125, de iureiurando et de Nonii caede, de qua sic scribit Appianus de bell. civil. L. I, c. 28, vol. I, p. 26. » δέσαντες δ' ὁ Γλαυκίας καὶ ὁ Ἀπουλῆϊος, μὴ δημοκράτων αὐτοὺς ἀμύνατο, ἔχλον ἀνδρῶν εὐδὲς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἀπέντι ἐπιπέμπουσι σὺν βορύβῳ, καὶ ἔς τε πανδοχεῖον συμφωνήντα συνεκέντησαν. L. Annaei Flori Epitome rer. Roman. L. III, c. 16, p. 76, 77. » Occiso palam comitibus A. Nonio, competitore Tribunatus — rogandis Graecorum legibus ita vehementer incubuit, ut Senatum quoque cogeret in verba iurare" Vellei. Paterc. L. II, c. 12, de hisce nihil scribit. nisi univ. L. II, c. 12, ed. Crause p. 108. Epitome Liv. Hist. L. LXIX, cur. Drak. vol. VI,

Deinde ab Appuleio eiusque amico inuenis, qui dicebatur servus fugitivus, fingitur esse filius Tiberii Gracchi, cuius nomen apud plebem iam summis laudibus celebrari coeperat, et eorum opera Tribunus plebis creatur, unde tertius iis consiliorum fit socius: Glaucias Consulatum petit, Marcus Antonius sine ullo discrimine alterum Consulatum Comitiorum suffragiis obit, de altero ambigitur, pars civium Memmio, pars Glauciae favet: tunc Saturninus plebeios suae partis cum fustibus, fortasse cum gladiis in ipsa Comitia mittit et Memmius palam ab iis trucidatur: ipsa plebs tanto scelere commota magnam partem in Saturninum invehitur eique caedem minatur: ille servos ad libertatem vocans cum suis fautoribus inprimis agrestibus armatus Capitolium occupat.

Marius iam diu ei clam auxiliabatur, nunc etiam, Plutarcho teste, consilia domi cum eo habuit, de quibus tamen dubitari licet, quum valde difficile ac periculosum Saturnino fuisset a Capitolio Marii domum se conferre; si aliquid veri Plutarchi narrationi inest, ut probabile est propter indolem Marii et priores huius cum Saturnino machinationes, potius nuntium ad eum misit.

Senatusconsultum decernitur solemnibus formula, „videant Consules caet.” C. Mario et L. Valerio Consu-

p. 111-114. Marii consilia dubia fuisse etiam affirmat, cum vocat seditionis auctorem, qua per vim in Comitibus Metellus ad exsilium damnatus est. De Saturnino bello quodam interfectus est, et Freinsheimii suppl. ibid. c. 1-28, p. 114-118. De accepta fide mentionem facit.

libus potestas datur Tribunos plebis, Praetores, quos vellent, sibi adiungere: populum, plebem ad arma cient, multi adveniunt equites, Tribuni omnes praeter Saturninum cum Senatu faciunt. Tum Capitolium ab iis undique circumdatur, seditiosi cives, fistulis abruptis, aqua carent: unus Saufeius „ignem Capitolio immittamus” vociferatur, sed Saturninus et Glaucias Mario fidem habentes, quocum pacti erant, ut vita iis salva maneret, hisce conditionibus sese dediderunt. Statim in carcerem Curiae deducuntur, Marius ad populum renuntiat iudicia de iis fieri, attamen populus iratus e Curia eos detrahit et lapidibus ac fustibus eos opprimit: corpora mortuorum a plebe lacerantur 1).

1) Appianus de bell. civil. L. I, c. 32, 33, vol. I, p. 20, 30. de illo, qui Gracchi filius dicebatur, δραπέτης εἶναι νομιζόμενος, — δέσας δ' Γλαυκίας καὶ δ' Ἀπυλλίου, ἐπιπέμπουσι τινὲς αὐτῶν σὺν ξύλοις ἐν αὐτῇ τῇ χειροτονίᾳ, οἱ τὸν Μάρμιον παίοντες ἐν μέσῳ πάντων ἑρόντων συνέκλιψαν. — οὔτε ὕβριον οὔτε δίκαστηρίου οὔτε τινὲς αἰδοῦσι ἐπὶ ὑπόσχεσι — τὸ Καπιτώλιον κατέλαβον καὶ αὐτοὶ τῆς βουλῆς ἀναιρεθῆναι ψηφισαμένοι, ὃ Μάριος ἀχθόμενος, ὕμῳ ὥπλιζε πένες σὺν ὕβρι καὶ βραδύοντες — ἐλπίσαντες αὐτοῖσι ἐπικουρήσειν Μάρμιον — ὡς ἐνομιώτερον ἐργαζόμενος — τὸν κέραμον ἐξέχουον τοῦ βούλευτηρίου — ἔτι περιειμένους τὰ σίμβολα τῆς ἀρχῆς. Plutarchi vita Marii c. 30, vol. IV, p. 126. Μάριος δὲ τὸν Σατορνίνον ἀντὶ τῆς ὑπουργίας ταύτης ἐπὶ πᾶν πρῶτοντα τόλμης καὶ δυνάμειος περιορῶν ἀναγκάζμενος, ἔλαβεν οὐκ ἀνεκτὸν ἀπεργασάμενος καινὸν, ἄλλ' ἀντικίρως ὕβριος καὶ σφαγαῖς ἐπὶ τυραννίδα καὶ πολιτείας ἀνατροπὴν πορευόμενον, — de Mario ἑτέραις ἑοραῖς ἐκείνον (Saturn) ὑπεδέξατο — καὶ παρέδωκε σφᾶς αὐτοῖς διὰ τῆς λεγομένης δημοσίας πίστεως. Ἐπεὶ δὲ παντοῦτος γενόμενος ὑπὲρ τοῦ σῶσαι τοὺς ἄνδρας, οὐδὲν ἔβησεν, ἀλλὰ κατόντες εἰς ἀγρᾶν ἀναβλήσαν ab Appiano igitur recedit, qui diserte narrat eos, e Curia ereptos fuisse; et hic a Floro confirmatur. Epit. L. III, cap. 16, p. m. 77. »Sed quum abruptis fistulis obsidetur, Senatamque per legatos poenitentiae fidem faceret, ab arce degressus cum ducibus factionis receptus in Curiam, est. Ibi cum facta irruptione, populus fustibus saxisque coopertum in ipsa quo-

Saturninus profecto varia facinora perpetrarat, quae contra rempublicam erant facta, saepe gravissimae ab

que monte laceravit." Velleius Paterculus contra memoriae mandavit Consullem Marium illos in Curia mortis poena affecisse quod propter horum scriptorum testimonia et imprimis propter Ciceronis orationem pro Caio Rabirio refellitur. Vellei. Patere. L. II, c. 12 ed. Krause p. 107, 108 verba animadversione digna ibi inveniuntur » continuatis honoribus rempublicam lacerantium et *gladiis* quoque et caede Comitum discutientium." Ciceronis oratio pro C. Rabirio praecipue conferenda est cum his scriptoribus cap. 6-10 et c. 12 ubi fragm. Niebhürii ap. Orell. ed. Orell. vol. II, p. 1, p. 577-582 ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 739-743. » Adhibent omnes Tribunos plebis praeter Saturninum, Praetores praeter Glauciam: qui rempublicam salvam esse vellent, arma capere et se sequi iacent. Parent omnes. Ex aedibus sacris armentariisque publicis arma populo Romano, C. Mario Consule distribuente dantur — quum Saturninus Capitolium teneret armatus," eod. cap. 7 Senatuscons. » C. Marius, L. Valerius Consules, adhibent Tribunos plebis et Praetores, quos eis videntur: operamque darent, ut imperium populi Romani maiestasque conservarentur? Consules igitur simul cum Tribunis hoc Senatuscons. exsequuntur, sed ab iis pendent, quos Tribunos praeterea adhibere velint. cap. 10. » Ac, si fides Saturnino data est, quod ab te saepissime dicitur: non eam C. Rabirius, sed C. Marius dedit: idemque violavit, si in fide non stetit. *Quae fides, Labiene, qui potuit sine Senatusconsulto dari?* Adeone hospes huiusce urbis, adeone ignarus es disciplinae consuetudinisque nostrae, ut haec nescias?" Itaque non negat fidem a Mario datam fuisse, sed potius eam nullam vim habere. Oratio I in Catiliam Cicer. c. 2 ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 6, ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 748, oratio IV, c. 2. ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 40 ed. Ern. vol. II, p. 1, 790. Cicero in Bruto c. 62, Orell. ed. vol. I, p. 425. » Is Praetor eodem die (Glaucia), quo Saturninus Tribunus plebis, Mario et Flacco Consulibus, publice est interfectus" ed. Ernesti vol. I, p. 557. Contra auctor ad Herennium L. IV, c. 22 ed. Orell. vol. I, p. 77 ed. Ern. vol. I, p. 103. » Saturninum fide captum, malorum perfidia per scelus vita privavit," sunt exempla exornationum in dicendo. Ipse Cicero in oratione pro Sextio magis Saturnino favet, ex quibus

eo seditiones erant excitatae; ipse cum quibusdam sociis multo magis reipublicae imperare, quam plebi prodesse volebat, multa fecerat, quae ad regnum tendebant: etenim plebeiis armatis constipatus per forum incedere solebat, nomine Tribunatus socios regnandi vel scelestos vel humilis loci viros sibi compararat, saepius per vim Tribunus creatus erat, coniurationem cum Mario et cum eius sociis fecerat; Capitolium armatus occuparat; in seditionibus ab eo excitatis per eius operam vis adhibita erat, pugnaque nunc cum fistibus nunc cum gladiis orta erat; eo auctore duo cives a plebe, a satellitibus suis occisi erant, quorum unus sacrosanctus Tribunus erat, nec propter haec omnia probationes animi hostilis in rempublicam deerant,

apparet quam saepe hoc vel illud iudicium de illis ferat. c. 16 ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 205 ed. Ern. vol. II, p. 2, p. 1140. L. Saturnino — vigilante homine, et in causa populari, si non moderate, ut certe populariter abstineretque versato, cons. praeterea Onomasticum Tullianum Orellii et Baileri p. 2, verbo Appuleius in oper. Cic. ab Orellio ed. vol. VII, p. 59. Index legum Orellii vol. VIII leges Appuleiae agraria, frumentaria, de coloniis p. 135-137. Valerius Maximus L. VIII, c. 6, § 2 ed. Torren. p. 722, L. IX, c. 7, § 1 et 3, p. 829 ubi etiam caedes Nonii narratur. Götting, Gesch. der röm. Staatsverf. § 146, p. 454-457 cum § 147, p. 457. Ferguson the progress and term. of the rom. republ. II, cap. 5, p. 108, cap. 6, p. 112-114, de fide a Mario Saturnino data mecum convenit. Auctor de viris illustr. (Aur. Victor) c. III, p. 73. Taciti Annal. L. III, c. 27 ex recensione Ernesti denuo cur. Oberlinus, vol. I, p. 206. »Hinc Graeci et Saturnini turbatores plebis: nec minor largitor, nomine Senatus, Drusus.» Schmitthenner, Grundrissen des allgemeinen oder idealen Staatsrechts, p. I, cap. II, hui. p. IV, § 34, p. 84-86, minus recte: »Er ward in offener Bürgerschlacht, in der die ausgezeichneten Mitglieder der Nobilität bewaffnet erschienen, erschlagen.

summo iuro igitur gravissimorum delictorum et in specie perduellionis in tali iudicio accusari ac damnari potuisset; post decretum Senatus, post Capitolium ab eo armis occupatum, ut hostis reipublicae Romanae a civibus Romanis a Consulibus ductis iure occidi potuisset, eo temporis momento, quo Capitolium caperetur, si de conditionibus cum eo non conventum fuisset: conditionibus latis et acceptis plebs magis irae indulgisse quam iure egisse videtur: optimates verisimiliter ipse Marius idonea ad Saturninum eiusque socios tuendos et custodiendos adminicula non adhibuerunt, quia mors seditiosi Tribuni iis grata erat, quia Marius potestati in plebeios Saturnini iam invidebat, ne consilia cum hoc Tribuno a se agitata patefierent, metuebat. Si Consuli non tanta esset potestas, ut pacta cum seditiosis facere posset, hi iam in carcerem missi erant et a Senatu vel potius a iudicio populi in Comitibus diiudicari potuissent, Senatus nunquam concedere debuisset civem a plebe lacerari, quamquam hostis instar haberi posset. Saturninus sine ullo dubio homo erat improbus et seditiosus, auctor fuerat caedis civium, omnes fere ab eo defecerant propter eius facinora, verumtamen hoc bene est tenendum plures scriptores, qui eius facta narrarunt, optimatum parti favere, et optimatibus eum inde ab initio invisum fuisse, quod patronus plebis haberetur: eius leges saltem non omnes iniquae fuerunt.

Cicero in oratione pro C. Rabirio ipso perduellionis reo nos certiores facit Saturnini delictum proprie perduellionem fuisse, nam *hostem populi Romani* interfectum esse affirmat, eum vocat *hostilem in modum*

seditiosum: ex iure Romano huius aetatis etiam tum in iudicium perduellionis vocandus fuisset, sed verisimiliter in tanta rerum perturbatione Senatus potestatem iudicandi sibi vindicasset, nisi plebs Saturninum lacerasset.

Cicero 1) variis locis orationum vel operum rhetoricorum Gracchorum et Saturnini ut hominum seditiosorum mentionem facit eorumque exempla affert ad probandum Senatusconsultis et a magistratibus iure in eos esse animadversum, ex quibus magis magisque nobis apparet, quam caute de Gracchis nobis sit consulendus: si enim facta et consilia Gracchorum, ut ea secundum antiquos scriptores ex rebus et factis, et ex reipublicae Romanae conditione exposui, cum Saturnini facinoribus et morte comparamus, maxi-

1) Cic. Orat. in Catil. I, cap. 2, ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 6, ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 748, in Bruto cap. 62 ed. Orell. vol. I, p. 407, ed. Ern. vol. I, p. 557. »Seditiosorum omnium post Gracchos L. Appuleius Saturninus eloquentissimus visus est.» Ciceronis fragmenta orat. sec. pro Cornel. ed. Ern. vol. IV, p. 2, 1049, ed. Orell. vol. IV, p. 2, p. 453. — «Velim quaerere, utrius tandem tribunatus minus probari potest, C. Cornelii, an non dicam P. Sulpicii, non L. Saturnini, non C. Gracchi, non Tiberii: neminem, quem isti seditiosum existimant, nominabo» et passim Flori Epit. L. III, c. 16, p. 76. »Saturninus Gracchanas asserere leges non destitit.» — p. 77 »rogantia Gracchorum legibus ita vehementer incubuit.» Partim solum vera sunt. Sextus Aurelius Victor de viris illustribus ed. Arntzenius 1733, Amstelod. cap. 73, p. 268-272, »in deditio-nem accepit nec deditis fides servata — Appuleius, cum in Curiam fugisset, lapidibus — interfectus est.» Itaque hac in re eius narratio ab aliis differt narrationibus de Saturnini morte, minus recte de Mario cap. 67, p. 254 »Saturninum Trib. plebis, et Glauciam Praetorem seditiosos ex Senatusconsulto interemit.» Cic. Orat. Phil. VIII, c. 5 ed. Ern. vol. II, p. II, p. 1562 et 1563.

me inter se differant, necesse est: consilia Gracchorum, leges eorum multo magis civium libertatem, plebeiorum iura, quam Saturnini rogationes, spectabant; Gracchi revera seditiones non excitarunt, cives non armarunt, nisi fortasse ad se defendendum, nullus civis, *multo minus Tribunus plebis vel Consul*, eorum opera occisus est, non directe, ut Saturninus ad regnum tendebant; pugna vel fustibus vel gladiis in Comitibus eorum opera non orta erat.

Non multum post C. Decianus vir summae integritatis, quem boni cives summis studiis prosequerentur, P. Furium omnibus fere vitiis inquinatum in Comitibus accusavit: quum vero in oratione, ad populum de Furii delicto habita, de Saturnini morte questus esset, Furius est absolutus, Decianus huius orationis causa exsilio est damnatus 1). Sic etiam Sextus Titius in exsiliium est pulsus, quod imaginem Saturnini domi habuisset; divitibus nempe invisus erat propter legem agrariam ab eo, latam.

1) Cic. orat. pro C. Rabirio c. 9, ed. Orell. vol. II, p. 1, p. 579, 580, ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 742. » At C. Decianus — quia, quum hominem omnibus insignem notis turpitudinis P. Furium accusaret summo studio honorum omnium, *queri est ausus in concione de morte Saturnini*, condemnatus est; et Sex. Titius quod *habuit imaginem L. Saturnini domi suae*, condemnatus est.” Rationes addit deinde idem Cicero » statuerunt equites Romani illo iudicio, improbum civem esse et non retinendum in civitate, qui hominis, hostilem in modum seditiosi, *imagine aut mortem eius honestaret*, aut desideria imperitorum misericordia commoveret, aut suam significaret imitandae improbitatis voluntatem” cum Valerii Maximi L. VIII, cap. I, de publ. iud. §. damnati nr. 2 pro rostris accusaret, quia quadam in parte actionis de morte L. Saturnini queri ausus fuerat — de sent. Tit. »erat innocens” ed. Torren. p. 705.

Bello vero cum sociis Italicis orto Senatus C. Vettienum aeternorum vinculorum poena affectit bonaque ipsius publicavit, quod sinistrae manus digitos abscidisset, ne adversus socios in bello Italico pugnaret 1).

Tametsi ergo magna causarum patrono libertas dicendi Romae daretur, haec Decianum a poena non liberavit, et tamen nihil de consiliis Saturnini dixerat, neque eius mentem, neque eius leges laudarat, tantummodo de iniqua caede Tribuni locutus erat et quidem obiter: erant mera verba, quae non ad seditionem excitandam neque ad statum reipublicae labefactandum aut evertendum tendebant: hoc unum Deciano vitio verti poterat eum *publice* haec dixisse: imaginem autem civis seditiosi domi habere non erat factum, quo civis publice profitebatur se cum Saturnino facere, ad bene de cive cogitandum prope accedebat, civitatem non in periculum adducebat nec ei nocebat. Cicero tamen scribit equites eum damnasse, quod desideria imperitorum misericordia commovere aut suam significare imitandae improbitatis voluntatem consilium eius esse existimarent.

Digitos abscidere, ne cum sociis pugnaret proprie non factum erat, quod universe puniri poterat 2) nec

1) Valerius Maximus, L. VI, c. 3, § 3, ed. Torren. p. 554. »Ne in C. quidem Vettieno, qui sinistrae manus digitos, ne bello Italico militaret, absciderat, severitas Senatus cessavit. Publicatis enim bonis eius, ipsum aeternis vinculis puniendum censuit.

2) Ex Valerio Maximo non apparet eum nomen militiae iam dedisse: quidquid sit *iure militari* non coercitus est, sed a Senatu poena ei irrogata est. Magna quaestio inter viros doctos mota est, an iure Romano lege opus fuisset ad aliquem puniendum: in iure militari a duce militari in ipsis castris, vel in variis itineribus militum

patriam prodebat, hostibus non auxiliabatur, factum per se spectatum non in patriam tendebat; de causa sociorum praeterea ipsis Romanis huius aetatis valde dubium videbatur, an iusta, an iniusta esset: nam in multis bellis etiam contra Carthaginenses socii Romanis opem tulerant; eos huius rei gratia civitate Romana donandos esse multi Romani affirmabant; ab alia parte bello cum sociis exarso magnum reipublicae Romanae imminere periculum, nisi omnes cives Romani contra socios Italicos arma caperent. Gravis et nova poena hac in re statuitur, etenim carceres ad reos gravissimorum delictorum custodiendos usque ad diem iudicii, non vero ut poena universe adhibebantur.

Itaque legibus nulla poena nisi in facta statuta erat, sed moribus, arbitrio magistratum, aut iudicum vel in ipsis Comitibus in dicta nonnunquam animadvertebatur vel in talia facta, quibus vel dolus vel animus hostilis in rempublicam deerat: nonnunquam satis graves poenae iis sunt impositae. Errant igitur illi scriptores recentioris aetatis, qui existimarunt libera republica non nisi *facta* puniri.

poenae militibus pro rebus et factis graviores vel leviores verisimiliter iam infligebantur. Imperatorum aetate iure militari talia facta nominatim sunt prohibita e. g. si miles semetipsum vulnerasset. L. 607 ff. de re militari. Conf. Code pénal art. 159, 160. « toute personne, qui pour se rédimmer elle-même ou en affranchir une autre d'un service public quelconque, fabriquera sous le nom d'un médecin — un Certificat de maladie ou d'infirmité, sera puni d'un emprisonnement de deux à cinq ans art. 160, de medico haec habentur delicta falsi per scriptum. Wet op de Nationale Militie van 8 Jan. 1817, art. 168 (vrijwillige verminking).

§ 3.

Notio Maiestatis, Leges Maiestatis Apuleia et Varia.

Livius de primis liberae reipublicae Romanae temporibus verbum *maiestas* de populo, de magistratibus, et de Senatu usurpat, attamen, ut recte animadvertit Dieck, verbum et instituta suae aetatis ad prisca tempora retulisse videtur, nam in ipsis antiquis Romanorum legibus nulla mentio maiestatis fit, et ipsius vocabuli notio conditioni reipublicae prioribus saeculis post reges exactos non convenit 1). Festus sci-

1) Liv. Hist. L. II, c. 7 de Publicola cur. Drakenb. vol. I, p. 284, » confessionemque factam *populi quam Consulis maiestatem* vimque maiorem esse." Liv Hist. L. II, c. 29 cur. Drakenb. vol. I, p. 363 de Dictatore » cuius maiestatem violavit" in oratione App. Claudii, L. III, c. 63 de ordine Senatorio, vol. I, p. 807 in causa Maclii de Dictatore Cincinnato L. IV, c. 14, vol. I, p. 912 »dictatoriam maiestatem" L. VI, cap. 2, nihil de maiestate invenitur, ut Dieck voluit, sed cap. 6. vol. II, p. 281 de maiestate Consulis et Dictatoris et de maiestate Tribunorum militum consulari potestate L. VI, c. 40, vol. II, p. 442, 443. »Patrum maiestate, maiestas earum gentium, inter quas nos esse voluistis," L. VIII, c. 7 de Manlii causa nempe Consulis cum filio, qui praeter eius iussa cum hoste pugnat » maiestatem patriam," L. VIII, cap. 34. Dictator loquitur de imperii maiestate. c. 7, vol. II, p. 676, c. 34, vol. II, p. 806. Itaque plerumque in orationibus maximam partem fictis de maiestate sermo habetur nec technice: nonnunquam de magistratibus vel de populo maiestas usurpatur, ut L. VI, c. 6. Conf. Dieck, histor. Versuche über das Criminalrecht der Römer, § 21, p. 52, 53 ubi etiam loca Ennii et Plauti citantur ad probandum ea aetate ad similem notionem indicandam scriptores aliis verbis usos fuisse. In una re ab eo recedo, existimo nempe probabile esse verbum maiestatis primum in

licet a verbo *magnitudo* hoc derivat et Cicero hoc de magnitudine populi Romani interpretatur 1). Cicero in primis nos certiores facit potestatem populi Romani, qua aliis populis praecebat, eos superabat, hoc verbo indicari: sic in oratione pro L. Cornelio Balbo formulam, quae foederibus cum aliis populis ipsius aetate saepe addebatur „maiestatem populi Romani comiter conservato” „explicat id habet hanc vim, ut sit illa (civitas Gaditanorum) *in foedere inferior*. Primum verbi genus hoc *conservato*, quo magis in legibus, quam in foederibus uti solemus, *imperantis* est, non *precantis*. Deinde quum *alterius populi maiestas* conservari iubetur de altero siletur: certe ille populus in *superiori* conditione causaque ponitur, cuius *maiestas* foederis sanctione defenditur;” quae de ta-

colloquiis simili sensu adhibitum fuisse et inde sensim paulatimque deinde delictum habitum fuisse.

1) Festus de verb. signif. verbo *maiestas* ed. Dacier p. 215, »maiestas a magnitudine dicta” et in not. Dacierii sententia. conf. Schelleri Lexicon cur. Ruhkenio, vol. I, p. 776 cum p. 775 verbis *maiestas* et *magnus*. Ciceronis Orat. Partit. c. 30 ed. Orell. vol. I, p. 548, ed. Ern. vol. I, p. 717, »maiestas autem, quoniam est magnitudo quaedam populi Romani.” Couring de maiest. civili hoc primum a *maius* derivasse videtur, quem secuti sunt Dieck, Dacier, van Deventer alii conf. Dieck, hist. Versuche p. 1, p. 39, p. 39, p. 47 et not. 2; van Heiden, disput. iurid. inaug. de varia maiestatis significatione, cum olim apud Romanos, tum deinde apud recentiores populos. Groningae 1834, in dissert. Acad. Groning. ab anno 1833-1834, cap. I, § 1, p. 2, 3 et in not. multa dedit et egregie disputavit de iure Romano; de populorum Europae legibus et institutis recentiore aetate et medio aevo nimis breviter et summatim egit, quod ad notionem maiestatis attinet: de hac quaestione duas sententias avertit, sed veteres, prouti novimus, verbum a magnitudine, non a *maius* derivarunt.

libus foederibus et de maiestate. Iureconsulti Proculi fragmento in Digestis confirmantur 1).

Romani igitur varios populos imperio suo subiecisse multosque socios sibi comparasse debuerunt, antequam cogitare possent de maiestate, de conditione in foederibus, qua alii populi plane ab iis penderent eorumque potestatem et maiorem dignitatem agnoscerent: quamquam apud nullum veterum scriptorum invenio maiestatem a verbo *maior*, *maius* originem ducere, ut quidam recentiores opinati sunt, notioni maiestatis, ut sensim paulatimque apud Romanos invaluit, inest talis notio, quia non simplex est, ad civitatem aliquomodo excultam, non vero ad prima civitatis initia pertinet. Dieck et Weiske maiestatem non accurate definiri posse existimarunt et Dieckio concedendum est a iureconsultis Romanis Antonio et Sulpicio, for-

1) Ciceronis Oratio pro Corn. Balbo, c. 16, ed. Ern. vol. II, p. 2, p. 1283, ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 323, cum lege 7, § 1 ff, de captivis et postliminio caet. (L. XLIX, tit. 15); ubi distinguitur inter varia foedera, aequo foedere et foedere comprehensum: in hoc genere foederum formula, de qua Cicero et Proculus hac lege scribunt, usurpari solebat.

2) M. F. Quinctiliani Institutionis oratoriae Libro VIII, caput 4, ex recensione Obrechtii 1698, vol. I, p. 419 seqq. Studiis societatis Bipontinae Biponti 1784, vol. II, p. 43. »Plurimum tamen est in eo, quale sit factum Reipublicae laesae. Hinc moventur quidem mille iuris cavillationes. Quid sit rempublicam laedere? et laesitine, an profuerit? Et ab ipso an propter ipsum laesa sit? In facto tamen plurimum inest.» Quaestio ergo non unice a verbo maiestate pendet.

Conf. etiam M. Fabii Quinctiliani Declamatio 260, stud. societ. Bipont. vol. IV, p. 58, 59 etiam de sua aetate. Schmitthenner notionem Maiestatis populi Romani lato sensu repetit inde a tempore Iberae republ. rom. Grundlin. des allgem. oder idealen Staatsrechts, p. I, cap. II, hui. p. II, § 22, p. 61.

tasse ab ipso Cicerone, deinde Quinctiliani aetate de maiestate disputari, legibus ipsis non sanctum esse, quomodo verbum esset intelligendum, verumtamen moribus iam antea quaedam facta contra *maiestatem populi* commissa esse habebantur. Antonius et Sulpicius potius quaerebant, an seditio hoc modo orta et propter tales causas delictum contra maiestatem populi Romani censi posset, Quinctilianus de temporibus Caesarum praecipue agit et Cicero ipse variis locis inprimis Libri secundi de inventione hoc verbum illustrat „maiestatem minuere, ait, est de dignitate aut amplitudine aut potestate populi aut eorum, quibus populus potestatem dedit, aliquid derogare” Gloria et dignitas populi Romani in Comitibus, in suffragiis ferendis, in legibus, in iudiciis quam maxime eo verbo continentur, ut Cicero in Oratore scribit „si maiestas est amplitudo ac dignitas civitatis” minus ad statum reipublicae, ad maxima reipublicae pericula initio hoc delictum respexit, attamen maiestas non unice de dignitate est accipienda, illo loco, quem citavi de inventione, Cicero mentionem etiam facit *potestatis*, quae confirmantur Oratoriarum partitionum loco „maiestas autem quoniam est magnitudo quaedam populi Romani in eius *potestate* ac iure retinendo — maiestas est in *imperio* atque in nominis populi Romani dignitate” et exemplo quod ibi affertur „quam minuit is, qui per vim multitudinis rem ad seditionem vocavit” quo facto potestas et dignitas populi Romani simul minuuntur 1)

1) Quamquam igitur cum Dieckio et Weiskio convenio maie-

Celeberrimus Hugo, deinde magis fuse van Heiden contenderunt primum verbum *maiestas* de populi Ro-

statis notionem non plane accurate definiri posse, nec a Romanis tam accurate fuisse definitam, magis quam illi putant adumbrari potest, quaedam eius definitio dari potest et a Iureconsultis vel Oratoribus Romanis dabatur: deinde in titulo Digestorum ex lege Iulia res quodammodo definitur ab Ulpiano, a quo facta ad rem interpretandam afferuntur L. I, § 1 ff, ad. leg. Jul. Mai.; quae definitio ad initia notionis et delicti maiestatis non est protrahenda. Conf. Dieck, Hist. Versuche u. s. w. § 20, p. 48-50, § 21, p. 50, 51. »Es schwebte vielmehr dem Geiste des Römers der Gedanke an etwas unbestimmtes, grosses vor, wovon er sich nicht klar sagen konnte, worin es denn eigentlich bestehe“ et p. 48, not. 1. Weiske, Hochverrath und Majestätsverbrechen, das Crimen Maiestatis der Römer nimis ex Pand. locis disputare videtur, § 7, 8, p. 21-31; § 10, p. 33-36. »Der Begriff der Maiestas — der noch ein schwankender und dunkler ist, weil er von den Römern selbst nicht genau begrenzt war, nie in ein volles Licht wird stellen können. Er umfasste alles hohe, was nur der stolze Republikaner dem Populus und der Respublica beizulegen vermochte, aber eben dadurch, dass er alles dies in sich aufnehmen, und durch keine Grenze beengt seyn sollte, wurde er unbestimmt.“ Ciceronem non satis consulit: huius rei causa merito eum reprehendit celeberr. Mittermaierus, Archiv des Criminalrechts. Neue folge Ao 1836, parte tertia p. 479. »Rec. vermisst vorzüglich eine Hauptuntersuchung, welche der Verfasser an der Spitze seiner Erörterung hätte anstellen sollen, namentlich die Untersuchung, welche Bedeutung der Ausdruck *maiestas* im römischen Rechte, sowohl nach den Quellen als nach den Ansichten der Classiker hatte.“ Et iure dissert. doctiss. van Heiden laudibus celebrat. Van Heiden, uti Dieck alii solummodo de dignitate populi Romani et magistratum maiestatem intelligunt; variis tamen Ciceronis locis ostendi eam accipiendam esse etiam de potestate, unde graviora nascuntur delicta, quamquam non de tanta potestate initio, quantum delictum perduellionis spectabat vid. Cicero de invent. L. II, c. 17 ed. Ern. vol. I, p. 217. Orell. I, p. 164, eum p. 163. de Oratore L. II, c. 47-40 ed. Ern. vol. I, p. 386-388, disputat. ibid. de verbo *maiestas* inter Antonium et Sulpicium ed. Orell. I, p. 294-296

mani maiestate et nonnisi lapsu temporum de magistratibus, quibus pars populi mandata erat, usurpatum fuisse; notionem a populo originem repetere rei naturae consentaneum est, neque hoc negare ausim, sed mox ad magistratus maiestas translata esse videtur. De tempore, quo primum maiestas delictum habitum est, et facinus contra illam admissum est punitum, non constat; ea aetate reipublicae Romanae demum obtinuisse videtur, quum vel tota Italia vel magna pars eius imperio Romanorum vel plane vel foederibus esset subdita, si ad bella Punica hoc non est protrahendum: verisimiliter verbum in sermonibus iam adhi-

et cap. 25 ed. Ern. I, p. 363, ed. Orell. I, p. 276 » maiestatem minutam — ex quo verbo, lege Appuleia tota illa causa pendebat” Oratoriae partit. c. 30. Ciceronis fragm. orat. prim. pro Corn. ed. Ern. vol. IV, p. 2, p. 1044 seqq. ed. Orell. vol. IV, p. 452, » maiestas est in imperio atque in omni populi Romani dignitate.” a Quintiliano L. VII, c. 3. nobis servatum; apud Ern. II. hoc non inveni. Ciceronis Philipp. III, c. 5, ed. Ern. vol. II, p. 2, p. 1527 ed. Orell. p. 2, p. 495 non plane proprio sensu. Cicero de oratore L. II, c. 39 ed. Ern. vol. I, p. 287 maiestatem solummodo definitivitate, dignitate, ut Auctor ad Herenn. L. II, c. 12 ed. Ern. vol. I, p. 31 ed. Orell. vol. I, p. 23 » qui ea tollit, ex quibus civitatis amplitudo constat — suffragia populi et magistratus consilium — qui amplitudinem civitatis detrimento afficit.” Locus Ciceronis actionis secundae in Verrem L. IV, p. 41 ed. Orell. p. 305 proprie huc non pertinet, nam est oratoris potius, quam iureconsulti, coniungitur enim cum verbis crudelitate et scelere, tamen propter mentionem ambitus legendum est. C. Plinii secundi Panegyricus cap. 42, p. 204 ed. Badius. Quintilianus, de Institut. orat. L. VII, c. 4, ex recensione Obrechtii Argentorati 1696, vol. I, p. 419 seqq. van Heiden] disput. de varia maiest. signific. caet. cap. I, § 1, p. 1-6, de dignitate per se spectata et quod ad reverentiam illi dignitati habitam attinet, uti ab eo species distinguuntur cum § 2, p. 6-10, § 4-6, p. 11-16.

bebatur, antequam ut delictum plecteretur; a Cicerone autem citatur exemplum iudicii maiestatis ante bellum Punicum secundum, et in eo de maiestate Tribuni plebis, non vero de maiestate populi per se spectati agitur, hoc exemplo utitur de re, de more recepto, itaque non diuturnum temporis spatium inter populi et magistratum maiestate intercessit 1).

Hic Tribunus erat C. Flaminius, qui deinde bello Punico secundo Consul factus est, Senatui et optimatibus tunc invisus erat; quod iis invitis legem agrariam rogaret, ut Cicero narrat, *per seditionem*, quae tamen dubia sunt, quum Cicero optimatibus in scriptis suis saepe faveat et legibus agrariis frequenter adversetur. Pater huius Tribuni verisimiliter optimatum

1) Hugo, Lehrbuch des röm. Rechts, XI^e Ausg. vol. I, p. 701, »Handlungen gegen das Wohl und die Ehre des Volks“ maiestatis populi Romani, ursprünglich, was man im Anfange der Revolution crime de lèse-nation genannt hat. »Maiestatem a populo ad magistratus translata fuisse ei concedo, quaestio in eo versatur, an hoc temporis lapsu factum sit, an vero nonnisi perquam brevi temporis spatio; in primis huius rei causa van Heiden refellere conatus sum, Dissert. de varia maiestatis signifi. cap. I, c. 2, p. 6, »si bene video, primo loco Romani dixerunt de maiestate simpliciter et intellexerunt populi maiestatem“ — tunc affert leges Appuleiam, Variam, Cornel. cum p. 9 cum § 3, p. 10, 11. »Deinde cum populus Romanus de publica potestate partem communicavisset cum suis magistratibus, ad hoc quoque transiit maiestatis nomen.“ Citatur locus plurimis notus Cic. de invent; attamen ex hoc loco primum exemplum, quod ad nos pervenit, occurrit et plurimi scriptores nostrae aetatis probare student maiestatem ante hoc tempus vel potius post bella Punica ut delictum a Romanis habitam fuisse. Legem Appul. Mai. Schmitthenner Appianum sequens et fortasse Orellio concedente de solo iureiurando a Senatu praestando intra 5 dies accepit. Grundlin. des allgem. Staatsrechts, p. I, cap. II, hui. p. 18, § IV, p. 86.

parti addictus, eum verba ad plebem facientem e consilio plebis deduxit: propter hoc factum maiestatis accusatus est se maiestatem populi Romani minuisse, quod in Tribunum eius magistratum munere fungentem vim fecisset; nulla quaestio orta est, an esset maiestas, solummodo, an pater in Tribunum potestate patria uti posset.

Quamquam aderant neque ab usu plane recesserant leges sacratae, quibus multa huiusmodi delicta in Tribunos et Aediles plecti poterant, quamquam in eadem facinora et in graves seditiones etiamtum nonnunquam iudicio perduellionis animadvertebatur, de levioribus iniuriis magistratibus illatis, et de huiusmodi sediti- onibus cives in maiestatis iudicium moribus sensim paulatimque vocari coeperunt.

Exemplum 1) enim a Cicerone allatum nos docet

1) Cicero de invent. L. II, c. 17 ed. Ern. vol. I, p. 216, 217 ed. Orell. vol. I, p. 163 locus a pluribus adhibetur, nec tamen satis ad causam Flamini et ad tempus huius iudicii scriptores animum attenderunt. Causa inquisita est ante bellum Punicum secundum; pater maiestatis accusabatur, quod (Flaminium filium) *Tribunum* de templo deduxisset: apparet autem ex Ciceronis Academic. prior. L. IV, c. 5. Flaminium Tribunum fuisse aliquot annis ante bellum Punicum secundum ed. Orell. vol. IV, p. 1, p. 12 ed. Ern. vol. IV, p. 1, p. 31, » tum ad hos notiores C. Flaminius, qui legem agrariam, aliquot annis ante secundum Punicum bellum, *Tribunus plebis* tulerit, invito Senatu, et postea bis Consul factus sit." Cato Maior cap. 4 eod. Orell. vol. IV, p. 2, p. 242, cum exemplo ab auctore ad Herennium allato I, 12 ed. Orell. vol. I, p. 10, ed. Ern. vol. I, p. 14 eum L. II, c. 12 ed. Orell. I, p. 23 ed. Ern. I, p. 31. Caepio nempe Praetor Senatum docuerat L. Saturnini legem frumentariam nimis aerario nocituram. Senatus decreverat, si Saturninus legem ferret, eum contra rempublicam hoc facere videri, ille po-

iudicium maiestatis ante Appuleii Saturnini temporibus iam invaluisse, quamquam libenter confiteor,

pulum ad suffragia vocat, quamquam Tribuni intercesserant, hinc Caepio in Comitia impetum facit, pontes disturbat, cistas deiecit, quibus factis Comitia turbavit et prohibuit, quominus suffragia perferrentur. Ab alia parte, postquam Tribuni intercesserant, Saturninus contra ius egerat, ipse maiestatis accusari potuisset. Factum magistratus et quidem Tribunos spectat, quodammodo seditio vocari potest. Verisimiliter lex Maiestatis Appuleii Saturnini nondum erat lata, itaque ex moribus Caepio in iudicium vocatus est. Conf. Index Legum in Onom. Tull. ab Orellio et Baifero scripto in Oper. Cic. cur. Orellio, vol. VIII, p. 136, 137. Leges Appuleiae frum. et maiest. De maiestate pauca neque accurate dedit Ernesti in Clavi Ciceroniana verbo maiestas p. 605. Conf. Göttling, Gesch. der röm. Staatsverf. § 73, p. 148, maiestatem populo Romano iam ante Tull. Host. tribuit, sed nulla affert argumenta: omnia fere ex Livio effecisse videtur cum § 146, p. 455. Mittermaier in opere Staats-Lexikon von Rotteck und Welcker verbo Hochverrath, vol. VIII, p. 2, p. 202, 203. Rosshirt, Neues Archiv des Criminalrechts, vol. XI, parte 3, p. 414, das röm. Recht als Quelle u. s. w. cum vol. IX, p. 1, p. 160, über Hochverrath und die angrenzenden Verbrechen. »Die Majestas war im Sinne des alten Roms die Machtvollkommenheit eines Souveränen Gemeinwesens. Die Majestas war bei den Römern immer bei dem Volke, dem das summum Imperium zustand, und die röm. Imperatoren leiteten ihre Machtvollkommenheit stets vom Volke ab.» Feurbach, Abhandl. über Hochverrath, p. 71-73. Zirkler, die gemeinrechtliche Lehre von Hochverrath und Maiestätsverbrechen, p. 20-26. Pauca neque plane accurate Marezzoll. das gemeine deutsche Criminalrecht, § 58, p. 181, cum § 61, p. 192. Cropp. Commentat. de conatu parte II, p. 4-6, minus recte distinguit inter maiestatem regibus regnantibus, libera republica et Caesarum aetate. Conf. Carmignani Iur. Crim. Elementa vol. II, p. 6-10, cum Matthaeo de criminibus, ad tit. de laesa maiest. cap. I, p. 301-303, c. 2, p. 312, 313. Minus recte celeberr. Zachariae Heid. Sulla parte sec. p. 129, 130, maiestas nur ein neuer *Nahme* — nicht *andere Fälle*, als die welche schon unter das *crimen perduellionis* fielen;” contra magis placent. »Mit der Zeit aber ging der *Nahme*

prouti scimus, a Saturnino primam maiestatis legem latam fuisse: sunt quidem interpretes, qui legem Gabiniam ut primam maiestatis commemorent, nulla tamen apud antiquos e. g. apud Portium Latronem maiestatis fit mentio, nec notio maiestatis aetati, qua lex Gabinia est sancita, congruere videtur.

Pigghius, Dieck aliique coniectura assequi student hanc legem Saturnini propter fugam equitum, propter varias clades a Cimbris et Teutonis acceptas rogatam fuisse, unde quisque belli dux, qui fugae se daret, hoc iudicio teneretur, sed nullis Velleii Paterni, Plutarchi neque Flori locis haec sententia confirmatur: Cicero causam Caepionis et Norbani narrans, et, quid esset maiestas, ex lege Appuleia definiens magis de gravi seditione quam de fuga sermonem habet, ad unum hoc factum saltem hanc legem non restringit: gravia facta seditionis ab Antonio et Lepido de Norbano enumerantur M. Aemilium lapide esse percussum, Tribunos Cottam et Didium, quum rogationi Norbani intercedere vellent, vi e foro pulsos fuisse Caepionem reum in his ipsis Comitibus fuga plebis irae se subripere debuisse.

Antonius argumento ad Norbanum defendendum usus est seditiones quasdam iustas et prope necessarias fuisse historia Romana duce, quae, quamquam a

auch in die Gesetze über und wurde Veranlassung, dass man Fälle für strafbar erklärte, welche nach dem älteren Rechte nicht strafbar gewesen seyn würden." Nimis universe Sigonius Maiestatem habet *quamcumque iniuriam in populum Rom. vel eius magistratus* in opp. Mediolani 1736, vol. V, p. 802.

Crasso nova et inaudita vocantur, quippe qui optimatibus faveat, parti plebeiorum non solum hoc temporis momento, sed liberae republicae aetate universe grata ac iusta videbantur „neque reges ex hac civitate exigi neque Tribunos plebis creari, neque plebiscitis toties consularem potestatem minui neque provocationem, patronam illam civitatis ac vindicem libertatis, populo Romano dari sine nobilium dissensione potuisse;” quaestio igitur movenda erat, an seditio dignitatem, potestatem populi infirmaret, an *in populum* facta esse dici, posset an potius pro potestate et iuribus ipsius excitata esset: Antonius autem probare studuit Norbanum Tribunum populi voluntati paruisse, iusta fecisse per vim, magis populi quam Tribuni unius voluntate seditionem ortam fuisse: dolus igitur deerat, et propterea in lege Appuleia Maiestatis dolus requiri nec culpa sufficere videtur, ut Weiskius opinatur, propter Caepionis accusationem: Caepio vero fugae in pugna contra Cimbro quidem accusatus est, dubium tamen est, an maiestatis reus fuerit factus, nec valde probabile est eum tam diu post cladem acceptam in iudicium vocatum fuisse; Marii varii Consulatus et Tribunatus et leges Saturnini, in specie lex eius Maiestatis nimis longe ab hac clade distant, ut ex ea Caepio diiudicari potuisset; itaque magis oratoris quam iurisconsulti partes egisse videtur Antonius verbis Ciceronis in oratore, si revera ipse haec dixit: „Si Maiestas est amplitudo ac dignitas civitatis, is eam minuit, qui exercitum hostibus populi Romani tradidit, non qui eum, qui id fecisset populi Romani potestati tradidit.”

Inde non necesse est hoc factum diserte lege Appuleia plecti, fieri potuit, ut haec a Cicerone ad rhetoricum argumentum exemplo illustrandum in medium prolata sint: si Caepio Maiestatis est accusatus, hoc ex moribus, ex notione verbi maiestatis, ut moribus accipiebatur, obtinuisse videtur: nos incerti haeremus, an civis, qui patriam hostibus prodidisset, iam tunc Maiestatis iudicio teneretur. Quidquid sit ex exemplis Norbani et Flaminii patet Maiestatem vel maxime initio seditiones, Tribunorum potestatem et dignitatem, non vero, ut Weiske voluit, conata armata in rempublicam, res belli, prodiones spectasse: nulla alia facta ea lege vel moribus prohibita fuisse affirmare non ausim: pauca saltem fuerunt, plura eo tempori momentio iudicio perduellionis, quaedam legibus sacratis continebantur 1). Eodem anno ac lex agraria Saturnini, cui

1) De lege Appuleia Maiest. conf. Pighii Annales vol. III, p. 163, ubi est coniectura de clade in bello Cimbrico accepta, cum p. 175, ubi legem ex Appiani et Plutarchi clausula restituere conatur, cui sententiae accedunt Orell. et Baiter in Indice legum op. Cic. vol. VIII, p. 137 Lex Appul. Mai.; et Göttling, röm. Staatsverf. § 146, p. 455-457 existimat praeterea hanc legem potissimum agere de prodione exercituum et reipublicae et de vi in Comitibus adhibenda ac eodem fere tempore legem Plautiam de vi latam fuisse. Dieck, hist. Versuche p. 33, 57, 59, 69, 61-74. Zirkler, p. 20-23. Cropp, p. 2, p. 6. Weiske, Hochverrath § 8, p. 25 » die meisten Fälle des crimen Maiestatis auf kriegerische oder bewaffnete Unternehmungen gegen die Respubl. Veteres Vellei. Patere L. II. c. 12, ed. Crause, p. 104, 105. Florus L. III, c. 3, p. 58. Plutarchus in vita Marii c. 11 et 16, vol. IV, p. 105 et 110 cladem tantummodo Caepionis narrant, nihil vero his locis et hoc anno de lege commemorant. Contra Plutarchus testatur Saturninum legem tulisse agrariam, cui formula iurisiurandi addita erat sexto Marii consulatu, et clades Caepionis apud eum fit ante secundum Marii Consulatum; non igitur probabile est Caepionem ex

formula de iureiurando Senatus addita erat, lata esse videtur, neque ex mea sententia plane eadem est, quia ex hac clausula, ex hac lege Norbanus nunquam accusari potuisset: res perquam difficilis est, nam unus Cicero nominatim de lege Appuleia Maiestatis loquitur et quidem obiter, quum de causa Norbani ageret.

Postumii Pyrgensis simile factum erat et tamen propter accusationes capitis vel pecuniae eius causam potius ad iudicium perduellionis, non vero ad Maiestatem referendam esse arbitror, inprimis propter Livii narrationem, tametsi verbum caput hac aetate de mortis poena et de civitate usurpetur: poena autem Maiestatis hac aetate exsilium fuisse videtur, quod magis efficere possumus ex poena, qua Senatores per bellum sociorum affecti sunt, quam ex ipsa lege: gravissima species doli, animus hostilis in rempublicam nondum in maiestate requiri videtur.

lege Appuleia accusatum fuisse Maiestatis, quum magistratus in iudicium vocari solerent, simul ac muneris tempus praeterlapsum esset. Conf. inprimis Cicero de oratore c. 47-50, cum cap. 39, quae capita iam saepius a me citata sunt. Appianus de bell. civil. L. I, c. 29, vol. I, p. 26, 27. Plut. vita Marii, cap. 29, vol. II, p. 124. Heineccii Antiquit. ed. Haubold, p. 776, 777 et not. a; errat tamen Norbani causa legem latam fuisse, nam tunc fuisset privilegium. Cicero hanc legem in Orat. Partit. c. 30 etiam spectasse videtur. Conf. etiam Weiske, op. cit. minus recte, § 16, p. 56. »Ja es lässt sich nich leugnen, dass damals das Verbrechen durch blosse Culpa begangen werden konnte." i. e. ex lege Appul. Weiske minus recte scribit Apuleia. Feuerbach, über das Verbrechen des Hochverraths, p. 73, 74 etiam opinatur hanc legem propter exercitus et Caepionis fugam latam fuisse. Diu postquam haec scripseram, apud Sigonium inveni eum legem Appulei. Mai. vel maxime de seditione et vi in urbem accipere in opp. vol. V, p. 803.

Postquam a Consule tempore Caii Gracchi sociis interdictum erat, ne Romae morarentur, quum Comitia essent habenda, legibus Licinia et Mucia inquisitum erat, qui Romae cives, qui perigrini essent et hac lege illi, qui civitate Romana carerent, vetitum erat, ne iura civitatis cuius nondum essent participes, sibi vindicarent.

Tribunus Livius Drusus 1) Italicis sociis se hanc eorum conditionem legibus ferendis in melius mutaturum fidem fecerat et revera civitatem Romanam cum iis communicare conatus est, sed Senatoribus propter legem de iudiciis inter Senatores et Equites dividendis invisus, neque Equitibus valde gratus, quod iudicia iis solis non dedisset, clam est interfectus.

Tum socii spe civitatis destituti foedus ad civitatem Romanam armis sibi comparandam inter se fecerunt armaque contra Romanos ceperunt. Multi Romani clam iis favebant, vel propter gentium vincula, vel, quod causam eorum iustam iudicarent, vel, quod auro magistratum populorum Italicorum essent corrupti. Tunc Equites Quinctium Varium Tribunum ad legem in Comitibus tributis rogandam permoverunt, qua quisque civis Romanus, qui socios ad bellum contra Urbem excitasset iisque opem tulisset, Maiestatis delicti noxius haberetur 2).

1) Hic erat filius Livii Drusi, qui Caii Gracchi consiliis obstiterat.

2) Scriptores, quod ad verba legis attinet, inter se differunt. Valerius Maximus L. VIII, c. 6, de aliorum vindicta ed. Torreaus, p. 723, 724. » Q. autem Varius propter obscurem ius civitatis Hybrida cognominatus Tribunus plebis legem adversus intercessionem collegarum perrogavit, qua inebat quaeri, quorum dolo malo socii ad arma evocati essent. Verba » evocati essent? dubia sunt, nam possumus ea

Appianus et Asconius etiam de auxilio sociis lato et de ipsis Romanorum factis contra Urbem mentionem faciunt.

interpretari, vel de iis qui socios vexarunt, itaque coegerunt, ut se defenderent, vel de iis, qui socios ad bellum contra Romam excitarunt; hoc modo sunt intelligenda propter Appiani et Asconii testimonia. Conf. Appianus de bellis civil. L. I, c. 37, vol. I, p. 34. κρίσεις εἶμι κατὰ τῶν τοῖς Ἰταλιώταις ἐπὶ τὰ κοινὰ φανερώς ἢ κρύφα βοηθούτων — Τὸν μὲν δὴ νόμον ἀπαγορευόντων τῶν ἑτέρων δημάρχων μὴ τῖσθαι, περιττάντες εἰ ἵππεῖς σὺν ξιφιδίους γυμνοῖς ἐκύρωσαν. ὡς δὲ κελεύεται, αὐτίκα τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν βουλευτῶν ἐπεγράφητο κατ'ἕρομαι. Asconius in Scaurianam ap. Orell. vol. V, p. 2, p. 21, 22. » Italico bello exorto cum ob sociis negatam . . . civitatem nobilitas in invidia esset, Q. Varius Tribunus plebis legem tulit, ut quaereretur de iis, quorum ope consiliove socii contra populum Romanum arma sumpsissent. Tum Q. Caepio vetus inimicus Scauri — ut Q. Varius tribunus plebis belli concitati crimine adesse apud se Scaurum iuberet' cum orationis pro Scauro Ciceronis fragm. c. 3 ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 258 ed. Ern. vol. IV, p. 2, p. 1056 » ab eodem (Q. Serv. Caepione) etiam lege Varia custos ille reipublicae proditionis est in crimen vocatus' cum Bruto cap. 58 ed. Ern. vol. I, p. 551, 552 ed. Orell. vol. I, p. 421, cap. 89 ed. Ern. I, p. 581 ed. Orell. I, p. 442. fragm. Orationis pro Cornelio primae ed. Ern. vol. IV, p. 2, p. 1048 ed. Orell. vol. IV, p. 2, p. 421 et Asconius ad hunc locum ed. Orell. vol. V, p. 2, p. 73 » cum multi Varia lege inique damnarentur, quasi id bellum iis auctoribus conflatum esset.' Tuscul. disput. L. II, c. 24 ed. Orell. vol. IV, p. 1, p. 289 ed. Ern. vol. IV, p. 1, p. 351. Eheu apud Ciceronem nonnisi pauca et obscura inveniuntur. De lege Mucia et Licinia conf. fragm. Cic. orat. pro Corn. primae ed. Orell. vol. IV, p. 2, p. 449 cum Velleio Paterculo ed. Crause L. II, c. 14, 15, p. 111-117, p. 115 qui Italicoerum populorum causam iustam esse censet » causa fuit iustissima. Petebant enim eam civitatem, cuius imperium armisuebantur . . . neque in eius civitatis ius recipi, quae per eos in id ipsum pervenisset fastigium.' Plutarchi vita Marii c. 32, 33, vol. IV, p. 128. Flori Epitome L. III, c. 17, 18, p. 78-80. Conf. Göttling, Gesch. der röm. Staatsverfassung, § 145, p. 448-454, § 146, p. 457 et in notis cum, p. 455 et 450. » Das Appulejische Gesetz de ma-

Valerius Maximus et Asconius de civibus Romanis belli sociorum *auctoribus* sermonem habent, et hi praecipue hac lege petuntur, ut causae belli, quamquam ipsi nihil fecerant, consilia fortasse solummodo dederant; dolus malus requiritur, unde etiam apud Ciceronem proditio vocatur: bellum revera ortum erat, et propterea lex Maiestatis perlata est, factum civium Romanorum ex una parte legis non erat perpetratum, nec stricto sensu factum dici poterat, nam de iis quaestio haberi poterat, qui orationibus sociorum animos ad bellum impulerant, vel, qui clam iis consilia dederant, tunc erat species quaedam coniurationis: ex verbis Asconii et Valerii Maximi verisimile videtur legem in eos quoque esse latam, qui iam ante legem a Comitibus sancitam socios excitarant, bellum iam antea exarsum erat, haec

jestate wandte das Gesetz des Varius dann auf diejenigen besonders an, welche die Italiker zur Forderung des Bürgerrechts aufgereizt haben sollten." Sed non plane constat an proditio lege Appuleia Maiestatis plecteretur, Scaurus verisimiliter ex lege Varia Maiestatis a Varius accusatus est, non vero lege Appuleii. conf. Valerius Maximus L. III, c. 7, § 8, p. 300 ed. Torren. et not. 56. Dieck, histor. Versuche über das Crim. Recht der Römer, § 25, p. 59-61, § 27, p. 65, 66. Minus recte » Eben dasselbe verordnete das zweite Majestätsgesetz — Fassen wir diese beiden ersten Majestätsgesetze näher ins Auge, so muss der flüchtigste Anblick lehren, dass sie sich rücksichtlich ihres Inhaltes enge an die alte Perduellion angeschlossen, und, dass das, was hier als Majestätsverbrechen angegeben ist, früher unter die Perduellion fiel." Ferguson the progress and termination of the Roman republic, L. II, cap. 6, p. 118. Index Legum ab Orellio et Baiero in Cic. oper. ed. Orell. vol. VIII, p. 291, 292 inprimis de loco Cic. Tuscul. Quaest. II, 24. Feuerbach, über das Verbrechen des Hochverraths, p. 74. Sigonius de Iud. II, c. 29, in eius opp. vol. V, p. 803.

juris principiis universe et Romanorum hac aetate repugnant. Appianus contra legem de delictis, quae deinde admitterentur, intelligit: quidquid sit, partium studiis haec lex non vacat, nam Equites, ceteris Tribunis die Comitiorum intercedentibus, in forum pugionibus prorumpentes hanc legem per vim perferendam curarunt, multique optimatum, Cotta, Mummius aliique neque omnes iure ea lege damnati sunt; causa huius legis erat specialis, etenim nonnisi ad bellum sociorum pertinet, ea profecto iudicium perduellionis non abrogari poterat.

Ambae haec leges Appuleia et Varia in Comitibus tribuitis perlatas a parte plebeiorum vel maxime profectae esse videntur: ab altera parte per hoc bellum, per haec tempora turbulenta, Senatus quaedam iudicia de iis, qui cum sociis faciebant, habebat, ut nos docet exemplum Vettieni, de quo iam ante dixi.

§ 4.

Sullae Lex Cornelia Maiestatis.

Ecquid autem secundum hanc legem delictum Maiestatis verbis committi poterat?

Lucius Cornelius Sulla, qui primus civium Romanorum Urbem cum exercitu occupavit bellumque patriae intulit, non solum irae in inimicos suos, quibus nunquam condonabat, vel in Tribunos et in Equites indulgens, tot millia sociorum vel Equitum proscriptione interficiendos curavit, sed tali civium et sociorum caede partim etiam reipublicae salutem sibi proposuisse videtur. Antiquam nempe Senatui potestatem ac pri-

scum reipublicae statum hac ratione solummodo restitui posse existimabat, novum populum coloniis militum et servorum nuper manumissorum creare studebat. Huius rei causa Tribunis concionem habendi ademit potestatem, ius intercedendi iis non nisi partim reliquit; ne leges tributis Comitibus ferrentur, vetuit, centuriatis Comitibus leges ferri iubens, provocationem ad populum, iudicia populi etiam in Comitibus centuriatis sustulit. Dictator iudicia Senatoribus, suae parti addictis, dedit, Equitibus suis adversariis abstulit: contra numerum Senatorum ex prima classe ex equestri censu trecentis complevit et Senatores in posterum sic eligendos esse statuit, ne Equites Senatui plane adversarentur 1).

1) Conf. imprimis K. S. Zachariae Lucius Cornelius Sulla Heidelberg 1834, parte prima p. 95, 102-104, 113-115, 145-155, 157, 163, 165-168 recte magis ex Sallustio quam ex Plutarcho indolem Sullae adumbravit: cum eo facio Sullam certa consilia ad reipublicae statum restituendum cepisse, rationem, qua haec perfecit cum eo laudare non possum. conf. H. M. Vockestaert, Dissert. de L. Corn. Sulla legislatore Lugd. Batav. 1816, in quo opere multa laude digna continentur, rem summa doctrina ac subtilitate inquisivit, in quibusdam ab eo dissentio. conf. praec. p. 10, 38-42, 55-59, 55-59, 68, 71 seqq. de Sullae consiliis, p. 80, 82, de legibus p. 99-105, de magistratu p. 110-122, de lege iudiciaria p. 122-130. Cum his comparandus est Göttingius qui universe Sullae adversatur, quaestiones ab eo constitutas tamen laudat. § 149-152, p. 459-474, Gesch. der röm. Staatsverf. Haec magnam partem vera sunt: » Die Verfassung, welche Sulla — jetzt aufstellte — ist eine Oligarchie errichtet über den Leichen der Demokratischen Partei und errichtet für eine ganz neue Bürgerschaft, nachdem er die alte durch Mord und Proscription ausgerottet hatte, sie ist also keine aus dem Leben des Volkes hervorgegangene, sondern in ihr sind veraltete Formen und neue Bestimmungen einem Stoffe aufge-

Sulla igitur reipublicae conditionem mutare voluit, Senatui potestatem non solum reddidit, verum hanc auxit, nam primis liberae reipublicae temporibus provocatio lege semper aderat, quamquam moribus, quum Patricii vincerent, nonnunquam ab ea recessum erat; eam et iudicia populi per se spectata Sulla plane auferebat: iudicium autem perduellionis vel primum a duumviris perduellionis habebatur et tunc reo ab iis ad populum provocare licebat, vel, ut postea saepius factum est, statim a populo res iudicata est; hoc vero ex Sullae institutis, quousque vigerent, obtinere non poterat: nec tamen iudicium perduellionis ab eo est abrogatum.

Iam ante Sullam quaestiones quaedam constitutae erant, et normae quaedam speciales de variis quaestionibus, uti de numero iudicum et de modo eos eligendi et reiiciendi, factae erant: aliae vero normae ad omnes quaestiones pertinebant, Praetores iis praeerant easque ordinabant, prouti haec illave quaestio sorte iis obvenerat, iudices sententiam in tabella conscribebant et iis licitum erat verbis „non liquet,”

drückt werden der für diese Formen viel zu spröde und locker war." Ex quibus civibus secundum Syllae instituta magnam partem civitas Romana constitit? Scilicet ex libertinis et veteranis, priscis institutis ipsius aetati non satis convenientibus nimiam vim tribuit. Ramshorn et Wittich apud Göttl. citatos mihi comparare non potui. conf. Ferguson op. cit. L. II, cap. 7, p. 122, 123, 132-136. Vell. Pat. hist. Rom. L. II, imprimis c. 17 ed. Crause p. 122-124, c. 25, p. 152, 153. Plut. vita Sullae. Appianus de bell. civil. L. I, c. 104, 105, vol. I, p. 94, 95 cum c. 89, 90, p. 78-80, c. 95-100, p. 84-90. Sallustii bell. Iugurth. de Mario c. 63, 64, p. 92, 93, c. 84, p. 120, de Sulla c. 95, 96, p. 112, bellum Catilini c. 11, p. 23.

non amplius, uti in Comitibus, „solis verbis absolvo, condemno“ uti. Vetitum erat ne de sententia ferenda inter se colloquia haberent.

Hae quaestiones originem ducebant e more Senatus, vel nonnunquam populi Senatori vel magistratui mandandi, ut maleficium inquireret et ut cum consilio iudicaret, quibus a Senatu vel a populo vel ab iis simul saepe normae dabantur, secundum quas causa specialis iis esset inquirenda iudiciumque esset ferendum.

Initio tales Quaestores, vel maxime in Italiam vel in provincias missi sunt, quamquam nonnunquam Romae etiam talis potestas iis est data: deinde vero saepius Romae vel a Senatu vel a populo creati sunt ad finem causae citius imponendum, uti e. g. in quaestione de veneficiis habita accidit, vel, quod iudicium et munus inquirendi nimis difficultatibus laborarent, quod igitur populi iudicio minus apta essent 1).

Primum lege Calpurnia repetundarum quaestio perpetua constituta est, deinde quaestio Maiestatis nonnunquam ex lege Appuleia habita est, uti in causa Norbani, de qua Equites iudicarunt; alii tamen Maiestatis in Comitibus accusati sunt, uti Scaurus ex lege Varia, utraque via igitur patebat: populo potestas iudicandi non erat adempta, quamquam rogationes Caii Gracchi, Drusi aliorumque de iis, qui iudices

1) Conf. inpr. Geib, *Gesch. des röm. Criminal-processes*, act. I, p. I, cap. V, p. 54-57, ubi eos eosdem habuit atque Quaestores parricidii, cum p. 66-72, egregie de consilio et de variis Senatus et populi mandatis cum act. II, p. I, cap. I, p. 178-184, 195, 207-209, cum p. II, cap. I, p. 254-256, 258.

essent, nos certiores faciunt indices saepe sententiam tulisse.

Sulla quaestionem Maiestatis, uti plures alias quaestiones ordinasse et perpetuam fecisse videtur: ille iudicium de hoc delicto populo eripuit 1).

1) Conf. Cicero in Bruto cap. 27 ed. Orell. vol. I, p. 402 ed. Ern. vol. I, p. 526 » quaestiones perpetuae hoc adolescente (Carbone) constitutae sunt, quae antea nullae fuerunt — et iudicia populi — iam magis patronum desiderabant, tabella data." Quaestionibus igitur perpetuis iudicia populi non erant sublata cum cap. 76 Bruti ubi mentio fit iudicis quaestionis ed. Ern. vol. I, p. 569 ed. Orell. vol. I, p. 433 cum oratione pro Cluentio cap. 27 et c. 54 ed. Orell. vol. II, p. 1, p. 484, et 504 ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 624, 625 et 654, » iubet lex ea, qua lege haec quaestio constituta est, iudicem quaestionis — cum iis iudicibus, qui ea obvenerunt — quaerere de veneno." Inprimis consulendus est Rosshirt in opere Neues Archiv des Crimin. Rechts über das röm. Recht als Quelle des Deutschen Criminalrechts, vol. XI, parte tertia p. 371-405 et p. 413, 414 de quaest. maiest. Clarissimus Birnbaum, quamquam praecipue de quaestione de Siciariis egit, tamen multa de quaestionibus univeree scripsit in Opere Neues Archiv vol. XIV, p. IV, 496-500. Animadvertit inter alia plures quaestiones una lege nonnunquam constitui, vel pluribus quaestionibus nonnunquam unum Praetorem praeponi: nota sunt opera Sanionis de lege Cornelia de Sicar. et Clenzii fragm. legis Serviliae. Conf. De Bosch Kemper, dissert. laud. p. 49-54, Clariss. Holtii historiae iuris Rom. Lineamenta Trai. ad Rhen. 1840, § 543, 544, p. 171 seqq. cum § 507-509, p. 160, § 530-537 etiam existimat iudicia populi non plane sublata fuisse quoad quaestiones perpetuae instituerentur. Hugo, Lehrbuch der Geschichte des röm. Rechts 1832, XIe Auflage, vol. I, p. 699-701. Zirkler, die gemeinrechtliche Lehre vom Hochverrath, p. 18, 19. Götting, röm. Staatsverfassung, § 137, p. 422-426, de legibus repetundarum § 146, p. 457; iudicium de vi ex lege Plantia iudicibus, quaestioni tribuit, de maiestate ex lege Appuleia populo: ex variis locis Ciceronis hoc efficere studet et ex Valerio Maximo L. III, cap. 7, de quo loco tamen perquam dubium est, an potius ad legem Variam pertineat: in fragmentis orationis Ciceronis pro

Quum quatuor solummodo Praetores essent, quibusdam igitur quaestionibus Praetores, qui eas ordinarent, deessent, iudices quaestionis a Praetoribus ad alias quaestiones habendas creabantur, qui eodem modo atque Praetores uni alterive quaestioni praeponebantur, verum iusiurandum in legem iis erat praestandum neque erant magistratus. Praeterea quaestiones extra ordinem instituebantur, si delictum commissum non una aliave quaestione, de qua Praetores certas normas in unum annum proponere solebant, iudicari poterat. Verisimile est, ut Geib opinatur, regula consilium et non amplius quaesitorem ipsum iudicium in hisce causis tulisse 1).

M. Aemilio Scauro de iudicibus et de populi iudicio alio tempore mentio fit. ap. Orell. vol. II, p. 2, p. 258 et p. 259, iudices — subit etiam populi iudicium. » In causa Norbana Cicero disertè de equitibus iudicibus loquitur et Norbanus accusatus erat ex lege Appul. Maiest. L. II, c. 48, ed. Orell. vol. I, p. 294 » et animos equitum Romanorum, apud quos tum iudices causa agebatur” cum Göttl. § 150, p. 469, 470. Contra Göttingii sententiam conf. Appianus de bell. civil. L. I, c. 37, vol. I, p. 34. *ἑνεργητικῆς ἐπὶ τῶν ἰσπίων*. Velleii Patere. hist. Rom. L. II, c. 13 ed. Crause p. 109. Flori Epitome rer. Rom. L. III, c. 13 et 17, p. 75, 77, 78. Zachariae Sulla parte sec. p. 130, 141-145, 149-159 et 165 iudices quaestionis Senatores et quodammodo magistratus fuisse putat p. 158 et not. 236. Voekestaert diss. laud. p. 124-126, 136, 137. Dieck p. 81. Luden p. 71, 72. Zachariae die Lehre vom Versuche, vol. I, § 67-74, p. 110-125, cum lege 2, § 32 ff., de origine iuris.

1) Geib, Gesch. des röm. Criminal-processes, aet. II, p. I, cap. I, p. 186-194. »Nach meiner Ueberzeugung nämlich war der Index quaestionis keineswegs der Gehülfe des Praetors; sondern überall, wo er einmal vorkam, hatte er selbst die Leitung der fraglichen Quaestio zu besorgen.” Cum cap. II, de quaestione extra ordinem p. 219-225, inpr. de lege Pomp. de vi et de causa Milonis, de proposito Senatus et Pompeii, cum p. 217-219, de potestate Senatus p. 216, de pot.

Eodem modo Sulla primus magis accurate facta, quae Maiestatis quaestione continebantur, enumeravit eorumque numerum auxit; ille multas species delictorum contra rempublicam admissorum ad hoc iudicium retulit praeter paucas species, si non potius facta quaedam dicenda sunt, quae lege Appuleia et multo magis lege Varia ad Maiestatem pertinebant, et ab eo in hanc legem translata sunt. Magna vero pars huius legis dignitatem et potestatem Tribunorum vel magistratum universe tuebatur; lex vetabat, ne quis intercessionem tolleret, vel, ne quis magistratum, quominus munere suo fungeretur, impediret; quae imprimis quod ad Tribunos attinet ex lege Appuleia, vel ex Maiestatis iudicio, quod moribus invaluerat repetenda esse videntur; de magistratibus, si aliquid de iis in hac lege constitutum est, quaedam fortasse addita sunt, uti „si quis potestatem in administrando non defenderit” et praeterea plura saltem, quam antea de provinciis et de delictis cum hostibus reipublicae sancita sunt: sic ille punitur, „qui exercitum sollicitavit, vel e provincia duxit, qui sua sponte bellum gessit, qui civis Romanus in re-

Comitiorum p. 226-228, de triumviris capitalibus recte contra Niebührium cum Einl. der Zeit der Quaest. perp. p. 170-176, e. g. p. 172, de Sulla »Denn wenn es auch zweifelhaft sein sollte, dass gerade in dieser Hinsicht besonders viel neue Gesetze von Sulla erlassen worden sind, so ist es doch jedenfalls nicht zu bestreiten, dass *Einige der bedeutendsten Lücken von ihm ausgefüllt worden*, noch bei weitem weniger aber, dass er durch Wiederbelebung und theilweise Modification der früheren Gesetze sich grosse Verdienste erwarb.“ Multa ibi etiam de iis, quae in diversis quaest. constituta erant et de iudiciis populi inveniuntur cum p. I, cap. I et II, p. 292, seqq. p. 265 seqq.

gnum externum iniussu populi aut Senatus accessit." De militum seditionibus excitandis, in quibus nullus eventus ex Sullae lege requiritur, nihil in lege Appuleia vel Varia scriptum erat; neque in iudiciis nobis servatis fit mentio, de provinciis hae leges tacent. In iudicio perduellionis non omnes causae cogitari et prohiberi poterant, quae tot gentibus subditis plectendae erant, et, quod maximi est momenti, plures causae legis Corneliae Maiestatis minus graves sunt, quod ad facta et ad animum attinet; in delictis contra magistratus, non, ut postea in lege Iulia Maiestatis, de caede magistratus, sed de intercessione tollenda, de illo qui magistratui obsisteret, quominus munere suo fungeretur, sermo est; hoc igitur gravius delictum iudicio perduellionis etiamtum vindicari poterat vel legibus sacratis, sed hae magis obsoletae factae erant et minus conditioni civitatis Romanae huius aetatis conveniebant. Animus hostilis profecto saepe decebat illi, qui exercitum e provincia educebat, sua sponte bellum gerebat, qui dux militum potestati Senatus, reipublicae non obtemperabat; reipublicae periculum intendi poterat, ne ea potestate in rempublicam abuteretur, non tamen hic ipsam rempublicam petebat nec semper eam spectabat, misericordia ductus esse poterat, quum ducibus hostium captis ignosceret, vel ad regnum externum accedere poterat, quamquam cum huius Rege rempublicam adoriri non erat eius consilium, milites sollicitare poterat ad seditionem faciendam, ut secum novo praefecto provinciae obsisterent, tametsi non cogitaret de deficiendo ab urbe, vel machinando cum hostibus neque de bello patriae in-

ferendo, quod confirmatur alia legis parte in Ciceronis epistolis, merito a Zirklero legi addita "eum Maiestatis iudicio plecti, qui non e provincia decederet triginta illis diebus, qui ad decedendum dati erant," sed haec *facta* non solum spectabantur, noxius scire debebat se rempublicam hisce detrimentum afferre, vel eam in periculum adducere posse; non necesse erat ut exitium reipublicae sibi proponeret, ut patriam evertere vel eius statum labefactare vellet: media igitur quaedam via erat nempe voluntas malorum quorundam patriae nec gravissimorum sibi conscia facto accedere debebat: gravissima quaedam facta, gravissima doli specie perpetrata vel coepta, uti proditio stricto sensu, delictum regni affectandi et bellum civile iudicio perduellionis nondum ablata erant 1).

1) Egregie Dieck loca in primis Ciceronis et Asconii nobis dedit legemque restituit. Hist. Vers. über das Criminalrecht des Römer, § 34, p. 77, § 34-37, p. 77-85, cum § 38, 39, p. 85-89. Primum tamen Sigonius hanc restituit et satis accurate de iudiciis, L. II, c. 29, in opp. Mediolani 1736, in aed. Palat. vol. V, p. 804.

Primarius locus est ap. Ciceronem in Oratione in Pisonem c. 21, ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 350, 351 ed. Ern. vol. II, p. 2, p. 1320. Deinde pro Cluentio orat. cap. 35, ed. Orell. vol. II, p. 1, p. 488, ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 631. In Actionibus in Verrem magis indicatur, quae lege Cornelia contineantur, quam revera diserte factu nominantur Act. Sec. L. I, cap. 5, ed. Orell. vol. II, p. 1, p. 106, 107 ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 148. L. I, c. 33, ap. Orell. vol. II, p. 1, p. 126 ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 176, cum L. IV, c. 4, ed. Orell. vol. II, p. 1, p. 305. ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 411, 412, nec magni momenti fragu. Orat. I Cic. pro Corn. ap. Orell. vol. IV, p. 2, p. 449, 452-454, maioris momenti est argumentum Asconii, ubi verba » imminutae Maiestatis tribuniciae et seqq. Deinde Pseudo-Asconii § 84, ad verba Actionis II in Verrem c. 33. » Cur imminuisti ius legationis" ap. Orell. V, vol. p. 2, p. 182 » qui potestatem suam in administrando non defenderit, imminuti magistratus veluti

Legislator, qui primus, militum dux, patriam armis petierat, saepe secum reputarat, quomodo magistratus, vel belli dux vel provinciae praefectus libertatem sensim paulatimque tollere et sine provocatione reipublicae imperare posset: inde multa facta prohibuit, ex quibus nulla laesio reipublicae statui or-

Maiestatis laesae reus erat." Zirkler, die gemeinrechtliche Lehre vom Maiestätsverbrechen und Hochverrath legem etiam nobis dedit et imprimis de his, quae legi adiecit p. 26, 27. Quaedam inveniuntur ap. Götting, röm. Staatsverf. § 150, p. 470 et not. 2-4. Index legum ab Orellio et Baifero, vol. VIII, p. 165. Conf. van Assen disput. iuridico-literar. de M. Tullii Ciceronis oratione pro Anulo Cluentio Avito Ao 1809, p. 101-104 ad. c. 36, Orat. Cic. coniectura assequi studet in lege etiam scripta fuisse. » Si qui magistratum maiorum auctoritatem contemtu habuisset. Si civem hosti tradidisset — si contra patriam exercitum comparasset." nulla argumenta offert, est mera coniectura, quae nullis Ciceronis vel alius veterum testimoniis nititur, itaque mihi videtur reiicienda. Valde iniquum de legibus Sullae univarse iudicium tulit Montesquieu de l'esprit des lois, L. VI, cap. 15 ed. Paris 1834, vol. I, p. 131, 182 quem recte refellit Zachariae Heidelb. Sulla p. II, p. 18, 19, Ferguson de aliis Sullae legibus quidem egit, non vero nominatim de lege Maiestatis. Feuerbach, über das Verbrechen des Hochverraths. Quaedam, sed pauca dedit von Wächter Lehrbuch des römisch-deutschen Strafrechts, vol. II, besonderer Theil § 228. Stuttgart bei Metzler 1826, p. 507, 513, No. 34, p. 618-520 et passim. Minus recte Henke, Handbuch des Criminalrechts und der Criminal-politik. Berlin 1830, vol. III, § 183-185 iudicium perduellionis abrogatum fuisse prioribus Maiestatis legibus et imprimis lege Cornelia existimat, quamquam confiteri debet ipsis his legibus nonnisi quaedam facta contineri, attamen minus vere censet praecipue ea facta enumerari, quae antea perduellionis iudicio iudicabantur, et nimis dubitat de maiestatis notione conf. not. 1, 6, 7, p. 399, 400. Carmignani putat leges Appuleiam Variam Corneliam non dictas fuisse leges Maiestatis, ap. Ciceronem tamen saepe hoc nomine vocantur Teoria delle leggi della secur. soc. Pisa 1831, vol. II, p. 127 et not. 2, cum p. 129, not. 1, L. II, cap. 6.

iretur nec magnum ei periculum immineret, quae tamen ad regnum capessendum vel ad rempublicam hostibus prodendam, et ad foedus contra rempublicam cum Regibus exterarum gentium faciendum admnicula essent apta. Sulla generalia principia non constituit, singula facta enumeravit, sed *consulto* in multa facta animadvertisse videtur, quae apud nos conatus proximus vel remotus vocantur, uti milites sollicitare, et si ad finem noxii mentem nostram convertimus, exercitum e provincia educere, novo provinciae praefecto obsistere, ad regnum externi Regis iniussu populi aut Senatus accedere. Tametsi de principiis conatus non cogitaret, in talibus factis saepe eventu non opus esse ad poenam iis infligendam existimasse videtur. Dieck verba Ciceronis in oratione in Pisonem „numen interdictumque Deorum immortalium, responsa sacerdotum, auctoritatem Senatus, iussa populi, nomen ac dignitatem imperii regi Aegypto vendidit” in hac lege Sullae scripta fuisse opinatur, redolent tamen tam dilucide oratorem Gabinium et Pisonem accusantem, a legislatoris Romani simplicitate tam aliena sunt, ut ab eo plane dissentiam: Cicero ea ad causam Gabinii et Pisonis illustrandam dixit: ipsa verba indicant ea ad causam specialem, non ad legem Corneliam Maiestatis pertinere, alia contra, quae ex eadem oratione Ciceronis ad legem Corneliam Maiestatis restituendam hauriuntur, sunt facta universe definita 1).

1) Ex loco Cicer. in Pisonem c. 21. conf. Dieck, hist. Versuche §. 37, p. 81-85 praec. p. 83, 84 et in variis notis. De legibus Sullae iniquam etiam sententiam tulit celeberr. Filangieri scienza della

Sigonius legi Corneliae Maiestatis ab eo restitutae verba ex Suetonio hausta inserit „qui civis Romanus apud Regem externum versatus fuerit”. Claudius Imperator enim Censor exemplum Rabirii Postumi attulit, qui Maiestatis ex lege Cornelia propter tale factum accusatus esset. Sigonium vero celeberrimi viri Heineccius, Zirkler, Dieck, Vockestaert alii secuti sunt, quare mirari licet eos orationis Ciceronis pro C. Rabirio Postumo non meminisse, ex qua apparet hunc virum repetundarum propter idem factum accusatum et a Cicerone defensum fuisse; Suetonius ergo ex Cicerone est emendandus, factum tamen legis Corneliae facto Maiestatis Rabirii et legis Iuliae repetundarum simile est, et Cicero in Oratione in Pisonem

legislazione, cuius nonnisi Francia versio mihi adest. Paris chez Dufart, L. III, cap. 21, vol. V, p. 4-6. Epist. Cicer. » ne (ut) in quemvis impune declamare liceret” etiam de calumniatoribus intelligit. In compendiis Heffteri, Baueri, Martini, Tittmanni, Grolmanni, Kleinschrodi nihil de hac lege in specie inveni, ut ex mente horum scriptorum quoque probabile erat; quia hoc argumentum vel philosophice solummodo tractarunt, vel leges Maiestatis tantum spectant, quatenus ad ius commune pertinet (gemeines Recht); sic etiam Marezoll nonnisi verba huius legis attulit, das gemeine deutsche Criminalrecht, § 58, p. 181. De indole Sullae, de normis reip. et legg. ab eo latis conf. etiam Schmittlhenner, Grundlinien des allgem. oder idealen Staatsrechts, p. I, hui. II, cap. p. IV, § 35, p. 86-88, die quaestionen bedeutend vermehrt.” Deinde » Die Verfassung des Sulla war keine von den glücklichen Schöpfungen, in denen ein genialer, vom Schicksal berufener Mensch einer Idee, die der Menge unsichtbar über der Zeit schwebt, den geschichtlichen Leib gibt, in dem sie den Menschen zur Erscheinung kömmt. Durch keine objective Idee erfüllt, nur die vergängliche Meinung des Stifters in sich tragend und durch seine Macht gehalten, musste sie, sobald er die Hand von ihr abzog, in der Bewegung der Zeit wieder brechen.”

ambas Ieges Corneliam Maiestatis et Iuliam de pecuniis repetundis multa eorum, quorum causa Gabinus in iudicium deducebatur, vetare affirmat I).

Praeterea dubia verba a Cicerone scribuntur in

1) Sigonius de iudiciis L. II, c. 29. Suetonius in vita Claudii, c. 16 ed. Oudendorp, p. 509. Ciceronis oratio pro Rabirio Postumo c. 1, 3-5, 7, 8, 10, 12 ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 403-412. Ern. vol. II, p. 2, p. 1385-1399 »si quis est, indices, qui C. Rabirium, quod suae fortunae fundatas praesertim atque optime constitutas opes potestati regiae libidinique commiserit, reprehendendum putet" cap. I » non enim latroni, sed Regi credidit nec Regi inimico populi Romani" cap. 3. — » iubet Lex Iulia persequi ab iis, ad quos ea pecunia, quam is ceperit, qui damnatus sit, pervenerit — Datur tibi tabella iudicii. Qua lege? *Iulia de pecuniis repetundis.*" cap. 5 cum oratione in Pisonem cap. 21, » quae cum plurimae leges veteres, tum lex Cornelia Maiestatis, Iulia de pecuniis repetundis, planissime vetant," et ibidem paulo ante » in regnum iniussu populi ac (aut) Senatus accedere" ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 351 ed. Ern. vol. II, p. 2, p. 1320. Contra Zirkler Hochverrath p. 26, 27. Dieck, hist. Vers. u. s. w. § 36, p. 81, cum § 37, p. 81 seqq. Vockestaert, diss. de L. Corn. Sulla legislatore p. 154, 155. Heineccii Antiquit. p. 777, 778. Feuerbach, Hochverrath, p. 76. Unus Zachariae Heidelb. verba Suetonii legi Maiestatis Sullae non adiecit. Luc. Corn. Sulla p. 2, 130, 131. Recte etiam ab Orellio et Baïtero locus orat. Cic. in Pisonem et ad leg. Corn. Mai. et ad legem Iul. repetund. refertur, vol. VIII, p. 191. Zachariae Heidelb. de poena leg. Mai. dubitat: coniectura assequi studet eam fuisse relegationem, quod Paulus Rec. Sent. L. V, 23 ad leg. Corneliam de sicar. scribat » poenam deportationis," non vero *deport. in insulam*, contra I. 3, § 5 ff. ad leg. Corn. de sicar. insulae deportatio levior deportatio esset, igitur relegatio: deinde hoc efficit ex Cic. orat. pro Sexto Roscio Amerino c. 15 ed. Orell. vol. II, p. 1, p. 37, et de hoc loco animadvertit » die Stelle scheint eine sehr bestimmte Anspielung auf die Poena Relegationis der lex Corn. de sicar. zu enthalten Sulla" p. 2, p. 136, 137 et not. 190 cum 198, Cicero tamen hoc loco non iuridico sensu de relegatione agit. Göttling, Gesch. d. röm. Staatsv. § 150, p. 497 poenam aquae et ignis a Sulla in hac lege sancitam fuisse affirmat; est causa plane peculiaris; pater filium in agrum

Epistola ad Appium Pulchrum, quae ea mente Appio missa est, ut Cicero ei gratularetur, quod Maiestatis iudicio absolutus esset, Appius autem accusatus Maiestatis et ambitus ad Ciceronem scripserat: quid interest an huius an illius criminis reus fiam? nam accusatio ambitus accusatione Maiestatis non levior est. Hiscè respondet Cicero „Ad rem nihil: alterum enim non attigisti (i. e. ambitum,) alteram (i. e. Maiestatem) auxisti. Veruntamen est Maiestas et sic (et si) Sulla voluit, ne (ut) in quemvis impune declamare liceret. Ambitus vero ita apertam vim habet, ut aut accusetur improbe aut defendatur” 1).

relegarat: contra idem Cicero in orat. pro Cluentio iudicium Maiestatis iudicio de pecun. repet. opponit, quod iud. Mai. esset *ut capitis* c. 41 ed. Orell. vol. II, p. 1, p. 493. Relegatio non erat poena capitalis, sed deportatio, quae successerat in locum aquae et ignis interd. l. 2, § 1 ff. de poenis cum l. 28, pr. et § 1 ff. eod. Zirkler opinatur opinatur vel relegationem, vel poenam pecuniariam lege Corn. Mai. constitutam fuisse. Hochverrath, p. 28 et poena aquae et ignis interd. c. p. e. 9 Or. I., Philipp. Cic. obstare putat; sed ibi non scribitur hoc *primum* a Caesare esse sancitum. Modestinus contra de lege Corn. de falsis de poena aquae et ignis scribit l. 33 ff. de lege Corn. de fals. et Paulus Rec. Sext. L. V, tit. 29 de antiqua poena Mai. agens de aquae et ignis interd. mentionem facit. Wächter negat poenam relegationis libera republica obtinuisse. N. A. des C. R. vol. XIII, p. I, p. 25.

1) Epist. ad familiares Cicero L. III, Epist. XI, a. n. 704. Cicero Appio Pulchro. ed. Orell. vol. III, p. 1, p. 83, 84. *Declamari non declamare, et sic Sulla*, pro *ut Sulla*, p. 83, in notis mihi adversatur. »Sententia est, ut in quemvis impune declamari liceat: *ut recte si pro ut Sulla scribas et sic Sulla*. Scholiasta sec. *ut*. Ernesti *ne* vol. III, p. 1, p. 75, 76. C. M. Wieland, M. Tullii Ciceronis sämtliche Briefe, übersetzt und erläutert. Zurich bey Gessner 1809, vol. III, p. 521, not. 21 ad epist. dicitur verbum *ne* sed plane alio modo haec vertit. »Wahr ist, bei jener Anklage kömmt dem Beklagten des Cornelischen Gesetzes selbst zu Statten, in dem Sulla es

Antiqui interpretes, etiam unus Scholastarum haec verba ad *calumniatores* pertinere censent, ita ut uno

für eine *strafwürdige Verletzung der Maiestät* erklärt, wenn jemand einen *unschuldigen* dieses Verbrechens anklagt? p. 43, et in notis p. 521 de hac versione scribit: »Ich sehe nicht, wie sie einen andern Sinn haben könnte." Billerbeck, M. T. Ciceronis Epistolae Hannover 1836, vol. II, p. 238-240 et not. 2 in ipsa Epist. *ne* Lambinus primus coniectura assecutus esse videtur *ut*. Res propter ultima verba dubiis non caret, rem exposui, prouti mihi probabilis videtur. Clarissimus van Assen prae ceteris iam anno 1809 negavit verba Ciceronis de calumniatoribus esse intelligenda et hac in re cum eo facio, quamquam res mihi solummodo probabilis videtur, ab eo tamen plane dissentio *declamare* libellos famosos spectare conf. eius disput. iuridico-literaria de M. Tullii Ciceronis oratione pro Aulo Cluentio Avito a. 1809, p. 104-106, »sed idem (Sulla), cum mox legem de Maiestate tulisset, poenam iniuriarum nimis levem esse intellexit, si quis viros Magistratu et honore ornatos per libellos famosos contumeliose tractasset, quibus diffamatis, universus populus, qui magistratus illos creavit, quasi diffamatur, quare sanovit, ut Maiestatis lege tenerentur quicumque in huiusmodi viros famosus scriptis fuissent, *invecti*, atque hoc indicare videntur verba apud Ciceronem »ne in quemvis impune *declamare* liceret." Clariss. auctor cum his comparat, l. 5, § 9 ff. de iniur. »Si quis librum ad infamiam alicuius pertinentem scripserit, composuerit, ediderit," caet., quae si conferas cum § 10 et verbis *ex lege* sine ullo dubio Sullae tribuenda sunt et cum lege duodecim tabularum de crimine famoso cohaerent, sed nec hoc nec illo loco diserte magistratus mentio fit, praecipue eos spectare possunt, nec tamen leges ad illos sunt restringendae; quod ad verbum *declamare* attinet, hoc nunquam a Cicerone de scriptis, sed de orationibus publice habitis usurpatur, et scriptor ex se ipso explicandus est; »Conf. Ernesti clavis Ciceroniana, verbo *declamare* p. 442" primum significat *exercitationis causa dicere*, uti rhetores, oratores facere solent, *deinde dicere in vera causa*. Multa exempla afferuntur, inter quae eligenda sunt Cic. Act. II, in Verrem l. IV, c. 66, »qui pro isto contra me vehementissime *declamasset*" ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 438, ed. Orell. vol. II, p. 1, p. 324. Cic. Orat. pro Roscio Amerino, c. 29, de Erucio »quae mihi iste (accusator Erucius) visus est ex alia oratione *declamare*, quam in

Maiestatis delicto *calumniari* liceret. Ernesti et Orellii verbum *ne*, non *ut* in ipsa Epistola scripserunt;

alium reum commentaretur," ed. Orell. vol. II, p. 1, p. 46, ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 61. Schelleri Lexicon, cur. Ruhkenio, Lugd. Bat. 1799, vol. I, p. 314, » hoc vertit" schreeuwen — zich in redenen te huize oefenen — ook tegen iemand uitvaren in eene openlijke reden, » ubi locus satis notus Ciceronis de finib. mal. et honor. L. V, c. 2" quo in loco ad fluctus, aiunt, *declamare* solitum Demosthenem, ut fremitum assuesceret *voce* vexare ed. Orell. vol. IV, p. 1, p. 188 ed. Ern. vol. IV, p. 1, p. 240. Contra Tac. Annal. L. I, c. 72. cur. Oberlino, vol. I, p. 83, et ibi nota Gronovii: sed alii contendunt, sequente aetate et iam ab ipso Porcio Latrone Augusto regnante declamationes exercitationis causas conscriptas fuisse ideoque etiam ad scripta hoc verbum pertinere, cui respondemus: hoc Ciceronis tempore non factum fuisse et talia scripta in medium prolata fuisse, ut orationes, quae a talibus viris habitae esse fingebantur, nec apparere in iis *studium* calumniandi vel reprehendendi inesse.

Tandem quod maximi momenti est, rhetor M. Annaeus Seneca pater philosophi in Controversiis nobis verbi *declamare* definitionem a Calvo Ciceronis aequali propositam dedit, quae meam sententiam confirmat, L. I, proemio ap. Dan. Elsevirium. Amstelod. 1717, in operibus L. A. Senecae. vol III, p. 68. » Apud nullum auctorem antiquum ante ipsum Ciceronem et Calvum inveniri potest (i. e. verbum controversiae) qui declamationem distinguit. Ait, enim, *declamare* est iam *non medicriter dicere*. Bene alterum putet domesticae exercitationis esse, alterum verae actionis" cum p. 68. » Declamabat autem Cicero non quales nunc controversias dicimus — controversias nos dicimus, Cicero causas vocabat." Ea aetate igitur declamare de dicendo, non de scribendo dicebatur. Götting, röm. Staatsverf. etiam mihi favet § 151, p. 470, cum not. 3 et 4. — » Ja selbst wörtliche Verunglimpfung — freilich wissen wir nicht in welcher Weise — scheint Sulla mit in den Bereich der Maiestas gezogen zu haben." Mirum est enim nihil animadvertisse de disput. Assenii, quam tamen citat. Quodammodo Vockstaert, disp. de Sulla legislat. p. 158, 159 tamen contra van Assen. » neque tamen plane tollit difficultatem ex dicto Taciti loco ortam. » Contra mihi adversantur Zirkler, die gemeinrechtl. Lehre von Majestätsverbrechen caet. p. 41. Dieck hist. Vers. § 39, p. 86, 87 et not. 2, ubi verba Fabii Thesauri cit. et Montesquieu de l'esprit

in pluribus codicibus verbum *ne* occurrere videtur, nec coniectura opus est, quia verba, si vocabulo *ne* inter se coniunguntur, aptum sensum praebent. Nam Cicero sic ratiocinatur: neque unum neque alterum delictum commisisti, sed accusatio Maiestatis multo facilius probari potest quam ambitus, insons multo melius defendi potest in causa ambitus, quam Maiestatis. Etenim Sulla poenam Maiestatis statuit in eum, qui publice in civem Romanum orationes habet: in conicione autem facile fieri potest, ut quis ira vel persuadendi studio impulsus alium nec consulto vituperet, contumeliose habeat; in ambitus delicto de reo constare debet se animos civium ad magistratus sibi deferendos auro, donis captare voluisse; ambitus facile definiri poterat, quod facta eius malificii pauca essent, Maiestatis notio plura continebat; qua mente haec admitterentur, saepe dubium erat, unde accusatores vel ex verbis oratoris incertis argumenta deducere solebant. Haec sententiae Ciceronis et legis Sullanae interpretatio verbo ipsi *declamare* magis convenire videtur: hoc nempe usurpatur vel de eo rhetore, qui exercitationis causa dicit, vel de eo qui in aliquem

des lois, L. XII, cap. 16 et not. 1, ed. de Paris 1834, vol. I, p. 373, hanc legem etiam de calumniatoribus accipit et Sigonius de iudic. L. II. Conf. etiam Epist. Cic. eod. — Libro X et XII, ed. Orell. vol. III, p. 1, p. 79-83, 85. Apud Quinctilianum institutionis oratoriae L. IX, c. 7, ex recensione Obrechtii Argentor. 1698, vol. I, p. 635, tandem » inveni declamatores quosdam perversa duci ambitione, ut exposita controversia protinus *dicere* velint." Hoc caput agit de ex tempore dicendi facultate. Quinctil. studiis societ. Bipont. vol. II, p. 259. cum p. 254.

invehitur et, imprimis, si vociferatur in publica oratione; accusator clam adversarium apud Praetorem deferabat, aliquid occulti calumniis inest; ab Imperatoribus et hoc delictum calumniantibus sive moribus sive lege saepe poena est imposita.

Interpretes Taciti Annalibus ad locum Ciceronis de calumniatoribus interpretandum prae ceteris moti esse videntur: ibi enim legitur, „nam legem Maiestatis reducerat, cui nomen apud veteres idem, sed alia in iudicium veniebant; facta arguebantur, dicta impune erant. Primus Augustus cognitionem de famosis libellis specie legis eius tractavit” haec tamen non strictè explicanda sunt: etenim iam vidimus dicta, quae in rempublicam aliquis locutus esse censebatur, moribus plecti. Tandem Sulla has leges tulisse videtur, postquam ira ipsius in Marianos sedata erat, postquam statum antiquum reipublicae restituere propositum habebat.

Clarissimus van Assen in disputatione iuridico-literaria de Ciceronis oratione pro Cluentio haec verba de iis, qui in magistratus famosis libellis invecti erant, intelligit, et, quamquam diserte nulla mentio magistratum in lege fit, cum eo facio legem ad magistratus imprimis esse referendam, quod Maiestas sit delictum contra rempublicam, quod dignitas magistratus cum reipublicae dignitate quam maxime sit coniuncta, et quod notio Maiestatis populi et magistratum dignitatem spectet; non tamen ad eos solos ea lex pertinere potest. A clarissimi Assenii autem sententia, quod ad libellos famosos attinet, mihi est recedendum propter verbum *declamare*, quod hac saltem aetate

neliae adfcitur — qui aperuerit vivi testamentum legis Corneliae poena tenetur.”

Haec tamen fortasse sequentibus temporibus, factis moribus legi Corneliae additis adscribas, sed alio loco invenimus „lege Cornelia cavetur, ut qui in aurum vitii quid addiderit, qui argenteos nummos adulterinos flaverit, Falsi crimine teneri.”

Quamquam igitur Sulla singula facta per se spectata, non ut ad finem tendentia punivit, nec generalia conatus principia adhibuit, tamen consulto in gravissimis delictis facta sine eventu poena affecisse videtur, quod hoc reipublicae utile et necessarium duceret; inde Ludeni sententiae partim accedo (nam ab eo nimis universe affirmatur) moribus a tempore duodecim tabularum usque ad Sullam et a Sulla ipso in legibus magis doli quam antea rationem habitam fuisse, et plura facta, quae apud nos vocarentur conatus, quam antea punita fuisse: quod ad generalem regulam attinet de factis sine eventu ex lege Cornelia de Sicariis aliisque Sullae legibus eadem poena ac delictum consummatum afficiendo ab eo discedo: quidquid sentias de verbis „in maleficiis voluntas spectatur, non exitus” haec non a Sulla, sed ab Hadriano scripta sunt 1).

1) Conf. Luden, über den Versuch des Verbrechens, Cap. 2, § 1, p. 76, 78. Cum p. 80, 81. Zachariae Gött. Die Lehre vom Versuche der Verbrechen, § 67, p. 110, cum § seqq. Mittermaier n opere Neues Archiv. vol. II, p. IV, p. 610-614. Lelièvre, specimen de conatu delinq. in Annal. Acad. Lovaniensis Ao 1824-1825, § 20, p. 127, 134, § 19, p. 121-127, § 6, p. 65-70, p. 106-112. Zirkler, Hochverrath, p. 173-178. Mittermaier in Staatslexicon von

Deinde in lege Cornelia de Sicariis similia de magistratibus puniendis, si munere abutantur, atque in lege Cornelia Maiestatis occurrunt „quive, cum magistratus esset publicove iudicio praeesset, operam dedisset, quo quis falsum iudicium profiteretur, ut quis innocens conveniretur, condemnaretur, quive cum magistratus iudexve quaestionis sub capitalem poenam pecuniam acceperit, ut publica lege reus fieret” 1), quae etiam de factis non perfectis, sine eventu accipienda sunt.

Minus vere Ludenus 2) Sullam nihil fere novi lege

Rotteck und. Welcker vol. VIII, p. II, p. 202. Weiske, Hochverrath und Majestatsverbrechen, praef. VII-IX, XIV, XV, XVII, XIX, § 19, p. 64-68. Cropp. comm. de conatu parte I, p. 35-75, inprimis p. 69, universe non recte inter tempora liberae reipublicae et Caesarum, inter leviora et graviora delicta distinguit, ut ante me Weiske, Zirkler, Lelièvre animadverterunt. Conf. etiam Zachariae, die Lehre vom Versuche § 99, p. 183-189, § 115, p. 218, 220, § 71, 72, p. 115, 118-121, vol. II, § 191-193, p. 99-109. Nimis universe leg. Corn. de Sic., quod ad conatum attinet, etiam interpretatur celeb. Carmignani teoria delle leggi della Sicur. soc. L. II, cap. 14, vol. II, p. 317 et not. 3.

1) Conf. l. 1, § 1 ff, ad leg. Corn. de Sicar. cum lege 3 pr. eod. et l. 9, pr., cum § 2, ff ad leg. Corn. de Falsis.

2) Luden über den Versuch des Verbrechens p. 81-84. »Mann kann daher wohl das System des römischen Rechts soweit es namentlich meinen Gegenstand betrifft, mit der Sullanischen Gesetzgebung für geschlossen crachten — aber es scheint nicht einmal dass diese Gesetze (Jul. Caes.) ihrem Inhalte nach von den Sullanischen wesentlich verschieden gewesen seyen. — Wie Sulla in diesem Gesetze (Majest.) beinahe nichts verordnete, als was schon in früheren Majestätsgesetzen gestanden hatte, so scheint auch Julius Caesar in den seinigen nichts wesentlich neues eingeführt, sondern im allgemeinen den Inhalt der Sullanischen wieder aufgenommen zu haben.» p. 16 recte affirmat leges Sullae, Caesaris et Augusti Iuris criminalis Romanorum fuisse fundamentum. K. S. Zachariae Sulla,

Maiestatis constituisse, sed omnia fere ex prioribus legibus hausisse opinatur, nam, ut vidimus ex Ciceronis aliorumque testimoniis, plura ab eo ut delicta prohibita sunt, quam antea verisimiliter moribus obtinuit, vel sine ullo dubio in legibus Appuleia et Varia sancita erant, nec magis veritati conveniunt, quae deinde disputat, lege Cornelia iam omnia punita fuisse, quae deinde lege Iulia Maiestatis vetita sunt, Sullam et Caesarem non nisi nomen suum hisce legibus dedisse ad maiorem gloriam capiendam.

Ex loco responsorum Papiniani celeberr. Zachariae Heidelbergensis aliique contendunt Sullam legem generalem (ut ita dicam) de delictis contra rempublicam lege Maiestatis pertulisse, quod praecepta generalia de iudicio Maiestatis, nempe, in hoc iudicio mulieres ut testes audiendas esse sancivisset; exemplum in hoc fragmento mulieris, quae coniurationem Catilinae detulerat, a Papiniano affertur, attamen nobis ani-

p. 2, p. 131. » Es ist jedoch mehr als wahrscheinlich, dass das Gesetz noch weit mehrere Fälle und überhaupt *alle die Fälle* umfasste, welche als *Majestätsverbrechen* gestraft werden sollten — auch kann man von dem Nachbilde auf das Vorbild d. i. von der lex Iulia Majestatis, welche eben so eine vollständige Regel für das Majestätsverbrechen enthielt, auf den Inhalt oder Umfang des vorliegenden Gesetzes schliessen" et not. 189. Contra Zirkler Hochverrath p. 27-32 et p. 183-186. Quaestio maximi momenti est, nam partim ab ea pendet, an iudicium perduellionis hac lege esset abrogatum. Dieck inde partim ex hac lege sententiam suam probare conatur. § 25, p. 59, 60 cum § 34, p. 77, § 35, p. 78, § 37, p. 83, § 39, p. 86-89, § 43, p. 100. Magis vere Clar. van Assen in disp. iam cit. p. 102 » Sine dubio ex superioribus legibus capita quaedam transtulit, sed plura insuper nova adiecit."

madvertendum est Catilinam apud Praetorem ex lege Plautia de vi accusatum fuisse, Senatum de sociis suo arbitrio, non ex lege Cornelia Maiestatis poenam mortis statuisse vel potius sumsisse: mulieres ut testes iam antea andiebantur, ut patet ex Bacchanalium iudicio: quae de servis citantur, non plane nova sunt, etenim iam in causa filiorum Bruti servus contra noxios testatur, coniurationem defert et propterea praemio ornatur. Sullam quaestionem Maiestatis ordinasse negare nolim, verumtamen non inde efficiendum est eum omnes probationes huic delicto proprias et rationem inquirendi planè specialem constituisse 1).

1) Haec partim contra Zachariam Heideib. scripsi. Sulla parte sec. p. 131 not. 189 » ein Nebengrund ist noch der, dass die lex Cornelia Mai. auch Vorschriften über den Beweis des Majestätsverbrechens enthielt." Ab eo citatur l. 8 ff. ad leg. Jul. Mai., ubi Papinianus L. XIII respons. scribit » in quaestionibus laesae Maiestatis etiam mulieres audiuntur: coniurationem denique Sergii Catilinae (Iulia) mulier detexit et Marcum Tullium Consulem iudicium eius instruxit." Haec nihil probant, nisi aetate Papiniana hoc ad iudicium Maiestatis pertinere et Papinianum opinari hoc quaestioni Maiestatis ante legem Maiest. Caesaris proprium fuisse. Contra Sallustius, Cicero, alii nos docent de Catilinae proprie iudicium non esse habitum, Senatum sociis ipsius mortem decrevisse: initio saltem Catilina in iudicium vocatus est, sed ex lege Plautia de vi, ut scribit C. Crispus Sallustius in bello Catilinario cap. 31 p. m. 32. » At Catilinae crudelis animus eadem illa movebat — et ipse lege Plautia interrogatus ab L. Paulo postremo" cum cap. 32, 50, 51, 60. Orationis Ciceronis IV in Catil. argumentum ap. Ernesti vol. II, p. 1, p. 745, 746. Orat. I, p. 748, 749, Orat. II, p. 762-765, C. Vellei. Hist. Rom. L. II, c. 34, ed. Crause, p. 199, cum cap. 35, p. 206, de sociis Catil. » auctore Senatu, iussu Consulis in carcere necati sunt" Dion. Cassii Hist. Rom. L. XXXVII, vol. I, p. 161-170. Valer. Maxim. L. V, c. 8, § 6, p. 510, 511. Flori Epitome L. IV, c. 1, p. 90-92. Recte

§ 5.

*Quaeritur an iudicium perduellionis inde a tempore
Sullae usque ad legem Iuliam Maiestatis sublatum sit,
aut plane ab usu recesserit; an vero eius vestigia
usque ad legem Iuliam Maiestatis permanserint?*

a Quaestio tractatur ratione habita Sullae institutorum.

Sulla iudicia populo auferens iudicium perduellionis in Comitibus tacite abrogarat, attamen prisco more delictum perduellionis a Duumviris iudicari poterat, et praeterea quaestio a nobis est movenda, an haec Sullae instituta eodem modo permanserint, an vero iudicia populo partim saltem sint restituta.

Ad priorem sententiam confirmandam verba Ciceronis ex oratione in Consulem Lepidum habita, quae a Quinctiliano nobis servata sunt, afferri solent. „Quid crudelius, ait Cicero, quam homines honestis parentibus ac maioribus natos a republica submoventi? Sed ita legibus Sullae cohaeret status civitatis, ut his solutis stare ipsa non possit” 1).

igitur Weiske scriptores reprehendit, quod nimiam legi 8 ff cit. vim tribuant. Hochverrath u. s. w. p. 124, 125 et ibi not. 4, ubi minus vere. »Catilina wurde wohl nach gar keiner bestimmten Lex, also auch nicht der *de vi* angeklagt. Es fand vielmehr ein ausserordentliches Verfahren statt.“ Nam initio saltem, ut ex Sallustio apparet, crimine vis accusatus erat, et quidem lege Plantia, de sociis ipsius, de ultimis eius fati, et de iis, quae in Senatu peracta sunt, cum eo convenio.

1) Est fragmentum orationis Ciceronis contra proscriptorum liberos: verba partim saltem ipsi Ciceroni tribuenda esse videntur. Post ver-

Consul autem Lepidus paulo post Sullae mortem rogarat, ut agri Italicis sociis a Sulla demti, iis red-

bum »*submoveri*» apud Quinctilianum sequuntur verba. »Itaque durum id esse summus ille tractandorum animorum artifex confitetur.“ Deinde leguntur verba cit. cum verbo Quinctiliani »*affirmat.*» Si Cicero in oratione iisdem verbis non usus est, de qua re fortasse quis dubitet, Quinctilianus procul dubio iudicium Ciceronis de legibus Sullae in hac oratione attulit. Conf. M. Fabii Quinctiliani Institutionis oratoriae L. XI, cap. I, studiis societatis Bipontinae. Biponti 1784, vol. II, p. 281. Contra Taciti Annalium L. III, c. 27, ex rec. Ernesti denuo cur. Oberlinus vol. I, p. 206. »Donec L. Sulla Dictator, abolitis vel conversis prioribus, cum plura addidisset, otium ei rei haud in longum paravit: statim turbidis Lepidi rogationibus, neque multo post Tribunis reddita licentia, quoquo vellent, populum agitandi.“ Cum cap. 28, eod. de Pompeii rogat. Cautè tamen hic locus nobis est consulendus. Conf. Appianus de bellis civilibus (ἑμφύλιαι) L. I, c. 107, in eius opp. vol. III, p. 97, 98 λέπιδος δὲ καὶ τοὺς Ἰταλικοὺς προσπειούμενος, ἔλεγεν, ὅτι τὴν γῆν αὐτοῖς, ἣν ὁ Σύλλας ἀφῆρητο, ἀποδώσει — ὡς πολεμήσαν τοῖς Συλλείοις.... Ἡεὶ μετὰ τοῦ στρατοῦ παντὸς, ὡς ἐς τὴν πόλιν εἰσελευσόμενος σὺν αὐτῷ. Provincia ei evenerat Gallia Cisalpina, in eam non profectus erat: deinde hostis reipublicae Romanae iudicatus est et ex Etruria in Sardiniam a Catulo pulsus est. conf. Appiani L. I, cap. 95, ubi narrat revera duas partes Sullanam, cui praeerat Catulus, et partem adversam, cui praepositus erat Lepidus, inde a Sullae morte, in republica fuisse. L. Annaei Flori Epitome Rerum Romanarum L. III, cap. 23 p. m. 87, 88. »Lepidus acta tanti viri rescindere parabat. Nec immerito, si tamen posset sine magna clade reipublicae — qui supererant revocante Lepido, quid aliud quam ad bellum vocabantur? Quumque damnatorum civium bona, addicente Sulla, quamvis malo capta, iure tamen repeterentur, repetitio eorum procul dubio labefactabat compositam civitatem — Ergo, quum turbidis concionibus veluti classico, civitatem terrisset, profectus in Etruriam, arma inde et exercitum Urbi admovebat.“ conf. Vockestaert, diss. de L. Corn. Sulla legislatore Lugd. Batav. 1816 conclusio p. 184, 185, de Quinctiliani loco cit. vel potius de Ciceronis iudicio de legg. Sullanis cum p. 186. Optime Lepidi roga-

derentur et ut exsulis reditus in patriam pateret." Lepidus hisce Marianis reipublicae conditionem mutare et fortasse ipse regnum occupare studebat: post tanta bella civilia reipublicae Romanae proderat in eodem statu manere, plures metuebant, ne bellum inter cives rursus oriretur et ne audax Lepidi ingenium ad regnum tenderet. Hoc temporis momento Cicero non sine iure exclamare poterat statum reipublicae Romanae vacillare, si Sullae lex abrogaretur: probe tamen tenendum est eum Sullae parti addictum in socios vel in exsules universe ut Marianos invehi, itaque a partium studiis non liberum fuisse. Ab alia parte Lepidus factis deinde ostendit, quale eius consilium fuerit, scilicet contra iusiurandum praestitum cum exercitu ex Etruria prorumpens Romam armis occupare conatus est.

Haec ergo Ciceronis verba ad reipublicae conditionem *statim post Sullae mortem* solummodo pertinent, ipsaeque leges ante legem Iuliam Maiestatis latae nobis sunt testimonio iudicia populi etiamtum invaluisse: etenim Pompeius post Sicinii, Opimii et Licinii rogationes pro parte frustratas legem de Tribunis pertulit, qua antiqua potestas iis magnam partem restituta est; munera autem Tribunorum legibus in Co-

tiones, consilia et fata exposuit Ruperti Handbuch der römischen Alterthümer, vol. II, Verfassung des röm. Staats, Hannover 1842, IV, p. 263-365 et in not. Pauca dedit Götting Gesch. der röm. Staatsverfassung, § 153, p. 474 cum § 150, p. 464, 468. Plura ap. Ferguson the history of the progress and termination of the Roman republic, London 1830, L. III, cap. I, p. 138, 139.

Oratio Lepidi ap. Sallustium in Hist. fragm. L. I cum oratione Philippi contra Lepidum, et pauca passim ibi de Lepido p. m. 124-130.

mitiis ferendis et magistratibus in iis accusandis vel maxime continebantur. Sed haec iam mitto, quum quis mihi obiicere posset me haec coniectura assequi, nisi probarem in ipsa lege hoc discrete indicari; ipse vero Cicero meae sententiae favet in Actione in Verrem, in qua affirmat populum Romanum Tribuniciam potestatem postulantem revera iudicia sibi vindicare voluisse.

„Neque enim, ait Cicero, ullam aliam ob causam populus Romanus Tribuniciam potestatem tanto studio requisivit, quam quum poscebat, *verbo illam poscere videbatur, revera iudicia poscebat.* Neque hoc Q. Catulum hominem sapientissimum atque amplissimum fugit, qui Cn. Pompeio — referente, quum esset sententiam rogatus, hoc initio est summa cum auctoritate usus” Patres Conscriptos, *iudicia* male et flagitiose tueri: quod si in rebus iudicandis, populi Romani existimationi satisfacere voluissent, non tanto opere homines fuisse Tribuniciam potestatem desideraturos” 1). In oratione Philippica prima Cicero in

1) Ciceronis Actio prima in Verrem cap. 15 ed. Orell. vol. II, parte 1, p. 101 ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 139 cum Cicer. de Legibus L. III, c. 9 ed. Orell. vol. IV, p. I, p. 560 eum p. 559, cum cap. 10 et 11. Sullam laudat, de hac lege Pompeii tacet, quia nec reprehendere libet, nec eum laudare potest. ed. Ern. vol. IV, p. 2, p. 304 seqq. conf. Ruperti Handb. der röm. Alterthümer, vol. II, Verfass. des röm. Staats, IV, p. 265, 266 satis accurate de rogationibus Licinii, Opimii, Maerii, Pompeii. Göttling, Gesch. der Röm. Staatsverf. § 153, p. 474 de rogatione Aurelii Cottae, de qua affertur fragm. or. Ciceronis pro Cornelio: deinde de lege Pompeii: »Das Verlangen des Volkes war dabei hauptsächlich auf Rückgabe der *Provocation* gerichtet, wie überhaupt der Volksgewichte. — Allein auch nach der Restitution des Tribunats und der

Antonium invehitur, quod rogarat, ut de Maiestate et de vi ad populum provocari liceret, et ex eodem loco apparet provocationem in iudicio de Maiestate et de vi ex legibus Iulii Caesaris non obtinuisse. Iudicia populo post Sullae mortem rogatione Pompeii reddita erant et provocatio ad Comitias civibus, ut ante Sullae leges, erat concessa; ex quibus probabile videretur Caesarem in hisce causis provocationem sustulisse.

Verba Ciceronis de Antonii rogatione saltem tali provocationis iuri non obstare mihi videntur etiam de quaestionibus: in causa Gabinii quae verisimiliter a populo in Comitias indicata est, et quod iudicium a Cicerone vocatur iudicium Maiestatis, dubium est, an populus statim indicarit, an antea quaestio Maiestatis de Gabinio instituta esset, propterea quod quaestio perpetua Maiestatis iam constituta esset, narratio tamen causae Gabinii tam breviter a Cicerone et Valerio Maximo scripta est, ut ex ea vix aliquid certi efficere possimus. Cicero Verri minatur iudicium populi in Comitias, si iudices eum absolvunt: haec fuisset alia accusatio in detrimentum

Provocation finden wir bis zum Ende der Republik sehr wenig Beispiele von stattgehabten, oder intendirten Volksgerichten, welche überdiess seit jener Zeit als ausserordentlich bezeichnet worden sind". Tria exempla ab eo citantur Rabirii, Clodii et Gabinii: huius delictum perduellionem fuisse existimat. Haecce exempla a scriptoribus nobis sola servata sunt, sed inde non apparet alias causas non a Comitias indicatas fuisse. Götting opinatur ante Caesarem in causis, quae a Praetoribus ordinabantur, provocationem non amplius obtinuisse. Clarissimi Bakii editionem Cic. op. de Legg. mihi comparare non potui.

rei, non igitur revera provocatio dici potuisset. Nul-
lum aliud exemplum occurrit hac aetate, de quo af-
firmari potest provocationem a quaestione ad Comitia
factam fuisse, ut iam animadvertit Geib; quare hoc
argumento et magis *indole quaestionum perpetuarum*
motus sum ad provocationem a quaestionibus perpetuis
ad Comitia hac aetate cum Geibio aliisque negandam,
vel saltem ad existimandum talem sententiam proba-
bilem esse: quamquam pro certo cum Geibio affirmare
ausim provocationem illo tempore ab aliis magistrati-
bus ad populum obtinuisse 1).

1) Geib, *Gesch. des röm. Criminalprocesses*, aet. II, p. II, cap. III,
p. 387-392, inpr. p. 388, 389, ubi hanc sententiam probare studet
oratione Phil. I, Cic. cap. 9 et p. 390, indoles quaestionum per-
petuarum erat iudicia per magistratus (vel, si deerant, per iudices
quaestionum) a populo creatos, quibus hoc diserte a populo manda-
tum erat, non per ipsum populum fieri. De his Geib scribit. »Die
Errichtung von Quaestiones perpetuae, um dem Volke die Last einer
unmittelbaren Jurisdiction abzunchmen, und zugleich die Erlaubnis
von den Aussprüchen dieser Quaestionem an das Volk zu provociren,
würde in der That als ein Widerspruch erscheinen: statt die Arbeit
zu erleichtern, würde auf diese Weise dieselbe nur verdoppelt wor-
den sein, indem natürlich an die unmittelbare Entscheidung durch
die Comitien gewöhnt, jeder in einer Quaestio verurtheilt von sei-
nem Provocationsrechte Gebrauch gemacht hätte.» Quaestiones vero
mihi videntur praecipue institutae fuisse, quod numerus civium
post bellum Italicum in Comitibus valde auctus esset, et quod universe
animadverterent multa gravia delicta non accurate iudicio Comitiorum
inquiri et iudicari posse. Provocationes fuisse concedit p. 391. »Bei
den Entscheidungen der Duumviri, sowie im allgemeinen bei den
Erkenntnissen sämtlicher Magistratspersonen.» Contra hoc negat de
provinciis. Nescio ex quo fonte Woeniger legem Iuliam de provo-
catione in iudicio Maiestatis et vis concedenda a Iulio Caesare latam
hauserit. Cicero, quem citat, profecto non de *venia provocandi a*
Caesare data mentionem facit: sic minus recte in Conradium inve-

In Actionibus in Verrem idem Cicero testatur iudicia populi nondum ab usu recessisse, huic scelesto civi iudicium populi minans, in oratione pro C. Rabinio ipse pro damnato ad populum provocat: iudicia vero perduellionis hac aetate in Comitii fieri solebant, cuius rei exempla iudiciorum tempore bellorum Punicorum ante a me allata, et leges Cassia et Coelia quodammodo nobis sunt argumento saltem de aetate legis Appuleiae Maiestatis; hisce legibus profecto non probari potest iudicium perduellionis fuisse obsoletum, ut Dieckio visum est: etenim, si mos huius iudicii instituendi ab usu recessisset, de eo iudicio et de ratione, qua in suffragiis ferendis ab aliis iudiciis differret, nulla mentio in his legibus facta esset 1).

hatur propter legem Antonii, qua revera sed in breve tempus provocatio ab his quaest. ad Comitia data est, haec doctissimus vir non tam accurate quam alias quaestiones atque leges tractavit. Ut notum est omnes leges Antonii Cicerone auctore mox abrogatae sunt, itaque etiam haec lex Antonii. Woeniger das Provocationsverfahren, p. II, cap. II, § 11, p. 303. »Zweifelhafter bleibt es uns, ob hier nicht noch eine andere lex Iulia zu nennen wäre, welche den de vi et Maiestate verurtheilten die Provocatio ans Volk gestattete und welche vielleicht dem Julius Caesar angehört? et not. 3, ubi cit. Phil. I, cap. 9) Deinde »allerdings setzt diese Lex ein früheres Verbot einer solchen Provocation voraus (et in notis ubi »ich vermuthe von Sulla).

1) Oratio Ciceronis Philippica prima c. 9 ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 449, 450 ed. Ernesti, vol. II, p. 2, p. 1455, 1456, »ut et de vi et de Maiestate damnati ad populum provocent, si velint — non igitur provocatio ista lege datur: sed duae maxime salutare leges quaestionesque tolluntur — quibus, quum provocatio datur, nonne acta Caesaris rescinduntur.” Ex hoc loco per se spectato provocationem a quaestionibus ante Caesarem datam fuisse (igitur

b. Causae Cornelii et C. Rabirii. Leges Porciae.

Deinde Dieck alio argumento ad sententiam suam tuendam utitur Ciceronem eiusque aequales in oratio-

etiam in causa Maiestatis) non deducendum est, cum hoc loco tamen varia loca Actionum Ciceronis in Verrem comparanda sunt et rogationes Pompeii aliorumque de tribunatu inquirendae sunt. conf. Cic. Actio sec. in Verrem L. I, c. 4 et c. 5 ed. Orell. vol. II, p. I, p. 106, 107, vol. II, p. I, p. 147-149. » Nam quis hoc non intelligit, istum absolutum diis hominibusque invitis, tamen ex *manibus populi Romani* eripi nullo modo posse. — Hoc in illo *Maiestatis iudicio*, si licuisse sibi ostenderit — *quaestiones omnium* perumpat, evolet ex vestra severitate: mihi credite, artioribus apud *populum Romanum* laqueis tenebitur. Credit iis equitibus Romanis *populus Romanus* — credent omnes V et XXX tribus homini gravissimo, Valerii Maximi L. VIII, cap. I, § 3 de iud. publ. ed. Torrenius 1726, p. 697, 698 de iudicio Gabinii: eius delictum perduellionem fuisse existimat. Göttling, *Gesch. der röm. Staatsverf.* § 153, p. 475 et not. 4, verisimiliter propter verba » *lietor et carcer* alii legunt. » *viator*.» Erat procul dubio *populi iudicium*, ut patet ex verbis Val. Max. » *suffragia populi*.» Contra Cicero diserte scribit Gabinium *Maiestatis* accusatum fuisse. Epist. ad Quint. Frat. L. III, Ep. I, c. 5 » qui iam *de maiestate* postulavit ed. Orell. vol. III, p. I, p. 419 ed. Ern. vol. III, p. II, p. 104. In Epist. ad Atticum L. IV, Ep. 16 ed. Orell. vol. III, p. II, p. 104 de *iudiciis* sermonem habet, sed ibi spectat eius accusationem *ambitus*. Quid vero hisce verbis » *multi alii urbani ne respondent quidem?*» conf. etiam eod. p. 102, 103 ed. Ernesti vol. III, p. 2, p. 644, 646. Drumann, *Geschichte Roms in seinem Uebergange von der Republ. zur Monarchischen Verfassung* ex verbis Phil. I, c. 9 hoc efficit » sie (die Provoc.) war also bisher untersagt und nach dem Zusammenhange offenbar durch Caesar,» vol. III, p. 622, contra Göttling, § 153, p. 475 et inpr. § 159, p. 497 etiam contra Wächterum in eius dissert. in *Neues Archiv de delicto vis*. Zirkler, *die gemeinr. Lehre vom Majest. verbr. und Hochverrath* p. 14 cum Grünebusch contendit Ciceronem indirecte Verri perduellionis iudicium minatum fuisse, quum ei *populi iudicium* minaretur. Dieck *histor. Versuche über das Criminalrecht der Römer*, § 24, p. 58, 59 et passim.

nibus nunquam verbum *perduellis* de illis, qui delicta contra rempublicam committerent, usurpasse, sed semper eos *hostes*, *parricidas* vocasse, quae non plane vera sunt, quia et apud Ciceronem et apud Livium nonnunquam *perduellio*, *perduellis* sensu nondum obsoleto occurrunt, et praeterea nihil hoc argumento probatur, nisi verbum *hostis* frequentius quam *perduellis* adhiberi. Cicero saepe verbo *hostis* vel *hostis* et *parricida* animum civis, qui hostis instar in patriam se gerit, indicat, delictum et iudicium respicit, ab hoste externo talem seiungit. Sic nonnunquam haec notio ad Senatusconsultum, quo civis hostis dicebatur, refertur, qua de re iam ante uberius disputavi 1).

1) Cicer. orat. pro Milone, c. 14 ed. Orellius vol. II, p. 2, p. 382, ed. Ernesti vol. II, p. 2, p. 1359. »Diam mihi, credo, dixerat, multam irrogarat: actionem *perduellionis* intenderat. Haec a Cicerone ironice dicuntur de causa accusationis, nempe propter coniuir. Catilin., non vero de actione *perduellionis*, loquitur de *perduellione* ut delicto, cuius causa civis ea aetate in iudicium vocabatur. Magis apparet ex verbis scqq., quoversus eius ironia spectet. »Et mihi videlicet in *causa*, aut mala aut mea, non et *praeclarissima* et *vestra* iudicium timendum fuit? alioquin verisimiliter addidisset: »et quale iudicium, scilicet *perduellionis*." Conf. Dieck, Hist. Vers. § 17. p. 42-44, primum animadvertit *perduellionem* intelligi posse de qualicumque gravi delicto, haec comparat cum verbis Cicer. in orat. pro C. Rabirio, sed Ciceronis iudicium de aliqua re in variis orationibus vel etiam in aliis operibus non semper idem est. Contra Zirkler, die gemeinrechtl. Lehre vom Majestätsverbr. u. s. w. p. 14 et passim. Köstlin, die *Perduellio* unter den römischen Königen. Tübingen 1841, p. 120, 121, not. 40. »Dass Cicero und gleichzeitige Schriftsteller das Wort *Perduellio* absichtlich vermeiden, ist theils *unrichtig* cit. c. 14, or. pro Mil. theils anders zu erklären." Paulo ante de Varro. »Dass Varro die *Perduellio* erklärt, beweist nicht dass sie

Sed vel maxime ex causa Rabirii et ex oratione a Cicerone pro eo habita, iudicium perduellionis ab usu recessisse Dieck deducere conatus est, quae iam partim egregie Zirklerus aliique refellerunt; hisce tamen pauca adicere mihi liceat, quae ex mea sententia ab iis sunt praetermissa.

Cicero in hac oratione prae ceteris iudicio perduellionis adversatur, quod civis Romanus a duumviris ad mortem, et quidem ad gravissimam mortis poenae speciem cum fustium poena coniunctam sit damnatus; et mihi verba eius iterum iterumque perlegenti persuasum est Ciceronem iudicium perduellionis sublatum fuisse revera non existimasse: ut causarum patronus vero animos civium in Comitibus odio in perduellionis iudicium incitare studet, inde de iudicio loquitur quasi nonnisi duumviris, mortis poenae variis cruciatibus constaret, quasi in ea carnifice semper opus esset: in hisce omnibus cum oratoris partes egisse, eiusque igitur testimonium in hac oratione non magni

antiquirt war; denn, wenn alles als antiquirt zu betrachten wäre, was Varro erklärt, so bekäme die römische Geschichte ein wunderliches Ansehen" M. Terentii Varronis de lingua Latina L. IV, cap. I, in Cornucopiis Perotti p. 1057. Dieck § 9, p. 21, 22. de hisce unum locum Livii (I, 26) affert, sed ab eo multis aliis locis et de temporibus, quae multo magis ad ipsius tempora accederent, verbum Perduellis usurpatur e. g. L. XLII, c. 20, enr. Drakenborch, vol. V, p. 634, interitum Perduellium XLV, c. 16, vol. V, p. 842, Perduelles superati, cum L. XXV et XXVI, loc. iam saepe cit. XXXVIII, c. 50, vol. V, p. 265. »Perduellibus devictis" et § mea. Conf. etiam Cicer. de offic. L. III, c. 29, »Perduelliana numero" ed. Orell. IV, p. II, p. 433, cum L. I, c. 12, p. 324, qui non plane meae sententiae adversatur.

esse momenti historia Romana et legibus ducibus ostendam 1).

Duumvirorum iudicium diserte non erat abrogatum; veruntamen ultimis saeculis liberae reipublicae Romanae non erat habitum, prouti scimus; ab alia parte exempla iudiciorum perduellionis a Comitibus iudicatae apud scriptores inveniuntur et in legibus Cassia et Coelia de talibus iudiciis agitur.

Poenam suspendii cum fustium poena coniunctam Regum tempore perduellioni propriam fuisse a Livio quidem commemoratur, sed eandem poenam libera republica de perduellibus regula sumtam fuisse neque ex legibus neque ex historia Romana apparet. De Cassio Dionysius Halic. narrat eum rupe Tarpeia deiectum fuisse et hanc speciem mortis poenae a Romanis ea aetate civibus ad mortem damnatis imponi solitam fuisse affirmat; quae nimis universe dicta sunt et aliquomodo incerta sunt, quod a Graeco conscripta sint, de sociis autem Cassii, de Tribunis vel Patriciis, sive iidem sint, sive ab iis

1) Ciceronis orat. pro Caio Rabirio, cap. 3, ed. Orell. vol. II, p. 1, p. 575, (in hac edit. etiam fragm. a Niebührio edita inveniuntur, ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 735. » Nam de perduellionis iudicio, quod a me sublatum esse, criminari soles, meum crimen est, non Rabirii. Quod utinam, Quirites, ego id aut primus aut solus ex hac republica sustulisset — quam me in consulatu meo carnificem de foro, crucem de campo sustulisset — qui expulsis regibus nullum in libero populo vestigium crudelitatis regiae retinuerunt” cap. 4; » hic popularis a duumviris, iniussu vestro, non iudicari de cive Romano, sed indicta causa civem Romanum capitis condemnari coegit — caput obnubito, arborii infelici suspendito;” cum argumento » sorte a praetore datos” (sc. duumviros. ap. Ern. vol. II, p. I, p. 731, cum Suetonii Tranq. Julius Caesar, cap. 12, ex rec. Oudendorpii, p. 20, 21.

seiungendi sint, plures scriptores commemorant eos igni vivos crematos fuisse; et plebeii decemviris poenam ignis minantur.

Manlius sine ullo dubio perduellionis reus, ut Livius ac plures alii scriptores testantur, a rupe Tarpeia est deiectus, ut Cornelius Nepos scribit, verberando est necatus: a nullo in eius iudicio suspendii poenae mentio fit. Bruti filiorum exemplum iam mitto, quum sine populi iudicio iussu Consulis, et verisimiliter consensu Senatus ultimo supplicio sint affecti. De sequentibus temporibus Livius de capitis accusatione et de die capitali universe solummodo sermonem habet.

In legibus autem duodecim tabularum legimus eum, „qui hostem concitaverit, *capite puniri*” et nihil de graviore poenae mortis specie additur. Quum in aliis harum legum fragmentis de aliis delictis poena diserte nominetur, nempe „eum, qui frugem aratro quaesitam noctu pavisset, suspensum Cereri necari,” vel „eum, qui falsum testimonium dixisset, e saxo Tarpeio deici” vel „eum, qui aedes acervum frumenti iuxta domum positum combussisset igni cremari,” verisimile est legislatores duodecim tabularum hanc poenam capitis de sola mortis poena ac magis vulgari specie gladii vel securis intellixisse 1); neque a probabilitate re-

1) De Legibus Regum Liv. hist. L. VI, cap. I, ed. Drakenb. vol. II, p. 257, 258. eur. Drakenborch »foedera ac leges (erant autem eae duodecim tabulae et quaedam *regiae leges*) conquiri: alia ex iis edita etiam in vulgus. Contra suppressa sunt, quae ad sacra pertinebant,” cum L. II initio, inde constat a legibus regum non plane recessum fuisse. De Cassio Liv. Hist. L. II, c. 41 eur. Drakenb. vol. I p. 422 seqq. Dion. Halic. Antiq. Rom. L. VIII, c. 78, p. 545, 546 ed. Sylburg

cedit eos saepius hanc speciem in delictis contra rem-
publicam gravioribus lapsu temporis inde a libera re-

publicae mortis ex arbitrio statuisse: praecipue dum
iudicium perbellis frequentius in Comitibus instituitur.
ἐπιβάντων κατὰ τῆς πέτρας αὐτῆ γὰρ ἢ τοῖς τότε Ῥωμαίοις ἐπὶ Χορῆος τῶν
ἐνὶ θανάτῳ ἐλάσαντων ἡ ἐλάσαντι. De Manlio Liv. VI, cap. 20; vol. II,
p. 350, »Tribuni de saxo Tarpeio deiecerunt." Auli Gellii Noct. Attic.
I. XVII, c. 21 ed. Gronovii p. 795 ibi testim. Varronis et Nepotis.
Dio Cassius et Zonaras etiam de poena rupis Tarpeii mentionem fa-
ciunt. conf. § mea 4 Aetatis III. Leg. XII, tab. IX fragm. 5 (l. 3,
ff. ad leg. Jul. Mai.) tab. IX, pr. 2 » quarum altera de capite civis
rogari nisi maximo comitiatu vetat." (Cic. de legg. L. III, cap. 19
ed. Orell. vol. IV, p. 1, p. 569) tab. VIII, fr. I. »capite sanxissent"
Cic. de republ. ed. Moser et Crenzer, p. 436, tab. VIII, fr. 10
l. 9 ff. de inc. ruina, naufragio (XLVII, tit. 9) tab. VIII fr. 9
» capitale erat suspensumque Cereri necari iuebant gravius quam
in homicidio convictum" (ap. Plinium Hist. Nat. L. XVIII, cap. 3
ex recens. Ioannis Harduini Bipont 1783, vol. III, p. 226, tab. VIII,
fr. 14 (Gell. XI, c. 18) VIII, fr. 23. conf. Dirksen Zwölf-Tafel-
fragmente p. 656-659, 644-650, 607-616, 545-557, 577-581. Blon-
deau Instit. de Inst. vol. II. Monum. Iuris Anteiustin. p. 71, 73,
74. Niebühr, röm. Gesch. zweite Ausg. vol. II, p. 194 not. 372
» Stänkung und Enthauptung ist die Hinrichtung more maiorum für
Staatsverbrechen: so apokryphisch ist jeder Umstand in Dionysius
Erzählung dass er Cassius vom Felsen hinabstürzen lässt; welches
nur für die tribunicischen Verurtheilungen gehört" cum vol. II,
p. 687 not. 1341 de Nepotis testim. de Manlio » die Strafe für den
Perduellis, wenn er auf der Dnumvirn Anklage » more maiorum,"
hingerichtet ward cum vol. II, p. 465 » die Strafe des Hoch-
verraths" de novem Tribunis, qui igni cremati sunt (vel Patriciis)
cum p. 417 et not. 814 » der Feuertod ist der eigentliche für die
Hochverräther." Diodorus Sic. ed. Wesseling, Amstelod. 1746. L. XII,
c. 25; p. 493, 464, ἢ τούτο μὴ πράξαντας ἐόντας κατακλιθεῖναι. Nie-
bühr huic Graeco dubiae fidei majorem fidem habet quam Livio Romano
III, c. 55, » tergo ac capite puniretur" cur. Drakenb. vol. I, p. 776, quod
talis poena non ad Tribunorum et plebis iudicia pertineret; acu-
tissime celeberr. vir hoc scripsit, sed probari nequit talem poenam ad
Comitia centuriata unice referendam esse, nec diserte apparere huius-

publica adhibuisse: si haec sententia alicui displicet, coniectura assequi liceat populum in Comitibus speciem poenae mortis ex arbitrio statuuisse: praecipue, quum iudicium perduellionis frequentius in Comitibus institueretur, nam ex exemplis a me allatis apparet nunc hanc, nunc illam speciem poenae mortis noxiis impositam fuisse. Niebuhr existimat poenam ignis delictis

modi causam (qui plebem sine Tribunis reliquisset, quique magistratum sine provocatione creasset) a Comitibus tributis iudicatum fuisse: si Livii locus emendandus est, potius existimarem e priore lege, quae partem huius continet, haec de lege sacrata accipienda esse. Roaschirt das röm. Recht als Quelle u. s. w. Neues Archiv XI, p. 1, p. 21, »wenn auch Sigonius schon, wie oben angeführt ist, nicht Unrecht hat, dass er das aufhängen, als die gewöhnliche Strafart des alten Iudicium perduellionis bezeichnet“ eum p. 17. Götting, Gesch. der röm. Staatsverf. § 75, p. 159. »Tod am Galgen oder Kreuz. Statt beider Todesarten ward später das Beil eingeführt, obgleich more maiorum die alte Strafe zurückgeführt werden konnte.“ Clarissimi Holtii Hist. Iuris Lineamenta § 238, p. 68 cum § 240-242, p. 69. Hugo, Lehrbuch der Gesch. des röm. Rechts, vol. I, p. 359 ed. XI, 1832 poenam mortis iam ea aetate minus asperam fuisse censet, quod tum etiam in exilium sponte abire possent. De Bosch Kemper, diss. laud. 17-19 poenam capitis ex lege duod. tab. de delictis contra republ. cum p. II, cap. 2, § 2, p. 180-183. Carmignani Iur. Crim. Elementa ed. 4, L. III, p. 1, tit. IV, § 684, vol. II, p. 15. »Antiquo iure Romano perduellionis rei virgis ad necem caedebantur, vel infelici arbore reste suspendi, vel furcae intenta cervicē“ ab eo, ut ab aliis, citatur Sigonius de iudicio. L. II, c. 29 in opp. Mediolani 1736, vol. V, p. 802, 803.

Carmignani has poenas permansisse usque ad Sullae legem existimare videtur. Chauveau et Hélie-Faustin, Théorie du Code pén. cap. 16, § 2, vol. I, Brux. p. 248, not. 7 de una poena bestiarum mentionem fecerunt, neque inter tempora distinxerunt. Comment. Iur. Germ. iam mitto, ne nimis diu in hac quaest. tract. versarer. Loca Cic., Dion., Auct. pro Domo de exsil. ap. Clariss. Holtium, Ilugonem aliosque inveniuntur.

contra rempublicam universe propriam fuisse et alio loco verbera et gladium huic pertinere; aliquem e rupe Tarpeia deicere solummodo licitum fuisse opinatur, si a Tribunis accusatus esset, sed celeberr. vir sibi non plane constitit, neque ex exemplo Manlii, cuius delictum propriae Tribunicias accusationes non spectabat, regula statui potest: praeterea, nec poena ignis, nec poena rupis Tarpeiae, nec poena suspendii delictis contra rempublicam commissis propriae esse dici possunt, quod et de aliis delictis sancitae erant.

Hisce negari non ausim libera republica primis saltem temporibus poena suspendii et verberum nunquam in noxios perduellionis animadversum fuisse, verumtamen contra Ciceronem contendo neque hanc poenam neque carnificem, qui civem cruci ad verberandum alligaret, cum perduellionis iudicio plane coniungendos esse, neque ad sequentia reipublicae tempora esse protrahendos.

Cicero deinde leges de provocatione, legem Porciae et Caii Gracchi affert ad invidiam in duumviros, qui Rabirium ad mortem damnarant, augendam, non vero ut quibusdam visum est, ad poenam mortis ex legibus Porciae et Gracchi impugnandam, nam de Porcia lege dicit „*libertatem civium licitori eripuit*”, quae accipienda sunt de licitore Consulis vel Praetoris apparitore, qui eius iussis civem in foro verberabat, vel securi percutiebat. De Graccho autem diserte profitetur eum legem tulisse „*ne de capite civium Romanorum (in iussu populi) in Comitibus iudicaretur*”, quae cum prioribus comparanda sunt, itaque ambae leges ad magistratus, qui sine populi iudicio cives

corporis vel mortis poena afficiunt, spectant, si hanc orationem consulimus: Cicero non in poenam mortis invehitur, sed in poenam mortis a magistratibus sine provocatione ad populum irrogatam, quae in alio Ciceronis opere, in quo non ut orator, verum ut iureconsultus a partium studiis alienus, loquitur, magis confirmantur, scilicet in Libris de Republica testatur leges Porcias legibus Valeriis nihil novi praeter sanctionem attulisse.

Quidquid Platnerus et Göttingius scribant, Livius haec potius explicare quam iis adversari mihi videtur, nam priora eius verba „quod gravi poena, si quis verberasset necassetve civem Romanum, sanxit“ (sc. lex Porcia) indicant eam legem de magistratibus, non vero de populi iudicio valere, imprimis si cum sequentibus conferas: ubi aequae, atque apud Ciceronem, legis Valeriae mentio fit ex hac lege tale delictum „*improbe factum*“ haberi, cui opponitur sanctio *gravis poenae*; legis Porciae. Verba „verberasset necasset“ nobis interpretanda sunt de eo, qui mandat, ut quis verberetur, necetur; si magistratus hoc ex sententiis Comitiorum iuberet, Comititia eum in iudicium vocare vel damnare non possunt: exempla a Graccho in fragmento orationis a Gellio nobis servato et in II Actione in Verrem a Cicerone allata mihi magis magisque persuadent legem (leges) Porciam ad provocationem solam referendam esse, quae tamen provocatio non ad Urbem Romam restringenda est, sed etiam ad provincias pertinet, ut nos docent Cicero in Verrem et Caius Gracchus in oratione, quibus magis fides habenda est quam nummis quibusdam gentis Porciae, unde

Götting legem Porciam magistratus in provinciis et provocacionem ab his vel maxime spectasse deduxit 1).

1) Cicero orat. pro C. Rabirio, cap. 4, ed. Orell. vol. II, p. 1, p. 576, ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 736. Cum verbis iam paulo ante cit. eod. cap. scripta sunt. »Porcia lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit, cum cap. 3. »De civibus Romanis contra legem Porciam verberatis aut necatis plura dicenda sunt, ed. Orell. vol. II, p. 1, p. 875, ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 735. Cum Ciceronis de republ. L. II, c. 35, ed. Moser et Creuzer, p. 303. Liv. Hist. L. X, cap. 9, cur Drakenb. vol. III, p. 37, priora. »Porcia tamen lex sola pro tergo civium lata videtur ex seqq. interpretari debemus, propter sensum totius loci et propter verbum quod et in not. praec. Dukeri. Götting. Gesch. der röm. Staatsverf. § 139, p. 427-429. »Hauptsächlich zu Gunsten der römischen Bürger in den Provinzen. — Die Todesstrafe aber von einem römischen Volksgerichte über einem Römer zu erkennen, hat die Lex Porcia nicht aufgehoben.« § 142, p. 436, de lege Cai. Gracch. »Ferner war darin für römische Bürger überhaupt die Todesstrafe aufgehoben.« Platner, quaest. de iure Crim. Romano, Quaest. V, p. 75-80 et 81 de Imp. aet.; de lege Porcia, praec. p. 70, 77. »Attamen, si aliis locis fides habenda est, lex Porcia, etiamse provocatum non esset, virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit.« Dirksen, civil. Abhandl. Berlin 1820, vol. I, p. 152. Verrem accusari potuisse ex lege Porcia propter civem sine provocacione occisum censet, quem refellere conatur Platner p. 77, not. 3, hoc mihi tamen legibus Porcia inesse videtur, magis diserte in lege Caii Gracchi hoc scriptum erat. »Auli Gellii Noct. Attic. L. X, c. 3, ed. Gronovii p. 467-472, ubi duo fragm. orationum C. Gracchi, quaedam ex Act. in Verrem Ciceronis et fragm. orationis Catonis afferuntur; ap. Cai. Gracchum de municipiis, ap. Ciceronem de provincia agitur. Actio sec. in Verrem. Cic. L. V, c. 54, ed. Orell. vol. II, p. 1, p. 367, ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 494, c. 62, 63, inpr. initio, c. 63. »O nomen dulce libertatis! o ius eximium nostrae civitatis! o lex Porcia, legesque Semproniae! o graviter desiderata et aliquando reddita plebi Romanae tribunica potestas — ut civis Romanus in provincia populi Romani, in oppido foederatorum — deligatus in foro virgis caederetur, ed. Orell. vol. II, p. 1, p. 373, 374 ed. Ern. p. 501, 502. Priora confirmant meam sententiam legem Pompeiam de tribun. cum iudiciis populi et

Verba Iulii Caesaris apud Sallustium meae sententiae magis obstare videntur, quia Caesar ibi indicare videtur Porciam legem, ne poena verberum irrogetur universe vetuisse. Sed per Deos immortales! ait Caesar, quam ob rem in sententiam non addidisti, ut prius verberibus in eos animadverteretur? an, quia lex Porcia vetat? at aliae leges item condemnatis civibus animam non eripi, sed in exsilium permitti iubent. An, quia gravius est verberari quam necari? Sin quia levius; qui convenit in minore negotio legem timere, cum eam in maiore neglexeris. Postquam res publica adolevit et multitudo civium factio- nes valere, circumvenire innocentes alia huiuscemodi fieri coepere: tum lex Porcia aliaeque paratae, quibus legibus exsilium damnatis permissum.

Haec Caesar Marianus apud Sallustium Marianum vociferatus est in causa speciali, nempe coniuratorum Catilinae sociorum, quum poena iis a Senatu imponeretur; hic locus igitur dubiae fidei est, tales leges factio Mariana vel universe illa, quae plebeis favebat, alio modo atque optimatum factio interpretabatur. deinde Caesar addit ea lege aliisque legibus civibus damnatis concessum fuisse in exsilium abire, de qua re nulla apud Cicronem vel Livium fit mentio: probabile est apud Livium formulam legis Porciae in cum provocacione cohaerere: seqq. agitur de virgarum poena civi Romano in provincia a magistratu ierogata. Gellius haec citavit. C. Plinii Sec. Nat. Hist. l. VII. c. 43. eum not. Scaligeri, Vossii aliorum Lugd. Batav. ap. Hackios, 1669; vol. I, p. 449. Balbus Cornelius Maior Consul, sed accusatus, atque de viris virgarum in eum iudicium in consilium missus.

veniri, unde venia exsilii ea lege Porcia saltem mihi magis dubia videtur. Itaque locus Sallustii et quidem ex oratione, quam scriptores magnam partem fingere et ornare solent, non tanti momenti videtur, ut ad Platneri sententiam accedam legem Porciam, ne poena verberum de cive Romano sumeretur, universe prohibuisse: at ponamus eius sententiam veritati convenire, tunc inde non apparet poenam mortis plane obsoletam vel abrogatam fuisse: mihi vero mirari liceat Platnerum ex Caesaris oratione non de mortis poena lege Porcia abrogata cogitasse, cui rei Cicero et Livius variis locis adversantur 1). Hoc etiam tenendum est Iulium Caesarem apud Ciceronem de poena mortis iniussu populi irrogata, de lege Sempronia sermonem habere.

Lex Caii Gracchi sine ullo dubio ad provocationem ad populum et ad magistratum, qui ei obstiterat et contra eam poenam capitis de cive sumserat, pertinebat, ea ergo lege poena mortis in Comitibus non erat antiquata: uti lex duodecim tabularum et variae provocationis leges, haec lex C. Gracchi etiam magis contraria erat iudicio duumvirorum, verumtamen ipse legislator contra eam occisus erat, et haec Gracchi lex ab optimatum parte non semper agnoscebatur 2).

1) Caii Crispi Sallustii bellum Catilinarium c. 51 praec. p. 44, 45. De lege Porcia etiam Clarissimi Holtii Lineamenta § 213, p. 61. Creuzer Abriss der röm. Antiq. § 136, p. 184. De Bosch Kemper, de indole iuris crim. ap. Romanos p. 30 cum p. 49, ubi contendit populum semper per Quaestores in Comitibus iudicasse excepto perduellionis iudicio, a qua sententia recedo.

2) Cicero orat. IV in Catilinam c. 5 ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 49. Ern. vol. II, p. 1, p. 793.

Ultimis liberae reipublicae saeculis exsilii saepius quam mortis poena statuabatur, vel in exsilium sponte abire reis vel a magistratibus damnatis licebat, quod vero neque huic aetati proprium est, quia multa exempla exsilii sponte facti in prioribus saeculis occurrunt, neque exsilii poena a perduellione plane aliena erat; nam exemplum Censorum Claudii et Tiberii Gracchi occurrit apud Livium, de quibus ut perduellionis accusatis non nisi poena exsilii rogabatur: exempla contra Postumii Pyrgensis et Fulvii a Zirklero allata poenam mortis de perduellionis noxiis statui confirmant, quia ea aetate verba „capitalis, caput” de ultimo supplicio potius quam de exsilii graviore specie intelligenda sunt, ac Livii narratio et decretum Tribunorum plebis tali interpretationi magis conveniunt. Postumio aqua et igni interdictum est, quum die dicta non adesset, sic etiam de Fulvio plebs scivit „iustum esse eius exsilium” 1).

1) T. Livii Hist. L. XXV, c. 3, »rei capitalis diem Postumio dixerunt.” Cur. Drakenb. vol. III, p. 948, additur »ni vades daret, prehendi a viatore atque in carcerem duci iusserunt” quae compar. cum causa Kaesonis ap. Livium L. III, c. 11-13 cur. Drakenb. p. 582-594 qui primus vades dederat et cui mortis poenam minabantur. conf. § mea 6. Aet. II — »videri eum in exsilio esse” de sociis »cuius rei periculum vitantes in exsilium abierunt.” Maius igitur erat periculum quam exsilii L. XXVI, c. 3. »Capite anquirendum.” Cum »more maiorum” et »perduellionis.” cur. Drakenb. vol. III, p. 1055, 1056, XLIII, c. 16. cur. Drakenb. vol. V, p. 723. 723 perduellionem se iudicare — perduellionis dicta dies.” Cum Zirklero existimo inpr. propter Gracchi verba. »Si collega damnatus esset comitem eius exsilii futurum.” Zirkler, die gemeinr. Lehre vom Maiesitätsverbr. und Hochverrath, p. 17, 18. Tresviri vel Triumviri capitales dicebantur capitales hac aetate, quod noxios, qui ad mortem

Ciceronem ad orationem ornandam atque ad animos civium commovendos multa in hac causa historiae Ro-

damnati erant, ultimo supplicio afficerent. Sallustii Bellum Catilinarium, c. 55, (ap. Creuzer. inveni c. 54) p. m. 49. »Triumviros, quae supplicium postulabat, parare iubet.» De aliis eorum muneribus § 159, p. 228, ab eo cit. Cic. de Legg. III, c. 3, ubi tamen nihil in specie de iis inveni. Göttling, Gesch. der röm. Staatsverf. § 129, p. 377, 378. »Sacramenta bei Capitalstrafen einzuziehen — Körperliche Strafen, Gefängniß und Tod an den dazu verurtheilten vollziehen zu lassen» iam taceo de indic. potestate l. 2, l. 28 ff. de poenis de Imp. actate.

Woeniger, propter locum Festi, qui citat leges, quibus civem verberare magistratibus concessum est, et propter Livii et Ciceronis magis quam propter Sallustii narrationem legem Porciam interpretatur de poena verberum sublata et existimat eam latam esse contra verbera licita et illicita a magistratibus civibus irrogata. Woeniger, das Provocationsverfahren, p. II, cap. II, § 11, p. 226-302, imo vero p. 300 legem Gracchi iussa huius legis iterasse contendit, quae sententia verbis legis Gracchi ab eo citatis plane adversatur. Deinde p. 302 putat in quaque lege Porcia aliquod diversum statutum fuisse, quod Ciceronis testimonio in Republ. repugnat: sic ex Sallustii verbis citat. efficit una lege Porcia civi ad mortem damnato in exilium sponte abire licuisse, quod ex nullis aliis scriptoribus confirmatur, et hunc locum interpretari possumus Caesarem indicare voluisse legem Porciam per provocationem indirecte hanc veniam civibus dedisse. Etenim iudicium populi non statim iudicium magistratum sequebatur: verisimile est propter verba »P. Laeca» sc. Porcium Laecam (scilicet a Woenigero aliisque M. Porcius Laeca Tribunus legis Porciae de verberum poena tollenda auctor habetur) numisma de provocatione ad hanc legem esse referendam, quamquam non omnia ex hoc numismate efficienda sunt. Conf. Woeniger, p. 302. »Indessen so wenig der Zusammenhang zwischen dieser Münze und diesen Gesetz erweislich feststeht — eben so wenig können wir solche Ansicht selbst als blosse Conjectur gelten lassen.» Tum p. 297 de Ciceronis loco in Republ. scribit Ciceronem leges Porcias ad provocationem referre videri »mit scheinbarer Beziehung auf die provocatio» et not. 4, ibidem »ein merk-

manorum contraria finxisse ex his quoque verbis apparet." Namque haec tua, quae te hominem clementem popularemque delectant „I licitor, colliga manus" non modo huius libertatis mansuetudinisque non sunt, sed ne Romuli quidem aut Numae Pompili: Tarquini superbissimi atque crudelissimi Regis ista sunt cruciatu carmina 1), scilicet Cicero probe sciebat iudicium

würdiger Zufall zog eine parallele zwischen den Porcischen und Valerischen Gesetzen; dort, wie hier, drei Gesetze von drei Gesetzgebern aus derselben Familie." Locus vero Ciceronis, si varia huius cap. inter se compares, *diserte de provocatione et de variis legibus de eâ latis agere videtur* cum p. 300, 301 ubi opinatur Ciceronem de legibus Porciis tunc scripsisse, quod, uti lex XII tabularum » de capite civis non nisi maximo comitiatu rogari posse, » indirecte tali ratione ad provocationem spectarunt.

Geib contra legem Porciam legem provocationis habet. *Gesch. des Röm. Criminalprocesses* aet. I, p. II, cap. III, p. 159, » allein dessen ungeachtet scheinen auch selbst die späteren, sowohl *Valerischen*, als *Porcischen Gesetze*, weil sie in der That nur eine wiederholte Aufrischung jener ersten Lex sein sollten, die fragliche Bestimmung immer gleichfalls mitenthaltend, und daher nicht bloss hinsichtlich der körperlichen Züchtigung, sondern ausserdem hinsichtlich der Todesstrafe die Provocationsbefugniss ausgesprochen zu haben. Ja es scheint sogar, dass sie sich hierauf noch schlechthin beschränkten, und eine *ausdrückliche Erwähnung des Provocationsrecht gegen Geldstrafen* in ihnen eben so wenig als in den ersten Valerischen Gesetzen vorkam, » cum iis, quae praecedunt. Woeniger II. recte contra putat lege Porcia poenam mortis civium Rom. non esse abrogatam.

1) Cic. orat. pro Caio Rabirio, c. 4, ed. Orell. vol. II, p. 1, p. 576, ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 737, cum p. 736, cap. 5, eod. » An vero, si actio ista popularis esset, et si ullam partem aequitatis haberet aut iuris, C. Gracchus eam reliquisset? — Sed moreretur prius acerbissima morte millies Gracchus, quam in eius concione carnifex consisteret — non ex memoria vestra ac patrum vestrorum, sed ex annualium monumentis atque ex regum commentariis conqui-

perduellionis asperas illas poenas brevesque iudicii formas a prioribus Regibus, non vero a Tarquinio Su-

sierit." Köstlin, die Perduellio unter den römischen Königen, p. 125. — »Sondern an den Tarquinius Superbus, welcher sicherlich ohne Pro-
vocation richtete. — Cicero meint daher mit der regia actio nicht
das Verfahren, wie es unter Tullus Hostilius vorkommt, sondern das
regelmässige Perduellionsgericht, wie es vom König oder seinem Stell-
vertreter gehalten wurde" cum p. 122, 123; cum p. 119, 120. »Nir-
gends eifert Cicero gegen den *Duumviral-process* als solchen, vielmehr
nur gegen die missbräuchliche Anwendung des alteren *Königlich-Consularischen-Perduellions-processes*, das hier gerade so constituirte
werden sollte, wie es zur Zeit der Königen als Ausnahmeverfahren
vorkam, nämlich mit Duumvirn » not. 40, p. 119-121, recte contra
Dieck » Vielmehr bestand der Begriff der Perduellio als förmliches Recht
fort bis zur Lex Julia" et contra Dieck, qui opinatur factum Rabirii
nihil esse nisi caedem civis (perduellionem) sensu, quo ab eo hoc
delictum caedi hominis aequiparatur, cum Köstlin § 3, p. 10. » *Son-
dern eines durch leges sacrae geschützten Volkstribunen.*" Etiam
tria exempla perduellionis citat, in quibus noxiis poena exsilii irrogata
esset, p. 17, Cic. orat. pro C. Rabirio, c. 4, l. l. »a duumviris,
iniussu vestro, non iudicari de cive Romano, sed *indicta causa*,
civem Romanorum capitis condemnari coëgit" et argum. Orat. ap.
Ernesti, vol. II, p. I, p. 731, 732. Auctore pro domo, c. 13, ed.
Orell. in Cic. opp. vol. I, p. 594, praec. c. 18, p. 597." Nam,
quum tam moderata iudicia populi sint a maioribus constituta —
deinde, ne, nisi *producta die*, quis accusetur." Ed. Ern. vol. II,
p. 2, p. 994 et 1000. Zirkler, die gemeinr. Lehre, u. s. w. p. 15,
16, 19, 20." Aber merkwürdig bleibt es doch immer, dass unge-
achtet wahrscheinlich schon eine eigene Quaestio Maiest. bestand,
der mit der Quaestio de Sicariis bekleidete Praetor, dem Caesar be-
kanntlich als Richter beigegeben war, *kein Bedenken trug die An-
klage anzunehmen* — während Cicero die Unregelmässigkeit, dass
diese Bestellung iniussu populi geschehen, nur ganz im vorbeigehen
rügt." Götting, Gesch. der röm. Staatsverf. § 146, p. 457. »Obsolet
aber nicht abgeschafft" cum § 142, p. 436. »Dann scheint sich aus
den Worten Ciceros zu ergeben, dass sie (lex Cai. Gracchi) das pra-
iudicium der duumvirn aufhob." Citatur c. 4, or. pro C. Rab.

perbo institutas fuisse, at nomine huius Regis etiam-
tum invisio invidiam civium in iudicium, in hanc actio-

cum p. 454, de iudiciis populi iam ante legem Iul. Caes. de Mai. obsoletis. Mittermaier in opere Staatslexicon von Rotteck und Welcker verbo Hochverrath iurist. vol. VIII, p. 2, p. 202. »Das Iudicium Perduellionis verlor seine alte Bedeutung, aber nicht in dem Sinne, dass das Crimen Perduellionis überhaupt unanwendbar geworden wäre, sondern nur, so dass manche *harte Formen in diesem iudicio ausser Uebung kamen*, während die Geschichte lehrt, dass noch später als schon das Crimen Majestatis vorkam, noch Iudicia Perduellionis statt fanden.“ Zirkleri sententiae Mittermaierus assentitur in opere Archiv des Criminalr. Neue Folge Ao 1837, p. 1, p. 165, 167 ubi iudic. de Opp. Zirkleri, Weiskii et Dieckii. Huic sententiae pro parte etiam favet Rosshirt, über das röm. Recht als Quelle u. s. w. Neues Archiv. vol. XI, p. 1, p. 21, contra Dieck, hist. Versuche, § 15, p. 34-39, cum § 4, p. 9, inpr. p. 38. »Nimmt man nun noch hierzu dass Rabirius nur im weiterm Sinne des Wortes verdient haben würde, Perduellis genannt zu werden — wie Rabirius eines Todtschlags schuldig gemacht gewöhnlich als Perduellis angeklagt.“ K. S. Zachariae Heidelb. Sulla parte II, p. 146, 147 cum p. 130, »gegen Gesetz und Herkommen“ de iudicio perduellionis; nomen perduellionis fortasse mansisse opinatur in una causa, si quis vi reipublicae normas evertere censeretur: inde a lege Cornelia praeter causam Rabirii talia delicta una quaestione Maiestatis iudicata esse existimat. Henke, Handb. des Criminalrechts und der Criminalpolitik, vol. III. § 183, p. 383 »veraltete auch allmählig der Begriff der Perduellion, und an die Stelle derselben trat das Majestätsverbrechen“ p. 385 de lege Cornelia Mai. ea potissimum talia facta puniri, quae ante notione perduellionis continebantur. p. 389 negat lege Iulia perduellionem rursus in usum revocatam esse. Hepp. die Bestimmungen des Römischen Rechts über den Hochverrath, Archiv des Criminalr. Neue Folge a° 1837, p. 3, p. 367-371 praec. 373, »Zumal, da es schon streitig ist, ob die Perduellio und das Iudicium Perduellionis *nicht viel früher* untergegangen seyen als Zirkler annimmt.“ Luden meae sententiae adversari videtur p. 84 at p. 226, 227 recte Maiestatem tempore Caesarum ut genus, perduellionem, ut eius gravissimam speciem proponit. Cropp. Comment. de praec. Iur. Rom. circa

nem augere volebat, nam, si quis negat Numam eius

pun. con. del. parte II, p. 4-8, 9-14 differentiam libera republica et Caesarum aetate inter perduellionem et Maiestatem fuisse, quamquam alia ratione existimat. Weiske, Hochverrath und Majestätsverbr. § 1, p. 12, cum § 5, p. 14, 15 perduellionem Romanis valde invisam factam esse effecit ex Cic. or. pro Rabirio, etiamsi Ciceronis ut oratoris verba non stricte accipienda essent. Deinde facta perduellionis omnia iudicio Maiestatis ante legem Iuliam vindicari posse censet. Feuerbach, Hochverrath p. 6-10, 62-76. Marezoll das gemeine Deutsche Criminalrecht, § 58, p. 181 während des Freistaats, von einem Verbrechen (Maj.) — welches die Perduellio mit in sich aufnahm, absorbirt worden et not. 1 cum p. 182. »Unter diesen Fällen war entweder gleich Anfangs ausgezeichnet, oder wurde wenigstens *späterhin* besonders hervorgehoben, als die *schlimmste strafbarste Art, die eigentl. Perduellio*“ nimis tamen dubitat. Dieckio assentiri videtur celeberr. Wächter, Lehrbuch des Römisch-teutschen Strafrechts, vol. II, § 228, not. 30 p. 513 vid. etiam eius animadvers. dignae quae legantur § 228, not. 27, p. 508-510.

Geib, Geschichte des Römischen Criminalprocesses Leipzig 1842, aet. parte I, cap. V, p. 62, 63 existimat caedem Saturnini, si a Rabirio facta esset, non fuisse perduellionem: hisce argumentis inter alia utitur: »War jemand einmal als *Feind des Staats* erklärt, so konnte ihn natürlich die Heiligkeit seines Amtes nicht länger schützen — so wenig die That des Scipio Nasica oder die des Opimius als Hochverrath betrachtet würde, eben so wenig darf die Handlung des Rabirius mit diesem Namen belegt werden.“ Deinde disputat de venia Saturnino et sociis data, quam negat. Exempla Scipionis et Opimii nihil probant: nam haec pars in republica tum vicit et praeterea potestate et amicis in republica nimis praevalabant, ut in iudicium perduellionis vocari potuissent. Quaestio de tali Senatus decreto inter duas reipublicae partes hac aetate agebatur: Tribunus proprie sacrosanctus manebat: et si tanquam sacer occidi potuisset uno tantum momento, quo armati Capitolium ab armatis defensum cives capiebant, hoc fieri potuisset, non vero postquam Tribunus captus erat et in potestatem Senatus et Consulis venerat.

Homines populares Romanorum Scipioni Nasicae, Opimio et Rabirio vitio vertebant eos Tribunum sacrosanctum occidisse et, si Asconium consulimus, huius rei causa Rabirius perduellionis accusatus est.

auctorem fuisse, Romulo vel Tullo Hostilio sine ullo dubio hoc iudicium adscribendum est. Itaque Köstlin minus recte ex hoc Ciceronis loco effecit eum iudicium perduellionis, uti regula fieri solebat, Regibus regnantibus, tali iudicio post legem Valeriam de provocatione latam opponere voluisse; etenim si de regulis ius dicendi, inquirendi, et poenas statuendi in iudiciis regibus regnantibus quaerimus, Ciceroni nunquam exemplum Tarquinii citandum fuisset, deinde non est oratoris, causarum patroni, multo minus Ciceronis in hac causa de tam remotis temporibus tales quaestiones plane accurate inquirere et iudicare.

Rabirius ira partium in iudicium erat vocatus, duumviri non a populo, sed a Praetore sorte erant lecti, unus civium erat Iulius Caesar Rabirii inimicus, illi *causa indicta* i. e. de plano Rabirium ad mortem damnarant, quum hac aetate in causis gravioribus dies prodici solebat; Cicero in duumvirorum iudicium praecipue propter hoc partium studium, propter has iudicii formas adhibitas invehitur, nec tamen solum ob hanc causam, ut Köstlinio visum est, sed universe in tale praedictum iudicium.

Dieck miratur Rabirium perduellionis, Cornelium Maiestatis accusatos fuisse, quod eorum delicta revera eadem fuerint, nempe contra potestatem dignitatemque Tribunorum sacrosanctorum; imo vero Rabirii maleficium non nisi indirecte hanc spectare affirmat, verumtamen delictum Rabirii multo gravius erat, accusator dicebat eum sacrosanctum Tribunum occidisse, itaque directe gravissimum delictum contra magistratum maximi momenti in republica commisisse, haecce contra

republicam ipsam fecisse ; Cornelius collegae intercessionem praeconi interponenti non obtemperarat, sed ipse Codicem legis recitabat ; animus hostilis huic deerat et huiusmodi facta iam ante leges Maiestatis nonnunquam a perduellione seiungebantur ac Maiestatis iudicio moribus ante leges Maiestatis latas continebantur, deinde vel maxime a lege Appuleia vetita erant. In fragmentis legis Corneliae Maiestatis apud veteres nobis servatis factum caedis Tribuni non nominatur : itaque dubia moveri possent, an Rabirius ex hac lege plecti posset ; ab alia parte notioni Maiestatis Rabirii factum valde convenit et Cicero in Libro *Orator* ad hanc notionem respexit scribens „Ius omne retinendae Maiestatis Rabirii causa continebatur.“ Etenim regula Maiestas populi Romani magistratu Romano iniuria afficiendo, obsistendo, vulnerando, vel occidendo laedebatur, sed in causa Rabirii Cicero probat hunc magistratum sc. Saturninum contra populum ipsum fecisse, eius Maiestatem (sc. potestatem ac dignitatem) adortum esse, hostem fuisse dictum, populum contra eum arma cepisse, revera non amplius fuisse magistratus, quae oratione Tiberii Gracchi inprimis mihi illustranda esse videntur : notio illa ab omnibus erat cognita, verbum erat usitatum, illis ergo utitur Cicero rhetor : nullam mentionem de iudicio facit, et in oratione pro C. Rabirio habita nec verbi Maiestatis meminit.

Itaque causa Rabirii moribus verisimiliter iudicio Maiestatis iudicari potuisset, fortasse ex lege Cornelia, quum nonnisi fragmenta eius supersint, sed Cicero nullibi diserte nos docet causam Rabirii ad Ma-

iestatis quaestionem pertinuisse, neque aliud certum argumentum in medium proferri potest. 1)

Ciceroni ipsi dies perduellionis a Clodio dicta erat, quod socios coniurationis Catilinae sine populi iudicio mortis poena affecisset, quae minus recte ironice dicta esse de *perduellionis iudicio* Dieckio videntur, ut paulo ante probare conatus sum; non unus igitur Rabirius in hoc iudicium vocatus est. 2)

Hisce variis argumentis perduellionem perduellionisque iudicium illis temporibus neque abrogatum, neque plane obsoletum fuisse probare studui: ab alia parte libenter confiteor quaestionem Maiestatis saepius quam iudicium perduellionis habitam fuisse et universe Quaestiones de gravissimis delictis saepius quam iudicia populi institutas fuisse: etenim numerus civium in Comitibus libertinis et populis Italicis nimis auctus erat, partium studia et factiones in diem crescebant, unde iudicia in Comitibus non tam frequenter quam antea fiebant: saepius multa vel exsilium in Comitibus tributis irrogabantur; scilicet hisce praeerant Tribuni plebi cari: centuriatis vero magistratus maiores plebi saepe visi.

In ambabus orationibus pro C. Rabirio et pro Cor-

1) Cicero Orator c. 29 ed. Orell. vol. I, p. 470 ed. Ern. p. 618, de vera eloquentia disserit, variis exemplis causarum, in quibus ipse reos defendit, rem illustrat. conf. Dieck, § 15, p. 37. »Hieraus geht klar hervor, dass er den Rabirischen Process aus dem Gesichtspunkte des Majestätsverbrechens betrachtete.« Köstlin p. 119, »womit er andeutet, dass die ganze Sache auch mit der *Subsumtion unter das Crimen Majestatis* hätte abgethan werden können.»

2) Cic. orat. pro T. Annio Milone c. 14. II. Orell. et Ern. conf. not. mea I ad p. 174.

nelio de iis, quae in iure criminali de facti natura requirebantur, memoria digna inveniuntur. Cicero pro Rabirio de caede Saturnini sic ratiocinatur. „Confiteor interficiendi Saturnini causa C. Rabirium arma cepisse. Quid est Labiene? quam a me graviolem confessionem aut quod in hunc maius crimen exspectas? Nisi vero *interesse* aliquod putas *inter eum, qui hominem occidit et eum, qui cum telo occidendi hominis causa fuit*. Si interfici Saturninum nefas sit, arma sumta esse contra Saturninum sine scelere non possunt.” 1) Ex Ciceronis sententia facto arma capiendi ad hominem occidendum eodem modo civis in hoc iudicium incidit ac facto occidendi eiusque delictum idem est; alterum autem factum apud nos conatus remotus vocaretur, alterum delictum (consummatum) perfectum: hac in re sacrosanctus Tribunus alii civi equiparatur et mira est coniunctio cum legis Corneliae de Sicariis verbis, uti nobis a Marciano servata sunt „quive hominis occidendi causa cum telo ambulaverit” unde probabile fit Ciceronem ad ea in hac oratione respexisse.

Sic etiam in fragmento orationis Ciceronis pro Cornelio haec verba leguntur „neque enim maius est *legere Codicem*, quam intercedatur, quam sitellam ipsam cum ipso intercessore deferre, nec gravius *incipere ferre quam perferre*, nec vehementius *ostendere se laturum invito collega*, quam ipsi collegae *magistratum*

1) Cic. orat. pro C. Rabirio, c. 6, ed. Orell. vol. II, p. 1, p. 578, ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 739, cum 7-12, ap. Orell, inpr. p. 578-582, nam ibi fragm. a Niebührio edita inven. sc. c. 12.

subrogare nec criminosius Tribus ad legem accipien-
dam quam ad collegam reddendum privatum, intro
vocare: quae vir fortis huius collega Aulus Gabinius
in re optima fecit omnia." 1).

1) Fragm. orat. Cic. pro Corn. fragm. orat. I, ed. Orell. vol. IV, p. 2, p. 449, ed. Ern. vol. IV, p. 2, p. 1046 et argum. Asconii ap. Orell. vol. IV, p. 2, p. 446, 447 ap. Ern. vol. IV, p. 2, p. 1042-1044. »Et quum ille (Consul) Piso eos, qui sibi intentabant manus, prendi a lictore iussisset, *fracti eius fasces cuncti lapidesque* etiam ex ultima concione in *Consulem iacti*. Quo tumultu Cornelius perturbatus concilium dimisit, dixerunt in eum (Corn.) infesti testimonia Principes civitatis. Dixerunt autem hoc vidisse se: *quum Cornelius in tribunatu Codicem pro rostris ipse recitaret: quod ante Cornelium nemo fecisse existimaretur*. Volebant videri, se iudicare eam rem *magnò opere ad crimen imminutae Maiestatis tribuniciae* pertinere. Etenim prope tollebatur intercessio, si id tribunis permitteretur. Cicero, quia non poterat negare id factum esse, eo confugit, ut diceret, *non ideo, quod lectus sit Codex a Tribuno*, imminutam esse tribuniciam potestatem" fragm. orat. II, ap. Orell. p. 452, 453 »testes dare volumus. — Ego vobis edam duo. Reliqui sunt de consularibus inimici tribuniciae potestatis" deinde de tab. Cornel. quam cum aliis comparat. M. Fabii Quintiliani Inst. Orat. L. X, cap. 5, stud. societ. Bipontinae 1784, vol. II, p. 250. »Nam quid interest, Cornelius tribunus plebis, *quod Codicem legèrit*, reus sit, an quaeramus. Violeturne Maiestas, si *magistratus rogationem suam populo ipse recitaverit*." Ruperti, Handb. der röm. Alterthümer, vol. II, Verfass. IV, p. 267, 268. Pompeii amicitiae cum Cicerone vel maxime adscribendum esse putat Cornelium esse absolutum. Cornelius concilium dimiserat, quum vis in Pisonem facta esset, dubium est, an huius vis auctor habendus esset nec proprie huius rei causa accusatus est. Piso statim, postquam Cornelius codicem ipse recitavit, eum vehementer vituperavit, quod Tribuni intercess. tolleret. Rogatio Cornelii, ut Asconius putat, prisco iuri conveniebat: non huius rei causa reprehendus esse videtur, ut Ruperti opinatur; deinde ab hac rogatione destitit et legem tulit ac pertulit »ne quis in Senatu legibus solveretur, nisi CC. (Senatores) affuissent, neve quis quum solutus esset, intercederet, quum de ea re ad populum ferretur." conf.

Cornelius nempe Tribunus legem rogarat „ne quis nisi per populum legibus solveretur:” optimates, quibus haec rogatio invisae erat, P. Servilium Globulum ad intercedendum incitarunt ac permoverunt, qui, quum praeco subiiciente scriba legem recitaret, vetuit, ne hoc officium perageretur; tunc Cornelius ipse legem recitavit: revera igitur intercessioni perfectae obstiterat, ex lege Cornelia Maiestatis hoc delictum perpetrarat, tunc vero Cicero affirmat idem esse delictum eodemque iudicio Cornelium teneri, sive tale factum perfecisset, sive hoc incepisset, sive aliquid fecisset, quo ostenderet se intercessioni non obtemperaturum; quo ultimo facto noxius hoc delictum modo pararet.

Tandem mirari licet Ciceronem hoc loco laudasse factum Tribuni, quo alii sacrosancto Tribuno magistratum abrogarat.

Quamquam probationes per testes et per codices magis quam antea in quaestionibus fiebant, ac certae regulae de causa inquirenda et de iudicii formis a Praetoribus proponebantur, et quamquam Cicero testibus et argumentis ad reum Cornelium defendendum usus erat

Ascon. ap. Orell. Cie. opp. vol. IV, p. 2, p. 446 etiam de ceteris legibus, ut Praetores ex edictis suis perpetuis ius dicerent. Rem non bene intellexisse videtur Ruperti, nam consilium Cornelii erat, ut magistratus potestas imminueretur, non ut ea augetur, ut praeter Senatusconsultum suffragiis populi opus esset, ut quis legibus solveretur i. e. ne magistratus legibus teneretur, ut recte haec interpretatur Ern. in Clavi Ciceron. p. 747 » solvi legibus opponitur teneri legibus » et Scheller in verbis *lex et solvens*. Götting, Gesch. der röm. Staatsverf: § 154, p. 478 a Caio Graccho hoc etiam constitutum esse existimat.

Cicero tamen imprimis probare conatus est *Cornelium praeterea nihil vita sua fecisse, quod magnopere improbari posset* 1): qui mos ex priscis temporibus originem

1) Ascon. argum. or. Cic. pro Corn. ap. Orell. vol. IV, p. 2, p. 447. De Comitibus huius aetatis conf. Götting, Gesch. der röm. Staatsverf. § 130 seqq., p. 380-399 cum § 145, p. 451-454. Savigny Verbindung der Centurien mit den Tribus in opere, civilistisches Magazin von Prof. Ritter Hugo, Berlin 1829 ed. 2 vol. III, p. 307-317 recte ibi » der Gegensatz der beiden Arten von Comitien nicht mehr so sehr in der *Composition* der Comitien als in ihrer *Direction*” sc. ut etiam Götting et Zachariae Heidelb. animadverterunt magistratus maior centuriatis, Tribunus tributis praecarat: in illis sententia solum rogabatur, in his orationes habebantur ab utraque parte. Sulla parte sec. p. 57-80, inpr. p. 65, 77 et p. 80. Excursus ad L. II, c. 23, Cic. de rep. p. 516-537 ed. Moser et Creuzer et verba ipsius Cic. p. 274-280. Escher de testium ratione, quae Romae Ciceronis aetate obtinuit. Dissert. Turici 1842, inpr. cap. VIII, p. 139-159 et inter alia varia exempla p. 140, 141 cum cap. VII, p. 123-127 quo probat testimonia ante leges Pompeias post orationes accus. et defendentis dicta fuisse. except. p. 127-129 ex legg. Pomp. in omnibus iudiciis ante horum orationes p. 130-136.

Conf. praecipue, Geib, Gesch. des röm. Criminalprocesses, aet. II, p. II, cap. II, p. 291-298, de calumnia et de probat, p. 327-348. » Jede Art von Beweistheorie im Sinne unseres heutigen Rechts, noch schlechthin unbekannt war — Weit entfernt auch nur an die Möglichkeit einer sogenannten objectiven Gewissheit zu denken, kam vielmehr alles blos darauf an die innere Ueberzeugung, gleich viel durch welche Mittel, zu bewirken” p. 327. Per testes vel maxime rem probari existimat, p. 333, ubi etiam ostendit duos testes requiri. Multa ab eorum conditione in republica pendebant, p. 334, cum p. 335, ubi ostendit fidem tantum testi haberi de iis, quae ipse sensibus perceperat, quamquam alia testimonia etiam audiebantur. Tametsi testimonia manifesta essent, reus non semper damnabatur, et minor fides habebatur testimoniis scriptis mandatis et in iis signatoribus ad ea confirmanda opus erat p. 343, de prob. per scripta, p. 353-355, et per scripta publica et per codices (tabulas accepti et capiendi Hausbücher) tandem de prob. per indicia p. 355-

ducebat, quum reus merita sua in patriam et in singulos cives ad factum excusandum populo in memoriam revocare solebat, nunc causarum patronus pro reo simile argumentum attulit.

§ 6.

Necessitudo legum Maiestatis cum aliis legibus.

Praeter leges Maiestatis lex Plotia de vi, deinde lex Pompeia de vi latae erant, quae plura facta continebant ad Maiestatis minutae factis prope accedentia e. g. homines in armis habere, cum telo in publico esse, vim contra magistratus adhibere, seditionem excitare, loca publica vel aedes publicas vi occupare: lex Plotia praecipue eo consilio rogata erat, ut cives gratia apud plebem vel optimates florentes, qui gladiatoribus vel servis armatis constipati esse solebant,

360, ubi varia exempla affert contra Abeggium qui talem probationem de hac aet. negat p. 357, 358, et varia indicia sc. antecedentia, coniuncta et sequentia, necessaria, et non necessaria vel probabilia p. 358, 359. Ei etiam assentitur celeberr. Mittermaierus in opere Arch. des Cr. R. N. R. Ao 1843, p. III, p. 431, de prob. per indicia. Recte tamen animadvertit. »Es ist zu glauben, dass, wenn auch zur Zeit der Quaestiones noch keine juristische Beweis-theorie bestand, doch schon durch den Gebrauch eine gewisse Rechtsansicht über die Beurtheilung der Zeugenaussagen sich aushildete und Regeln befolgt wurden, eben so wie in England in dem Law of Evidence ein gewisser alter Gebrauch Regeln heiligt.“ Egregie Geib, de laudationibus disputat. I. I.

prohiberentur, quominus inter se rixas facerent, pugnantur vel Comitia perturbarent, quibus factis res publica saepe in periculum vocabatur: 1), sed, si facta inter se non multum differebant, haec delicta a se invicem animo noxii distinguebantur: etenim in Maiestatis iudicio requirebatur, ut noxius rempublicam ipsam spectasset, eius potestatem, vel dignitatem i. e.

1) Conf. prae ceteris opusc. omnibus fere nota celeberr. von Wächter in opere Neues Archiv das *crimen vis* vol. XI, p. 4, p. 635-647, vol. XIII, p. 1, p. 17-19, 22, 26, 30. Revision der Lehre von dem Verbrechen der Gewalthätigkeit p. 5, 6. »Bei Gewalthätigkeiten solcher Aristocraten — wird oft der Staat selbst in seinen Grundvesten erschüttert und kann leicht einer völligen Umwälzung nahe geführt werden, ohne das gerade die Unruhestifter *die Absicht haben, diese Folge herbeizuführen*, ohne dass sie also *Majestätsverbrecher werden wollen*." Sic Florentiae et Romae medio aevo, deinde in Scotia et Gallia variae partes publice secum pugnarunt. Valde probabile est, ut Wächter opinatur, ante leges Iulias non distinctum esse inter vim publ. et priv. Götting de lege Pompeia de vi § 155, p. 482, 483, § 158, p. 495. Zirkler die gemeinr. Lehre vom Majestätsverbr. und Hochv. p. 29, 30, »weil es auf eine auf die Existenz oder nur auf die Würde des Staats gerichtete Absicht gar nicht ankam" p. 63, 64, 85 et not. ibidem 207. Weiske, Hochverrath u. s. w. p. 29-31 et not. 2 cum § 29, p. 206. Dieck, Hist. Versuche § 28, p. 66-69. Recte Grünebusch et Winter refellit, qui contenderunt facta, quae antea iudicio perduellionis continebantur, lapsu temporum iudicio vis iudicata esse. L. 7 ff. ad leg. Iul. de vi publ. propterea non magni est momenti, quod legem de vi Caesaris spectet, non vero priores: deinde constat similia haec lege et lege Iulia Maiestatis prohibita fuisse. conf. Clariss. Holtii Iuris Lineamenta § 546, 547, p. 164. Index legum Orellii et Baiteri, vol. VIII, p. 233-243 et 246-250 ap. Ern. vol. ult. p. 33, 34, cum l. 5, 8, 10 ff. ad leg. Iul. de vi publ. Pauli Rec. Sext. L. V, tit. 26 ap. Blondeau vol. II, p. 317. Wächter de hac aetate ei minorem fidem habet quam tit. Digest. h. l.

Maiestatem laedere voluisset, quae ab animo hostili ab alia parte seiungenda sunt; nulla ratio animi reipublicae dignitatis laedendae in iudicio vis habebatur; minus recte Götting contendit Maiestatem et vim iudiciorum forma differre, Maiestatem a populo, vim a iudicibus iudicari: nam, ut ante vidimus, de Maiestate ante legem Iuliam vel a populo vel a iudicibus discernebatur: nec provocatio, ut alii volunt, in his causis ante legem Caesaris erat sublata.

Ex loco Ciceronis in oratoriis partitionibus quidam scriptores efficiunt delicta Maiestatis et vis eadem fuisse „Maiestas, ait, est in imperii atque in nominis populi Romani dignitate, quam minuit is, *qui per vim multitudinis rem ad seditionem vocavit*” 1), quo loco summmodo probari potest seditionem in quibusdam causis et quidem cum vi coniunctam ad Maiestatis notionem delictumque pertinere, itaque facta nonnunquam eadem esse Maiestatis et vis: sic eodem modo de factis, ex quibus reipublicae periculum imminet, verba Ciceronis in oratione pro Coelio interpretari debemus „de vi quaeritis, quae lex ad imperium, ad *statum patriae*, ad *salutem* omnium pertinet,” 2) et ipse sum-

1) Cicer. oratoriae partitiones c. 30 ed. Orell. vol. I, p. 548 ed. Ern. vol. I, p. 717. Nuper celeberr. Zachariae Gött. quaestionem de vi ratione habita eius speciei contra magistratus secundum de ius commune et etiam sec. ius. Romanum egregie tractavit. conf. Zachariae über die Strafbarkeit der Widersetzlichkeit gegen öffentl. Beamte. in opere Archiv des crim. Rechts Neue Folge, aº 1843, p. III, p. 345-347 cum p. 363-366.

2) Ciceronis orat. pro Coelio, cap. 29, ed. Orell. vol. II, p. II, p. 293, ed. Ern. vol. II, p. II, p. 1237.

mus orator pro Milone sententiam suam explicare videtur „ quia *nulla vis* unquam est in libera civitate *suscepta inter cives non contra rempublicam* 1).

Verba in oratione de haruspicum responsis „ lege de vi quae est in eos, qui universam rempublicam oppugnassent” incerti sunt auctoris ideoque minoris sunt momenti.

Quaedam etiam facta in hac lege occurrunt, quae saepius privatos spectant et fieri solent, ut quis irae vel invidiae in inimicum indulgeat, uti e. g. aedes privatorum deicere.

Neque in hoc iudicio posebatur, ut quis revera vim contra rempublicam fecisset, sufficiebat, si conventus habuisset, homines armasset, loca occupasset, vim minatus esset; poena quoque minor in iudicio vis constituta fuisse videtur.

Dubitari licet, num lex Lutatia de vi sit lata; lex Pompeia potius de iudicii formis ac de poena graviori propter caedem Clodii et pugnam inter Clodianos et Milonianos sancita est, nam ipse Cicero dicit Senatum decrevisse „ *ut veteribus legibus extra ordinem*

1) Cicer. Orat. pro T. Annio Milone, c. 5, 6 et 11, praec. locus est cap. 5, ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 374, cum p. 373 et 370, etiam Wächter, Revision der Lehre, u. s. w. Neues Archiv. vol. XIII et not. 27; neque hoc efficiendum est ex verbis Cicer. in Epist. ad Quintum fratrem L. II, c. 3 ed. Orell. vol. III, p. 1, p. 402. Auctor de haruspicum responsis cap. 8 ed. Orell. vol. I, p. 632 verisimiliter sunt incerti auctoris, non ipsius Ciceronis, attamen Senatus-consulta ibi allata non spuria esse mihi videntur » decrevit idem Senatus frequentissimus, qui meam domum violasset” contra rempublicam esse facturum, cap. I, orat. Cic. pro Coelio Orell. vol. II, p. 2, p. 271.

quaereretur." Consul Cn. Pompeius in Milonem quaestionem de vi, deinde de ambitu consulatus instituit: hic autem ambitus cum vi erat coniunctus, nam Clodiani et Miloniani, quominus Consules crearentur, per plures dies vi prohibuerant: Cicero dubitabat, an Appius Pulcher Maiestatis, an vero ambitus causa in iudicium vocaretur, et in oratione ad Pisonem 3) eadem facta lege Cornelia Maiestatis et lege Iulia repetundarum plecti affirmat, ex quibus apparet has omnes leges plus minusve inter se cohaesisse.

§ 7.

De natura factorum, quae puniebantur.

In multis earum legum facta, quae nostra aetate conatus remotus vel proximus vocarentur, prohibita fuisse, ac Ciceronem in variis orationibus nullam esse differentiam inter factum, quo noxius delictum parat, vel incipit, et factum perfectum vel eventum, de singulis quibusdam factis professum esse iam vidimus, unde probabile videtur Romanos legislatores hoc *consulto*

1) Cic. Epist. ad familiares L. III, Ep. II, n. 704. ed. Orell. vol. III, p. I, p. 838 ed. Ern. vol. III, p. I, p. 756. Cic. orat. in Pisonem c. 21 ed. Orell. vol. II, p. II, p. 351 ed. Ernesti vol. II, p. 2, p. 1320. Cic. Act. sec. in Verrem L. IV, c. 41 ed. Orell. vol. II, p. I, p. 305: » Est pecuniarum captarum, quod signum a sociis pecuniae magnae sustulit: est *peculatus*, quod publicum populi Romani signum de praeda hostium captum positum imperatoris nostri nomine non dubitavit auferre: est *Maiestatis*, quod imperii nostri gloriae rerumque gestarum monumenta evertere atque asportare ausus est." Ed. Ern. vol. II, p. I, p. 411.

statuisse, Iureconsultos consulto haec attulisse in singulis causis utile existimantes ante eventum vel iam, quum delictum pararetur, eandem poenam de noxio sumi, ac si eventus adesset, quamquam nullum generale principium neque in una neque in altera lege a legislatoribus erat constitutum 1).

Inter exempla ex Cicerone et ex legibus a me citata multa, quae ad delicta contra rempublicam commissa pertinent, occurrunt; cum hisce igitur comparandus est locus Sallustii, quo plures scriptores uti solent, ad probandum in delictis contra rempublicam factis conatum remotum eadem poena ac delictum consummatum apud Romanos punitum fuisse atque puniendum esse. „Nam cetera, ait Cato apud Sallustium, tum persequare, ubi facta sunt: hoc nisi pro-

1) Cum Zachariae Gött. plane convenio nullam generalem regulam neque de una neque de altera lege sancitam fuisse: hac in re ab eo discedo, quod existimet Romanos huius aetatis non cogitasse de differentia inter factum perfectum et coeptum e. g. »Die Lehre vom Versuche der Verbrechen,» vol. I, § 72, p. 120, »welche wir Versuch der Gewalthätigkeit nennen würden, die aber die Römer nicht aus diesem Gesichtspunkte auffassen, sondern bloss deshalb strafen, weil sie das Gesetz als strafbar bezeichnet hat» cum § 68-71, p. 111-119, § 73-75, p. 121-125. Orat. Cic. pro T. Annio Milone, c. 7 ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 376 cum p. 375 ed. Ern. vol. II, p. 2, 1353 cum p. 1352 locus notissimus »nisi vero, quia perfecta res non est, non fuit punienda, perinde quasi exitus rerum, non hominum consilia legibus vindicantur» non de conatu universe nec de conatu in lege Corn. de Sicar., sed de facto servi, qui iussu Clodii Pompeii vitae insidias struxerat, cum sica collocatus erat ad Pompeium interficiendum interpretari debemus: hoc erat cum telo, hominis occid. causa ambulare. Cicero affirmat consulto tale factum iam lege Cornelia puniri.

videris, ut accidat: ubi *evenit*, frustra iudicia implores, *capta urbe*, nihil fit reliqui victis." 1)

Hæc autem sententia, quæ verisimiliter potius Sallustio quam Catoni debetur, cum iis, quæ ex aliis legibus attuli, quæ rempublicam non directe spectant, non planè convenit, sunt oratoris, fictæ orationis sunt pars: factum quidem spectant, quod hodie conatus remotus diceretur, nempe coniurationem, sed ab alia parte de toto eventu de *capta urbe* Cato sermonem habet, quo temporis momento sæpius de poena noxi non amplius cogitari potest, inter coniurationem vero et totum eventum multa sunt temporis factorumque intervalla, ut in parte philosopha videbimus; partim igitur solummodo recte scriptores hunc locum adhibent.

Tandem ultimis liberae reipublicæ sæculis varia Senatusconsulta facta erant in collegia, quibus Senatus cœundi veniam non dederat, imo vero leges Aelia et Fufia, deinde lex Licinia latae erant præcipue in earum speciem *sodalitia* (sodalitates), quæ ambitum spectabat: Senatus tamen vel maxime in ea universe et in hanc speciem inquirebat, quod coctus, coniurationes in iis fierent, quod vi Comitia perturbarent vel quod contra magistratus plebi vel factioni

1) Caii Crispi Sallustii bellum Catilinarium c. 52, ubi oratio Catonis p. m. 45. e. g. Rossi, traité de droit pénal Brux. 1841. I. II, cap. 27, p. 318, 319. »Cependant la pensée de Caton était juste. On doit même la prendre dans un sens large: non seulement la tentative, mais les actes préparatoires de certains crimes, en particulier des crimes de trahison, ont cela de particulier, que, si l'on attend l'exécution, il est souvent trop tard pour sauver l'état.»

cuidam invisos fierent, quod sodalitia saepe ad omnia facinora tenderent: huius rei causa Cicero etiam in Clodium invehitur, qui ea non solum restituit, sed auxit: huius rei causa Senatusconsultum factum est, ut Cicero testatur, ut sodalitates discederent; ac propterea poena de vi sancita est de iis, qui iussis discedendi non obtemperassent scilicet, ex talibus conventibus vis in republica oriebatur et simul magistratus pecunia, non liberis suffragiis creabantur. Opificum collegium contra iam inde a primis Romae temporibus viguerat, religionis causa coire concessum erat: rationes, cur Bacchanalia vetita essent, iam ante exposui, exceptionemque a regula Senatusconsulto constitutam fuisse iam tum animadverti. 1).

1) Cicero de Legibus, L. II, c. 14 et 15, ed. Ern. vol. IV, p. 2, p. 781 et 782, ed. Orell. vol. IV, p. I, p. 535, 536, de nocturnis sacris et de Bacchanalibus Oratio Cic. pro Sextio, c. 15, ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 204 »ut lex Aelia, Fufia ne valeret — lisdem Consulibus inspectantibus, servorum delectus habebatur pro tribunali Aurelio, nomine collegiorum, quum vicatim homines conscriberentur, decuriarentur, ad vim, ad manus, ad caedem, ad direptionem incitarentur." Epist. Cic. ad Quintum Fratrem, L. II, Ep. 3, ed. Orell. vol. III, p. I, p. 402, in causa Clodii et Milonis, ex qua necessitudo inter vim et collegia prohibita vel maxime apparet. ed. Ern. vol. III, p. 2, p. 1081. Orat. pro Plancio inpr. c. 15, ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 168, 169, ed. Ern. vol. II, p. 2, p. 1092, 1093 et in argum. ap. Ern. p. 1075, 1076 »lege Licinia de sodalitiis, i. e. coitionibus ad corrumpenda populi suffragia factis" ibi cit. pro Coelio, c. 7. — »Quod inter ambitus crimina gravissimum est" Cic. orat. in Pisonem, c. 4, de Clodii rogat. ad collegia restituenda et nova inducenda vol. II, p. 2, p. 337. »Collegia non ea solum, quae Senatus sustulerat, restituta, sed innumerabilia quaedam nova, ex omni faece urbis ac servitio concitata" ed. Ern. vol. II, p. 2, p. 1302. De lege praec. ceteris legendus est Wunder, Prolegomena ad Plan-

§ 8.

Æquid autem Romani in delictis contra rempublicam factis puniendis, de reipublicae normis cogitabant?

Weiske in opere de Maiestate Romanos non existimasse delicta contra rempublicam commissa, facta esse contra singulas reipublicae normas (constitutio) vel contra singula reipublicae instituta, sed contra totum populum Romanorum universe spectatum opinatur, ac pro parte eius sententiae celeberrimus Mittermaierus accessit. 1)

cianam L. III, c. 3, quae etiam in Indice legum Orellii et Baiteri, in Cicer. opp. vol. VIII, p. 200-210, praec. § 2, de crimine sodalitorum, p. 202-205 recte indicat sodalitia speciem esse ambitus, qui per vim fiebat, quum praeterea ambitus etiam sola largitione sine vi fieret cum p. 199, 200 ubi alia loca ab Orellio citantur de lege Aelia et Fufia, vol. VIII, p. 126-131, ubi Ernesti et ipsius sententia exponuntur. Ernesti, vol. ult. Index legum p. 28, clav. Cicer. verbo collegium, p. 391, verbo sodalitiium p. 744. Göttling, Gesch. der röm. Staatsverf. § 131, p. 396, 398, 399 etiam de prioribus legibus cum § 154, lex Tullia de ambitu, lex Clodia, p. 478-480. Contra Zirkler, das Associationsrecht der Staatsbürger Leipzig 1834, p. 65-69, 71-76. Die gemeinr. Lehre vom Majestätsverbr. und. Hochv. p. 81, 82, 89. l. 1, § 1 ff, de colleg. et corp., cum l. 2 et 4, ibid. l. 1, pr. cum § 1 ff, quod cuiusque univers. (III, tit. 4) l. 4 ff, de vi priv. Etiam Asconius ad c. 4, or. Cic. in Pis. ap. Orell. vol. V, p. 2, p. 7, 8. Dirksen, civilist. Abhandl. vol. II. Abhandl. I, Hist. Bemerk. über den Zustand, jurist. Personen nach röm. Recht, p. 4, cum p. 36-38.

1) Weiske, Hochverrath und Majestätsverbrechen, § 11, p. 38, 39. »Von einem Meinungskampfe für und gegen gewisse Staatsformen wusste jene Römerwelt gewiss nur sehr wenig. — Die Römer bezeichneten mit ihrer *respublica* wenigstens ohne besondern Zusatz, keine bestimmte Staatsverfassungsform, wie hätte denn auch dieser Ausdruck unter der ganz veränderten Zeit der Kaiser beibehalten

Verumtamen haec nimis universe a Weiskio scripta esse mihi videntur, tametsi facile ei concederem non tam subtiliter apud Romanos quam hodie de varia reipublicae conditione ac de singulis institutis disputatum fuisse.

Etenim iam ab initio liberae reipublicae usque ad Caesaris tempora regni affectandi delictum inter gravissima maleficia contra reipublicam enumerabatur et puniebatur: illi, qui regni occupandi accusabantur,

werden können — wer daher etwas contra reipublicam unternahm, war nicht deshalb Majestätsverbrecher, weil er eine bestimmte Staatsverfassungsform, in eine der jetzigen entgegengesetzte, feindlich der Theorie nach gegenüberstehende umzuwandeln beabsichtigte, sondern weil er dem Gemeinwesen, dem gegenwärtigen Zustande, der Ruhe und Sicherheit des ganzen Gefahr drohte — die Römer selbst in Ihrer integrität, das Römische Volk als ein Ganzes — ja man kan sagen, an dem Staat als eine Form, als einer *Einrichtung* an sich betrachtet, wurde nach der Vorstellung der Römer kein Verbrechen begangen." contra haec ultima inprimis disputavi. Mittermaier in opere Staatslexicon von Rotteck und Welcker verbo Hochverrath, vol. VIII, p. 2, p. 203 » der Grundgedanke bei dem Crimen Majestatis war, dass dieses Verbrechen alle feindselige Handlungen gegen die Respublica umfasste, worunter man sich nicht die Staatsverfassung oder Staatsform, sondern das römische Volk als Ganzes, den Staat in seiner Majestät dachte." Magis vere tamen, quia notio Maiestatis proprie non a reipublicae normis pendet, attamen initio notio Maiestatis cum notione liberae reipublicae cohaerebat, regni notioni repugnabat.

Mittermaier, Archiv. des Criminalr. Neue Folge a° 1836, p. 3, p. 480, 481. contra Köstlin die Perduellio unter den römischen Königen, p. 121, not. 40, »zwar erwähnt die Lex Iulia nicht die Attemptate gegen die gesammte Staatsverfassung; aber offenbar nur deshalb, weil die hierauf bezüglichen Stellen im corp. iur. ausgelassen und interpolirt sind. Gleichwohl erwähnt sie wenigstens coetus, conventiones, seditiones." Hoc ei affirmandum est, quod perduellionem habeat delictum contra reipublicae normas § 7, p. 33, 34, p. 37, 38 et passim.

republicam delere, alii genti prodere non censebantur, sed in iudicium vocabantur, quod antiquam conditionem reipublicae nempe regnum restituere velent: huius rei causa et propter leges agrarias dicebantur nonnunquam „novas res moliri,” quae formula profecto ad reipublicae normas pertinet: sic Cicero in oratione in Catilinam Sp. Maelium *novis rebus studentem* vocat propter suspicionem regni. Tiberium Gracchum *statum reipublicae mediocriter labefactare* affirmat: status vero reipublicae eius normas et instituta spectat, uti etiam ex omnibus Gracchorum factis et consiliis apparet: nam iudicia, Comitia mutare, agros alio modo inter cives dividere ac cum pluribus civium iura communicare volebant, quare etiam Velleius Paterculus de Tiberio commemorat „descivit a bonis, pollicitusque toti Italiae civitatem, simul etiam promulgatis agrariis legibus, omnibus *statum* concupiscentibus, summa imis miscuit et in praeruptum atque anceps periculum adduxit rempublicam.” De Caio Graccho „nihil immotum, nihil tranquillum, nihil quietum, denique in eodem statu relinquebat.” Et Valerius Maximus de iis scribit „quia *statum* civitatis conati erant convellere, insepulta cadavera iacuerunt,” quae variis locis Ciceronis ex opere de Republica confirmantur, ubi de statu reipublicae mentionem facit, tanquam de conditione reipublicae cum certis normis, institutis coniuncta, praeterea in eodem opere de variis reipublicae normis, nempe de regno, aristocratica, democratica et mixta reipublicae forma agit. 1)

1) Cic. orat. I, in Catil. c. 1 ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 6. ed.

Bruti quoque filii magis ad mortem damnati sunt, quod regnum restituere conati essent, quam quod patrem occidere voluissent, de qua re non constat: eorum autem consilium non erat patriam evertere: sic seditiones, conventus contra patriae statum fiebant.

Hoc concedendum est in lege duodecim tabularum

Err. vol. II, p. 1, p. 748. Velleii Patereuli hist. Rom. L. II, c. 2 ed. Crause p. 68, 69, L. II, c. 6, p. 80-82 neque obstat, quod Scipio Africanus ibi de Tiberii Gracchi caede dicat »si is occupandae rei publicae animum habuisset, iure caesum" L. II, c. 4, p. 75 etenim haec de animo regnandi intelligenda sunt, conf. Cicero de republ. de Cassio »de occupando regno molientem" ed. Moser et Creuzer, L. II, c. 35, p. 313, cum L. II, c. 27, p. 292 »regnum occupare voluisse dicti sunt" de reipubl. statu L. II, c. 26, p. 290, c. 32, p. 305 »tenet ergo hoc in statu Senatus rempublicam — ut in populo libero pauca per populum, pleraque Senatus auctoritate ac more gererentur" c. 33, p. 309. »Non posse hunc incommutabilem reipublicae conservari statum" c. 37, p. 318, 319 »in hoc statu reipublicae, quem dixi iam saepe non posse esse diuturnum, quod non esset in omnibus ordinibus civitatis aequabilis" cum cap. 38, p. 323 de optimo statu cum L. I, c. 33-35, 39, 40 statum igitur de conditione reipublicae, e. g. ante et post secessiones a plebe factas, ante et post leges XII tabul. latae Cicero accipit. Valerii Maximi L. VI, c. 3, § 1, ed. Torrenius p. 551. Sic Tacitus in Annalibus causas exponens, cur non tanta memoriae digna, ut veteres rerum Romanarum scriptores, conscribere posset, liberam rempublicam et regnum sibi opponit verbis »converso statu" L. II. Annal. c. 33, cur. Oberl. vol. I, p. 285. Caii Crispi Sallustii hist. fragm. L. I, p. 1, n. 124 »adum pauci potentes — sub honesto patrum aut plebis nomine, dominationes adfectabant." L. Annaei Flori Epit. rer. Rom. L. III, c. 12, p. 74 et c. 13, p. 75. Cicero in orat. IV, in Catil. Lentulum et Gabinium regni accusat. ed. Ern. vol. II, p. 1, p. 794, c. 6. »Cum vero mihi propositi regnantem Lentulum, sicut ipse se ex fatis sperasse confessus est, purpuratum esse hunc Gabinium" cum cap. 1, p. 789, ed. Orell. vol. II, p. 2, p. 43, cum p. 39. Nonne Catilina ipse regnum spectavit?

delictum patriae hostibus prodendae potissimum plecti; coetus contra magis ad reipublicae conditionem referenda sunt et, ut historia Romanorum nos docet, in iudicio perduellionis plura moribus quam lege continebantur.

Tandem in omnibus fere legibus Maiestatis poena statuitur in seditiones, quae partim saltem ad rerum conversionem efficiendam excitabantur: in lege Cornelia Maiestatis plura facta praesidum provinciarum vel ducum militum propter regni metum vetita erant.

Hisce negare nolim Romanos saepe de patria *pro-dita, oppugnata* 1) cogitasse, formulis usos esse „*ut respublica salva sit, ne quid respublica detrimenti capiat, vocare ad patriae salutem ac libertatem, desciscere a re-publi-ca* 2), *contra rempublicam factum esse*,” attamen pro parte hodie similia usurpantur et ab ipsis Romanis nonnunquam oratores vel factionis duces talia verba ad orationem ornandam vel ad amorem patriae partium studiis praetendendum abhibent; 2) neque iis mea sententia refellitur Romanos in delictis contra rempublicam definiendis ac iudicandis notionem reipublicae normarum vel conditionis non plane latuisse: si Weiske ad Caesarum aetatem suam sententiam restrinxisset, magis cum eo facerem, quamquam deinde de hac

1) L. 3, Cod. de abolit. (IX, tit. 42), ubi tamen ab his seiungitur Maiestas, l. 19, § 4 ff, de captiv. et postl., quae tamen de causa speciali agit, nempe de transfugis.

2) Cicer. orat. pro C. Rabirio, c. 7, ed. Orell. vol. II, p. 1, p. 578. 579, ed. Ern. p. 740 » ut imperium populi Romani Maiestasque conservaretur. — Rempublicam salvam esse.”

aetate etiam quaedam dubia in medium proferenda sunt.

AETAS V.

INDE A LEGE IULIA MAIESTATIS USQUE AD FINEM
IMPERII ROMANI.

§. 1.

Lex Iulia Maiestatis.

Iam tempus instabat, quo varia elementa de gravioribus delictis in rempublicam factis in unum redigerentur, quo antiqua instituta cum novis coalescerent: hoc perfecit vir summi ingenii, qui varias imperii Romani partes ac reipublicae normas inter se coniungere voluit Iulius Caesar: generalem 1) nempe Ma-

1) Ne quis existimet me his verbis »*generalem Maiestatis legem*» quasi codicem indicare velle: haec solummodo scripsi ad differentiam inter legem Maiestatis Iulii Caesaris et inter priores Maiestatis leges illustrandam. Suetonius narrat Caesarem *ius civile* magis certum reddere voluisse et eius principia in paucis libris constituere voluisse, quod non perfecit et ad *ius civile* restringendum est. conf. Suetonii C. Iul. Caesar c. 44 ex recens. Fr. Oudendorpii p. 72. Göttling, *Gesch. der röm. Staatsverf.* § 159, p. 497 de codice de omni iure mentionem facit sec. Suetonium: opus simile fuisset, ut probabile est, Gaii *Instit.*; seqq. imprimis contra Dieck et Weiske scripta sunt. Dieck, *Hist. Vers. über das Criminalrecht der Römer*, § 46, p. 109-114 cum § 44, 145, p. 104-109 cum § 9-17, p. 21-44, etiam de variis capit. legis cum § 43, p. 100-104. Recte doctiss. auctor tamen probat, hanc legem a Iulio Caesare, non vero ab Augusto latam fuisse § 40-42, inpr. § 41, p. 90-99. Locus Tac. I, c. 72. *Annal.* affertur sed nihil ex eo apparet, nisi Augustum

iestatis legem tulit, qua facta legibus Appuleia, Varia et Cornelia Maiestatis prohibita simul cum iis, quae

specie eius legis libellos famosos punivisse: contra Cicero disertis verbis legem Maiestatis Caesari adscribit. Phil. I, c. 9 et distinguit inter Maiestatem et vim, si locus accurate perlegitur, Augustus acta Caesaris non rescidit neque hoc perfecit Antonius. Si lex Iulia Mai. in Dig. Augusto adscribenda esset, ut ipsa legis pars, factum libellorum fam. enumeraretur neque hoc de ipsa lege Paulus affirmat in Rec. Sent. Suetonius contra in Augusto c. 34 ex rec. Oudendorpii p. 218. leges Augusti indicans de lege Maiestatis tacet, neque probabile est, ut alii volunt, propter verbum *ut* eum legem tanti momenti omisisse. Huic Dieckii sententiae etiam favet Zirkler die Gemeinr. Lehre vom Majestätsverbr. p. 32-39 inprimis p. 33 et not. ibid. praecipuum argum. habet. loc. Cic. in Phil. I, c. 9, etiam Cropp. Comment. p. 11, L. III, § 1, p. 7 et not. 9, p. 8, cum § 2, p. 14-31, § 3, p. 32-37. Weiske Hochverrath, § 8, p. 25, 26, § 12, 40, 41, § 13, 43. »Die Lex Iulia Maiestatis, das Hauptgesetz für dieses Verbrechen geblieben ist." Varias partes huius legis Zirklerus tam egregie illustravit, ut lectorem, si erit, ad eum referam, quamquam hoc tenendum est eum etiam ius commune Germaniae spectare. Die gemeinr. Lehre, cap. II, p. 57, 118, passim etiam de seqq. tempor. agit.

Varia elementa legis tantum indicavi et cum quaestione de Perduellione nempe Maiestatis gravissima specie coniunxi. Wächter, quamquam legem de vi publ. Pand. Augusto adscribit, Dieckio de lege Iulia Maiestatis assentitur. Lehrbuch des römisch-teutschen Strafrechts, Stuttgart 1826, vol. II, § 228, not. 26, p. 507. Hoc etiam innuere videtur Henke, tametsi hoc non diserte scribat, quod Dieckium et Croppium de hac quaest. citet. Handb. des Crimin. Rechts und der Criminalpolitik, vol. III, § 183, p. 385, ubi eam translatitiam ex lege Cornelia habet et minus recte existimat locum Pauli Rec. Sent. totum ad *legem Iuliam* pertinere, e. g. de impiis dictis, cum not. 8, p. 400, et in aliis not. Contra Königswarter, Geschiedk. Overzigt. van de voorn. Volken omtrent het straffen der nietaangifte van Staatsmisdaden. Nederl. Jaarb. van Regtsgel. en Wetgeving, Ao 1839, N. 2, p. 171 et not. 4 dubitat, quis huius legis auctor fuerit. Drumann, Geschichte Roms in seinem Uebergange von der Republ. zur Monarch. Verfass. Königsberg 1837, vol. III, p. 623 et not. 11, 12

antea perduellionis iudicio vindicabantur, continebantur et una Maiestatis quaestione iudicabantur.

Haec non, ut antiqui interpretes, efficio ex variis capitibus legis Iuliae, quae saltem duo, si non plura fuerunt, sed ex ipsius legis verbis factisque, quae a

inpr. 13 qua Dieckium refellere conatur. »Das Julische (Gesetz), von welchem in den Pandekten und bei Paulus die Rede ist, kann in dieser Gestalt nur Augustus, nicht Caesar angehören." Dig. titulus a Paulo longe differt: verba »contra Imperatorem" a Iureconsultis Caesarum aetatis legi Iuliae additae sunt. Pauli verba »arma contra Imper. mota sunt" interpretari debemus ex tit. Dig. l. 1. »Quove quis contra Rempublicam arma ferat" dubitat, an lex Iulia sit lex translatitia, ut vocatur, a lege Corn. Mai. Feuerbach, Phil. Iur. Unters. über das Verbr. des Hochv. cap. III, p. 76, 77. contendit Iulium Caesarem potius nova de *iudicio Mai.* quam de factis a lege Mai. prohibendis sancivisse, alteram legem Mai. Augustum tulisse cum p. 80, ubi sacvis Imperat. differentiam inter perduell. et Maies. in specie adscribit. Hefster Lehrbuch des gemeinen Deutschen Criminalrechts ed. sec. Halle 1840, § 198 et not. 1, p. 171 not. 2, p. 172, § 200, p. 173, § 203 p. 175, § 206, p. 177, § 209, p. 179 et not. 1 cum not. 3 et 5. distinguit inter Perd. et Mai. ut graviss. speciem et genus. Marzoll das gemeine Deutsche Criminalr. Leipzig 1841, § 58, p. 181 et not. 2 cum p. 182, cum § 59, p. 184, 185 dubitat de auctore legis Iul. Feuerbach, Lehrbuch ed. 12, § 162 et § 162a Mitterm. p. 151, 152. Pauca de hac lege ap. Orellium et Baierum in Indice legum Cic. opp. vol. VIII, p. 194, 195. Heineccii Antiq. Roman. Syntagma ed. Haubold ad tit. Inst. de publ. iud. § 49, p. 778, 779 duas leges Mai. alteram Caesaris, alteram Aug. fuisse commemorat nihil Haubold in not., Sigonius de iud. L. II, c. 29 in eius opp. Mediolani 1736 in aed. Palat. vol. V, p. 805, 806 de duabus legg. Iul. Mai. agit. legem Pand. Aug. adscribit. Blackstone, Comment. on the Law of England ed. 16. Lond. 1825, L. IV, c. 6, vol. IV, p. 76, stat. 25, Ed. III comparat cum lege Iul. Mai. »comprehended all the ancient laws, that had before been exacted to punish transgressors against the state." Legem Augusto adscribit. Göttling, röm. Staatsverf. § 159, p. 497.

Iulio Caesare plectebantur. Etenim verisimile non est ipsum Caesarem principia in hac lege constituere voluisse, quibus indicaret, quid esset perduellio, quid vero Maiestas, neque verisimile est eum uno capite de Maiestate et alio capite de perduellione egisse, magis probabile est ex ipsa lege, ex legum ferendarum apud Romanos ratione eum iudicibus munus inter perduellionem et Maiestatem moribus, qui antea obtinuerant, ex facto et animo rei distinguendi reliquisse: una quaestione has maleficiorum contra rempublicam commissorum species coniungens iudicium populi sibi invisum sustulit et praeterea Cicero disertis verbis testatur eum provocationem de Maiestate et de vi abrogasse.

Rem ipsam ex optimis fontibus legis Iuliae, qui nobis supersunt, scilicet ex fragmentis Iureconsultorum in tit. Dig. ad leg. Iul. Mai. et ex Receptis sententiis Iureconsulti Pauli probare nobis liceat.

Iam Ulpianus Libro VII de officio Proconsulis multa enumerat, quae usque ad Caesaris tempora ad perduellionis delictum pertinebant „cuiusve opera, consilio, (dolo) malo consilium initum erit, quo quis *Magistratus populi Romani*, quive *imperium potestatemve habet, occidatur.*” Haec sunt verisimiliter ipsa legis verba, nam tempora liberae reipublicae, non vero Caesarum spectant: alioquin adiectum fuisset verbum *Imperator*: Imperator a populo potestatem et imperium accepisse videbatur, Maiestas populi ad hunc potissimum referebatur. Denique haec legis Iuliae Mai. pars nobis in memoriam revocat causam C. Rabinii, qui Caesaris tempore propter idem factum perduellionis reus erat factus.

Deinde apud eundem Ulpianum facta inveniuntur, quae ad machinationes cum hostibus pertinent atque haec praecipue in lege scripta nempe duodecim tabularum ut delictum contra rempublicam commissum, ut perduellio puniebantur: in lege Iulia Maiestatis solummodo singula facta variaequae machinandi rationes accuratius indicantur „quique hostibus populi Romani nuncium literasve miserit signumve dederit feceritve dolo malo, quo hostes populi Romani consilio iubentur adversus rempublicam.” Initio fragmenti primi huius tit. Ulpianus Maiestatem sic interpretatur. „Maiestatis autem crimen illud est, quod adversus populum Romanum vel adversus securitatem eius committitur 1).”

Zirklerus Ulpianum hac definitione ad differentiam inter perduellionem et Maiestatem proprie sic dictam respexisse existimat eiusque coniectura a probabilitate non recedere mihi videtur, quod ex mea sententia haec Ulpiani verba cum alio eius fragmento ex Libro octavo Disput. conferenda sint, ubi diserte inter perduellionem et Maiestatem distinxit, ut mox videbimus. 2)

De transfugio vel civis vel militum ducis haec apud Ulpianum in fragm. ad leg. Iul. Mai. leguntur „qui exercitum deseruit vel privatus ad hostes perfugit” et apud Marcianum L. XIV Institut. „quive imperium

1) l. 1 ff. § 1 ad leg. Iul. Mai. Zirkler, Hochverrath p. 189, 190 cum p. 157, 159.

2) l. 11 (ult.) ff. ad leg. Iul. Mai.

exercitumve populi Romani deseruerit." 1) Hoc autem maleficiū primum legibus sacris et lapsu temporum iudicio perduellionis vindicabatur.

Dieck 2) in docta disquisitione de iure criminum apud Romanos inter alia argumenta, quibus probare studet perduellionem lege Iulia Maiestatis non contineri, etiam hoc in medium profert Marcianum nullam mentionem perduellionis fecisse, quamquam hic verba ex lege duodecim tabularum afferens rem historica ratione tractabat. Verumtamen ipsa huius Iureconsulti verba eum de coniunctione inter vetera et magis nova iura cogitasse declarant et solum ex eo loco apparet Caesarem verbum *laesa Maiestas* non vero *perduellio* usurpasse, quod facile explicari potest, si animadvertimus Caesarem leges priores Maiestatis inprimis legem Corneliam ut exempla secutum esse ea mente, ut eas compleret atque iis adderet, quae perduellionis, iudicio vel praeter illud moribus ut delicta contra rempublicam facta, antea puniebantur. Praeterea Marcianus hisce indicare videtur nonnisi paucas causas lege XII tabularum enumerari et Caesarem pro temporum ratione eas auxisse, vel, quae moribus invaluerant, lege sanxisse.

Qui in bellis (fortasse melius imbellis) cesserit — aut castra concesserit — quive Imperium exercitumve

1) l. 2 eum l. 3. ff. ad leg. Iul. Mai.

2) Dieck, Hist. vers. § 47, p. 114-120, praec. p. 115 » eben so erwähnt Marcian — wo er historisch zu Werke geht, davon (de perduell.) kein wort, ob er gleich mit dem Ausdrucke hostis auf den perduellis der Zwölf-Tafeln hindeutet" l. 3 ff. ad leg. Iul. Mai.

populi Romani deseruerit: si legenda sunt „*arcem non tenuerit*” pro „*arcem tenuerit*” 1), haecce perduellioni potius quam Maiestati accensenda sunt: de hac causa exemplum Cn. Fulvii belli ducis propter fugam in pugna ab eo ortam perduellionis accusati in memoriam revocare liceat.

Sic Scaevola Libro IV Regularum multa facta ad legem Iuliam Maiestatis refert, quae pro perduellionis delicto iam a primis Romae temporibus habebantur:

„Cuiusque dolo malo iureiurando quis adactus est, quo adversus rempublicam faciat (quae scilicet de coniuratione contra Romanorum rempublicam eiusque normas intelligenda sunt): cuiusve dolo malo exercitus populi Romani in insidias ductus hostibusve proditus erit: factumve dolo malo cuius dicitur, quo

1) l. 3 sqq. ad leg. Iul. Mai. Conf. Cropp. comment. de con. sect. II, L. III, § 2, p. 18 not. 15 coniect. assequi studet »*arcem deseruerit*” cum Basil. LX, c. 4, verba tamen Dig. nimis huic coni. repugnant Zirkler, die Gemeinr. Lehre vom Majestätsverbr. p. 76, legit »in bellis cesserit aut *arcem non tenuerit*.” Weiske, Hochverr. und Majestätsverbr. § 31, p. 114, not. 3 ubi etiam variae lectiones inveniuntur. »*tenuerit*” hac ratione defendit. »*Tenuerit* lässt sich jedoch dadurch erklären, dass er den festen Platz gegen den Befehl besetzt hält: ihn nicht übergeben will.” Iure coniecturae »*deseruerit*” adversatur, bene rem illustrat, et verbum *non* semper est coniectura, quae propter coniunctionem cum illis, quae praecedunt et cum illis, quae sequuntur, verisimilis est. In bellis cesserit — castra concesserit. »Si hoc factum magis cohaereret cum seqq. iniussu Principis, bellum gesserit” nulla dubia de vulgari lectione movenda essent, nam ibi proponuntur facta ducis militaris in provinciis, qui iussu populi Romani Senatusque minus obtemperat: hac legis parte facta nominantur ducis, qui virtute bellica vacat, vel hostibus favet.

minus hostes in potestate populi Romani veniant, cuiusve opera dolo malo hostes populi Romani com-
 mentu, armis, telis, equis, pecunia aliave qua re adiuti
 erunt utve ex amicis hostes populi Romani fiant. —
 quo magis obsides, pecunia iumenta hostibus populi
 Romani dentur adversus rempublicam” et tandem
 Hermogenianus describit, „cuiusve ope, consilio, dolo
 malo, provincia vel civitas hostibus prodita est.” 1) //
 Cum his in multis Iureconsultus Paulus in libro
 Recept. Sentent. convenit, tametsi non omnia facta ab
 eo nominentur et tametsi saepius quam alii Iureconsulti
 Imperatorem spectet: sic apud eum pro parte facta,
 quae antea ad perduellionem pertinebant, inveniuntur
 „cuius ope consilio adversus (Imperatorem vel) rem-
 publicam arma mota sunt exercitusve eius in in-
 sidias deductus est — exercitum comparaverit, solli-
 citaverit, deseruerit Imperatorem.” Paulum vel maxi-
 me ad gravissimas Maiestatis species respicere appa-
 ret etiam ex sequentibus eius verbis § 2. „In reum
 Maiestatis inquiri prius convenit, quibus opibus, qua
 factione, quibus hoc auctoribus fecerit” 2), quae de
 coniuratione contra rempublicam (vel Imperatorem)
 praecipue accipienda esse videntur.

Ab alia parte, ut iam dixi, consilium Caesaris
 erat priorum legum Maiestatis ac praecipue legis Cor-
 neliae facta sua lege prohibere: itaque apud Ulpi-

1) l. 4 cum l. 10 ff. ad leg. Iul. Mai.

2) Pauli Rec. Sent. L. V, Tit. 29 ad leg. Iul. Mai. § 1 init. cum
 § 2 ap. Blondeau Inst. de Iust. vol. II. Monum. Iur. Anteiustin.
 p. 318. Hoc Pauli tit. etiam optime usus est Zirkler, Hochverrath,
 p. 35, 36, 108, cap. III, p. 151, 196 cum p. 194, 195.

anum legimus „quo armati homines cum telis lapidibusve in Urbe sint, conveniantur adversus rempublicam; locave occupentur vel templa: quoque coetus conventusve fiat hominesve ad seditionem convocentur — quive milites sollicitaverit concitaveritve, quo seditio tumultusve adversus rempublicam fiat.” 1) A Marciano verba legis Iuliae citantur eadem fere atque ea, quae in lege Cornelia occurrunt, „qui iniussu Principis (pop. Rom.) bellum gesserit delectumve habuerit — quive cum ei in provincia successum esset, exercitum successori non tradidit” 2) cact.; sic Paulus quoque in Recept. Sentent. legis Corneliae factorum meminit de lege Iulia Maiestatis agens „quive iniussu Imperatoris (pop. Rom.) bellum gesserit delectumve habuerit.” 3) — Ut Sulla ac magis quam ille post tot reipublicae Romanae discrimina Caesar videbat, quid vir praestantis ingenii, regni cupidus in una alterave provincia contra Urbem moliri et ad finem perducere posset, quomodo homo popularis 4) plebi imperare et seditiones excitare studeret: huius rei causa adminicula ad seditiones in rempublicam parandas aequae atque

1) l. 1, § 1 ff. ad leg. Iul. Mai.

2) l. 3 ff. ad leg. Iul. Mai.

3) Paul. Rec. Sent. L. V, tit. 29, § 1 ap. Blondeau, vol. II, p. 318. Zirkler, Hochv. p. 33 et not. cum p. 35, legem Iuliam Mai. facta legis Corn. Mai. auxisse recte opinatur; contra Dieck, hist. Versuche, § 43, p. 100-104 inpr. in not. 2-19.

4) Hoc verbum a Cicerone in orationibus in Catilinam et pro C. Rabirio saepe usurpatur de eo, qui plebis parti favet, plebis potestatem in republica augere studet; sic e. g. hoc de C. Graccho scribit.

ipsas seditiones prohibuit; potestatem Proconsulum vel praesidum provinciarum minuere, tempus, quo munere fungebantur, restringere, nimias cum Regibus externis amicitias vetare, vim ducum militum in horum animos cohibere voluit, et ex moribus facta factis legis Corneliae Maiestatis similia lege sua punivit e. g. „quive privatus pro potestate magistratue quid sciens dolo malo gesserit.”

His quaedam nova addidit „quive sciens falsum conscripsit, vel recitaverit in tabulis publicis,” 1) quae ab ipso Caesare lata sunt, nam Ulpianus scribit hoc capite primo *legis Maiestatis* (sc. Iuliae, quia Ulpianus Commentarios ad legem Iuliam composuit vel saltem eius aetate lex Maiestatis habebatur lex Iulia) contineri. Praeterea „qui confessum in iudicio reum et propter hoc in vinculis coniectum emiserit.” 2)

Haec, prouti scimus, lex Iulia Maiestatis Caesaris statuēbat, nam lex ipsa nobis periit et fragmenta eius ab hoc illove Iureconsulto sequentium temporum servata sunt, quorum opera a Iustinianeis Iureconsultis rursus excerpta ad nos pervenerunt, attamen haec lex Iulii Caesaris praecipuus iuris fons de delicto Maiestatis Caesarum aetate mansit et singula quaedam Constitutionibus vel Rescriptis Principum vel moribus ei sunt adiecta, quae magnam partem poenas et iudicii formas spectant, dummodo quosdam Imperatores in quoscumque saevientes excipias.

1) l. 2 ff. ad lege Iul. Mai. in fine; haec verba Zirklerus recte interpretatur p. 113, 114 de falsis scriptorum, quae rem publicam spectant; et cum lege Corn. de falsis haec comparat.

2) l. 4 pr. verb. ult. ff. ad leg. Iul. Mai.

Julius Caesar a sequentibus reipublicae Romanae gubernatoribus et verisimiliter etiam a Sulla distinguendus est, quod nonnisi in facta proprie sic dicta poenam statuerit, nunquam vero in scripta vel dicta animadverterit, nam Modestinus legem Iuliam ratione ipsius aetatis habita interpretatur, apud eum in fragmento ff. ubi vis *Principalis Maiestatis* mentio fit, iudicibus suae aetatis, quomodo iudicium ferendum sit, indicat. Deinde Paulus in Receptis Sententiis ipsam legem Iuliam, et ea, quae moribus inducta erant, seiungere videtur, imprimis de gravioribus factis agit, tum varias poenas Maiestatis Caesaris temporibus et sua aetate enumerat et tandem addit „crimen (Maiestatis) non solum facto, sed et verbis impiis ac maledictis maxime exacerbatur” quae ad ipsius quoque aetatem restringere videtur. Verbum *crimen* consulto usurpasse videtur loco „Legis Iuliae Maiestatis” quae in prioribus inveniuntur. 1) Ultima verba Pauli ex fragm. Mod. l. 7. § 4. ff. ad leg. Iul. Mai. explicanda esse videntur, scil. delictum Maiestatis universe et vel maxime eius species moribus inductas gravius puniri, si a milite quam si ab alio cive committuntur.

Modestinus enim scribit „crimen Maiestatis facto vel violatis status vel imaginibus, maxime exacerbatur in milites,” nisi de poena universe graviore eius aeta-

1) l. 7 ff. ad leg. Iul. Mai. § 3 cum § 1, 2 et 4. Paul. Rec. Sent. L. V, tit. 29, § 1 priora cum seqq. verbis conferantur. ap. Blond. vol. II, p. 318. Taciti Annal. L. I, c. 72 de rec. Ern. eur. Oberl. vol. I, p. 88. Zirkler, die gemeinr. Lehre vom Majestätsverbr. p. 36, cum p. 122-124, 133, 140. Dieck, hist. Vers. § 43, p. 104 cum § 49, p. 122-124.

tis intelligas; de Iulio Caesare Tacitus in Annalibus, quod ad dicta et scripta attinet, est audiendus.

§ 2.

De collegiis illicitis.

Quaeritur an iudicio Maiestatis Caesarum aetate iudicata sint, et an ut Maiestas punita sint?

Ulpianum lege prima ad leg. Iul. Mai. 1) ff. de seditione ac de coniuratione ad seditionem faciendam

1) l. 1, § 1 ff. ad leg. Iul. Mai. Zirkler, die gemeinr. Lehre vom Majestätsverbr. cap. II, p. 83 cum p. 84, 85 et 82 et not. p. 85. Weiske, Hochverr. und Majestätsverbr. § 26, p. 91 collegia caeti. propria delicta habet, deinde p. 93 collegia coniurationibus aequiparat et p. 94 l. 2 ff. de colleg. et corp. de omnibus collegiis intelligit. Contrariae tamen sententiae favet § 29, p. 107 » eben so auch ein nicht contra rempublicam vel Imperatorem gerichteter coetus conventusve nur als collegium illicitum bestraft wird, und der, welcher ohne majestätsverbrecherische Absicht mit bewaffneter Mannschaft gewisse Plätze oder tempel einnimmt, auch nicht als Majestätsverbrecher gilt" et not. 11 ubi l. 2 ff. de coll. citatur. Zachariae über den Versuch des Verbrechen des Hochverraths Archiv Neue Folge ao 1838, parte III, p. 369, 370 » die coetus überhaupt — und also auch die mit politischen Tendenzen." Recte tamen existimat notionem non eandem esse ac poenam arbitriam esse. Schmitt-henner nuper existimavit Iul. Caesarem ope Clodii primum sodalitiis veniam coëundi dedisse, deinde collegia sustulisse. Grundlinien des allgem. oder idealen Staatsrechts. Giessen 1845, p. I, cap. II, hui. p. IV, § 36, praec. p. 91, 92 de legg. Maiest. et vi solummodo indicat Caesarem horum delictorum poenam magis asperam reddidisse, quod sanciverit bona noxiorum eorum publicari not. 5. De consiliis Caes. »So scheint er doch an eine tiefere Reorganisation des verfallenen römischen Staatslebens nicht gedacht zu haben; seine neuste Geetze gehen nur auf die äussere Ordnung, sind also politischer Natur.

scripsisse ex verbis ipsius apparet et a nullo scriptore hoc in dubium vocatum est, dummodo haec verba non de qualicunque seditione accipias, sed Zirkler, Weiske, Zachariae, et ante eos quidam veteres interpretes verba „quove coetus conventusve fiat” ad collegia illicita referunt, imo vero Zirkler contendit tali interpretatione opus esse propter verba, quae sequuntur „hominesve ad seditionem convocentur” et propter ea, quae praecedunt „quo armati homines cum telis lapidibusve in Urbe sint convenientve adversus rempublicam locave occupentur,” nam alioquin Ulpianus (vel legislator Iul. Caesar) diversis verbis bis idem scripsisset, quod de tanto Iureconsulto negandum videtur.

Haec sententia confirmari videtur fragmento eiusdem Ulpiani de officio Proconsulis, quod in tit. ff. de colleg. et corpor. nobis est servatum „quisquis illicitum collegium usurpaverit, ea poena tenetur, qua tenentur, qui hominibus armatis loca publica vel templa occupasse iudicati sunt.” 1)

His autem respondere liceat ab Ulpiano verbis „quo armati homines cum telis lapidibusve in Urbe sint, convenientve adversus rempublicam” seqq. longe aliam rem spectari, nempe ipsam seditionem eiusve initia, postquam consilium inter seditionis socios iam captum est, et verbis, quae sequuntur post „coetus conventusve” Iureconsultum aequae designare posse eos, qui alios cives ad seditionem incitant, atque ipsos coetus, verisimiliter etiam illos, qui ad seditionem impel-

1) L. 2 ff. de colleg. et corpor. cum l. 5, pr. et § 1, cum l. 1, pr. et § 1, eod.

lere student, postquam de seditione facienda conventum est: non igitur necesse est, ut Ulpianus idem diversis verbis scripserit, nisi de collegiis haecce interpreteris: praeterea, quatenam sit differentia in iure inter coetum et conventum, mihi non liquet et tamen Ulpianus hisce duobus verbis usus est: coetus conventusve ab alia parte collegiis non semper similes sunt, ut apparet ex iis, quae in tit. ff. de colleg. occurrunt: coetus ab Ulpiano enumerati ad tit. leg. Iul. Mai. seditionem et quidem graviolem eius speciem spectant.

Zirkler 1) deinde in alia operis parte opinatur usque

1) Zirkler, die gemeinr. Lehre vom Majestätsv. cap. III, p. 217, cum p. 218 »In Cicero's Zeiten wurden sie unter die *leges de vi* gestellt, Julius Caesar aber hat sie nach Ulpian in L. 1 h. den Majestätsverbrechen zugesellt. Dass aber von dieser Strenge abgegangen, das wäre, wenn wir auch in den Pandekten keine bestimmte Beweisen dafür hätten, dadurch offenbar, dass sogar die Zusammenkünfte ketzerischer Secten — nicht nach dieser Strenge behandelt werden" cum p. 245, 246 » zu einem dem Majestätsverbrechen zwar verwandten, aber doch ausserordentlichen Verbrechen gestellt haben" recte universe indicat differentiam inter coniur. et corpora illicita, cum p. 89, 90 » nur das Extrem einer unerlaubten Gesellschaft von ihr berührt wird" quae tamen non plane conveniunt cum p. 80 seqq. et nimirum cum alio Zirkleri opere das Associationsrecht der Staatsbürger. Leipzig 1834, cap. III, p. 68, 69, ubi poena vis vel Maiestatis inde a Iul. Caesare de omnibus collegiis, qui veniam coeundi non impetrarant, intelligit. Conf. etiam not. ibidem cum p. 72, 73. ubi hoc restringit ad collegiorum conventus. Sed quid est collegium sine conventibus? p. 79 et 80 recte animadvertit non quemque Maiestatis noxium Perduellionis noxium haberi, cum p. 82, ubi l. 13 ff. de poen. affert, cum p. 85, 86 Contra scriptorem Wassenaer: »dass letzterer zu allgemein annimmt, dass erst in Folge der *polizeilichen Auflösung*, bei beharrlichem Ungehorsame ein strafrechtliches Verfahren gegen die Mitglieder einträte, cum p. 86, verb." Die Nachricht des Cicero, auf welche sich Wassenaer beruft, passt nicht hierher. Denn da handelt es sich von

ad Iulium Caesarem collegia lege de vi (Plotia) punita fuisse, ab ipso vero Caesare in lege Iulia Maiestatis prohibita fuisse, qua de re Ulpiani verbis ad leg. Iul. Mai. non plane constaret, etiamsi cum Zirkleri interpretatione facerem; multo minus autem ex Ulpiani verbis, quae inveniuntur in tit. ff. de colleg. hoc apparet: etenim hic Iureconsultus ibi legis Iuliae sermonem non habet sed poenae facti, quod ex multorum sententia lege Iulia Maiestatis iam ante Ulpiani aetatem continebatur: itaque ad exemplum legis Iuliae Mai. socios talis collegii eadem poena afficiendos esse affirmat Ulpianus, nec de omni tempore, sed de ipsius aetate, si revera legem Iuliam Maiestatis spectat, qua de re mox videbimus.

Hac in re, uti in multis aliis, historia Romanorum consulenda est: libera republica magistratus et inprimis Senatus collegia religionis causa vel plebeiorum, quae saepius concilia vel conventus dicebantur, quamquam veniam non impetrarant, convenire saepe sinebant, dummodo nullum reipublicae ex iis periculum instaret; si hoc metuendum erat, ut discederent, Senatus praeter ceteris praecipiebat, et verisimiliter a magistratibus hoc collegii sociis nunciabatur. De Bacchanalibus alia ratio propter reipublicae imminens periculum et propter horrenda sociorum facinora obtinuit. Cicero in Epistolis ad Quintum fratrem nobis praebuit exemplum rei de sodalitatibus iam a nobis citatum: in ea causa

jenen Conventikeln der Plebejer, welche die Staatsgewalt, wie ein Gewohnheitsrecht, bisher geduldet hatte und diese mussten begreiflich erst untersagt werden" cum p. 70, 71 de lib. rep.

primum Senatusconsultum factum est, ut sodalitates discederent, deinde eodem Senatusconsulto constitutum est legem esse ferendam ad eos, qui non discederent, poena delicti vis afficiendos. 1) Zirkler ad specialem causam sodalitorum et ad collegia, quae moribus inducta erant, quae Senatus vel magistratus fieri iam diu sinebant, haec Ciceronis verba et Senatusconsultum restringenda esse existimat. Sodalitia iam diu invaluisse ante temporis momentum, quo hae literae a Cicerone scriptae sunt, atque hanc speciem collegiorum a ceteris eorum speciebus probe distinguendam esse Zirklero libenter concedere velim: ex hac vero specie, quae cum ambitu cohaerebat, magnum reipublicae periculum imminabat, nam tales conventus fidem faciebant civibus, qui cum illis donis, pecunia vel promissis paciscebantur, se illos magistratus etiam maiores creaturos, ne alii talibus muneribus ornarentur, prohibituos; neque ad hoc perpetrandum eorum socii in Comitibus a vi abstinebant; ea aetate verbum *Sodalitates*, *Sodalitia* de iis praecipue usurpabatur, verumtamen gravis pars collegiorum erant, de iis lex a Licinio Crasso erat lata, sed in Senatusconsulto poena ante est indicata, quae de

1) Cic. Epist. ad Quint. Fratrem L. II, Epist. 3, ed. Orell. vol. III, p. I, p. 400-402. »Operae Clodianae clamorem sustulerunt — Factus est a nostris impetus, fuga operarum. Itaque se comparat (Pomp.) homines ex agris recessit. Operas autem suas Clodius confirmat. Manus ad Quirinalia paratur. — Sed magna manus ex Piceno et Gallia expectatur — eodem die Senatusconsultum factum est» ed. Ern. vol. III, p. II, p. 1081. Nonne erant duae partes et prope duo exercitus in republica eo temporis momento? Nonne prope ad proelia processum erat?

collegiis non nova erat, sed potius ante in usu fuisse videtur, si iussis Senatus non obtemperabant.

Verisimiliter iam a tempore duodecim tabularum saepe de aliis speciebus collegiorum verbum *sodalitia* adhibebatur, nam Gaius in libro IV ad leg. XII tabul. *sodales* interpretatur de sociis eiusdem collegii, itaque tempora liberae reipublicae spectat, quamquam de pactionibus prohibitis magis quam de collegiis prohibitis agit, ut ante vidimus. Hoc verbum tam lato sensu Imperatorum aetate scribi Gaius loco cit. et Marcianus in fragmento in eod. tit. Dig. 1) nos docent, unde magis probabile fit poenam vis Caesarum aetate de collegiis sumtam fuisse.

Magis quam locus Ulpiani in Dig. (quisquis illicitum collegium seqq.) Suetonii testimonium Zirkleri doctrinae adversatur „Caesarem lege Iulia Maiestatis in collegia illicita animadvertisse:” etenim de Caesare memoriae mandavit eum collegia, *praeter antiquitus constituta dissolvisse*: 2) nulla ergo poena socii horum collegiorum affecti sunt et collegia erant *nova*; quo argumentum Zirkleri refellitur Ciceronis verba de an-

1) L. 4 ff, init. de colleg. et corpor. ubi Gaius L. IV, ad Leg. XII, tabul. »Sodales sunt qui eiusdem collegii sunt” et exempla deinde allata, cum l. 1, pr. Marc. »Mandatis Principalibus praecipitur Praesidibus provinciarum, ne patiantur esse (collegia) *sodalitia*, neve milites collegia in castris habeant” cum § 1. »Sed religionis causa coire non prohibentur: dum tamen per hoc non fiat contra Senatusconsultum, quo illicita collegia arcerentur.” Itaque in specie talia collegia indicata erant.

2) C. Suetonii Tranquilli C. Iulius Caesar, c. 42, ex rec. Fr. Oudendorpii, p. 70. »Cuncta collegia, praeter antiquitus constituta, distraxit.”

tiquis collegiis intelligenda esse: sic etiam de Augusto narrat eum factiones dissolvisse, quae specie *novi collegii* conveniebant, clementiamque Augusti magis mirari licet propter verba, quae Suetonius his addit factiones ad *nullius non facinoris societatem* coisse 1); factio autem saepe de coniuratione in rempublicam ad seditionem exsitandam vel ad gravissima delicta contra rempublicam committenda usurpatur, tametsi ad scelestorum ad delicta universe perpetranda conventus aut pacta etiam a Romanis Iureconsultis referatur.

Plinius 2) in Epistolis scribit ipsius aetate collegia fabrorum apud Nicomedienses vetita fuisse propter *factiones*: ad quietem ergo, ad statum reipublicae pertinebant et tamen legimus ea solummodo dissoluta fuisse; quae res, postquam de delicto illicitorum collegiorum iudicium extra ordinem constitutum fuit, in multis causis obtinuisse videtur, nisi socii iussis Principis, Senatusconsultis non obtemperarent, 3) ut nos docent

1) Suetonii Caesar Octav. Augustus c. 32, ex rec. Oudend. p. 214.

2) C. Plinii Sec. Epist. L. X. Epist. 43, studiis societ. Bipontinae Biponti 1789, vol. II, p. 98. »Tibi quidem secundum *caemplitum compliturium* in mentem venit, posse collegium fabrorum apud Nicomedienses constitui. Sed meminerimus provinciam istam et praecipue eas civitates *eiusmodi factionibus* esse vexatas.»

3) L. 1. pr. ff, quod cuiuscunque universit. nomine (III, tit. 4), ubi Gai. L. III, ad Ed. provinc. — »neque collegium — omnibus habere conceditur: nam et Legibus et Senatusconsultis et Principibus Constitutionibus ea res coërcetur.» Haec de poenis interpretari possumus, neque inde sequitur collegia universe prohibita fuisse: in primis agitur de iuribus, quae tali collegio acquiruntur, ut patet ex seqq. verbis pr. et § 1, § 2, quae sententia confirmatur L. 5, § 12 ff, de iure immunitatis (L. L. tit. 6). »Quibusdam collegiis vel corporibus, quibus ius coëundi lege permissum est, immunitas tri-

fragm. Dig., unde sententia doctissimi Wassenaer collegia primum dissolvenda esse et eorum sociis tantum poenam irrogari, si non discederent, vel, si rursus convenirent, pro parte veritati convenit 1).

At Ulpianus II. statim de poena illiciti collegii sermonem habet, verumtamen haec Iureconsulti verba de collegiis, quae in specie prohibita erant, propter Marciani fragmenta in hocce titulo de collegiis accipienda sunt: tunc socii iam sciebant propter reipublicae periculum eorum conventum vetitum esse: species designari videtur, quae reipublicae minatur,

buitur" sc. ut ex l. 1, pr. eod. tit. apparet socii talis collegii a numeribus civilibus liberi sunt, si sunt artifices. l. 2 de extraordin. criminibus (XLVII, tit. 11) verba »*coetus illicitos*» dubia sunt, semper quaeri potest, an accipienda sint de collegiis, quae veniam non impetrarunt, an vero de iis, quae in specie vetita sunt: inde apparet collegia extra ordinem punita esse ea aetate. Animadversione etiam digna sunt verba" sub praetextu religionis vel sub specie solvendi voti » cum l. 1, § 14 ff. de offic. praef. Urbi (1, 12). » Divus Severus rescripsit eos etiam, qui *illicitum collegium* coïssisse dicuntur, apud Praefectum Urbi accusandos" cum l. 1, pr. ff. eod. tit.; L. 15 Cod. de Episcop. et Clericis caet. (I. 3) ad conventicula religionis causa contra religionis Christ. illius aetatis normas restringenda sunt, ut iam ante me vidit Zirklerus: aliae leges, quae afferri solent, multo minus ad hanc quaestionem pertinent sc. l. 59 ff. pro socio (XVII, tit. 1) l. 22 ff. de fideiuss. (XLVI, tit. 1) l. 31, § 1 ff. de furtis.

1) Io. Bar. de Wassenaer, Diss. ad tit. D. de collegiis et corporibus Lugd. Bat. 1740 in opere Iurispr. antiqua cur. Dan. Fellenberg, tomò I, Bernae 1760 apud Wagner, No. VII, p. 443 hoc delictum primum refert ad vim, deinde lapsu temporum ad Maiestatem propter loca Dig. cum p. 444, 445 »primum quidem Senatusconsulto — discedere et segregare se iuberent — qui autem contumaces se gerebant, edicto — parere detrectabant, in eos demum animadvertere poenamque legibus statutam severe exsequi, aut etiam aliam, quam vellent, aliam sententiam — ferre solabant Praesides."

quamquam non eam evertere, vel plane mutare vult: talibus factionibus facile a republica in Urbe et magis in provinciis desciscitur, regno alius civis favori potest.

Verba Ulpiani maxime cum eiusdem Iureconsulti fragmento ad legem Iuliam Maiestatis conveniunt, unde plures Iureconsulti nullum esse dubium, quin Ulpianus de poena legis Iuliae Maiestatis scriberet, effecerunt, attamen Paulus in Rec. Sent. inter facta legis Iuliae de vi privata enumerat „ quive — *templa*, portas aliudve quid publicum *armatis* obsederit, vixerit, clauserit, *occupaverit* 1), quae Ulpiani loco valde similia sunt et aliis verbis in titulis Pand. de vi publ. et priv. eadem res designatur „ qui turbae *seditionisve faciendae consilium inierint* servosque aut liberos homines *in armis* habuerint 2) — convocata seditione — nec minus hi qui convocati sunt eadem lege tenentur 3) (scilicet, ut vim facerent, nec tamen in tali causa ulla vis erat facta), quae si conferantur cum illis, quae de historia Romanorum exposui, multa profecto dubia moveri posse mihi videntur, an collegia quaedam poena vis, an poena Maiestatis Ulpiani aetate punienda essent: historia

1) Pauli Rec. Sent. L. V, tit. 26. Ad leg. Iul. de vi publ. et priv. § 3 ap. Blondeau vol. II. Monum. Iur. Anteiust. p. 317.

2) l. 3 pr. ff. ad leg. Iul. de vi publ. cum § 2, cum l. 10, § 1. Wassenauer libro laud. p. 400. cap. I de variis signif. verborum collegii et corporis agit. conf. etiam cap. VI, p. 439 seqq. ubi delicta quae extra ordinem coërcentur magis ad iudicia publica accedere existimat, p. 444 etiam interpretatur l. 3, pr. ff. de colleg. et corp. de illis, qui magistratum administrare se morigeros praebebant, verumtamen imperata intra praestitutum tempus faciebant.”

3) L. 3, § 1, cum l. 2, l. 4. et l. 6 ff, ad leg. Iul. de vi priv.

Romana duce magis probabile est poena vis ea coërcita fuisse: pro certo affirmari hoc non potest propter verba ab Ulpiano citata.

Recte celeberr. Platnerus 1) animadvertit in Ulpiano

1) Platnerus, Quaest. de iure Crim. Romano 1842. Q. VI, cap. II, § 10, p. 300-302. Legem 2 ff. de colleg. et corp. de Maiestate interpretatur p. 302 ubi legimus. »Discrimen quoddam intercessisse videtur inter collegia *singulatim prohibita*, ita ut, qui in ea coirent, in certum quoddam vetitum peccarent, et inter ea, quae consilio suo licet iusto rerum ordini et reipublicae non adversentur, tamen ideo dissolvuntur, quoniam non ex auctoritate Senatus vel Caesaris inita sunt” et p. 301. »Quod Ulpianus hanc poenam commemorat, eo non probatur, socios collegii illiciti ex lege Iulia Maiestatis accusari potuisse. Vix probabile est, crimen collegii illiciti in iudiciis publicis tractatum esse, in his enim separatim de singulis sententia ferebatur, attamen culpa eius, qui collegii cuiusdam particeps fuerit, non recte ceuseri et puniri potest, nisi una et simul de ceteris sociis cognoscatur.” Conf. Dirksen, civilistische Abhandl. Berlin 1820, vol. II. Erste Abhandl. Histor. Bemerkungen, über den Zustand der juristischen Personen nach römischen Recht, p. 36-47. Egregie refellit sententiam eorum, qui existimant conventus opificum vetita esse legibus Senatusconsultis, quae in Collegia facta sunt et haecce refert ad collegia, quae adversus rempubl. esse videbantur, ad factiones inpr. p. 38, 39; p. 38 coniectura assequi studet verba collegia, et sodalitia praecipue de collegiis, cui venia coëundi non data erat, usurpata fuisse, cum p. 4 et not. 6, ubi collegia, sodalitia, sodalitates eandem rem significasse tempore XII tabul. et ea aetate cum collegiis sacerdotum valde cohaesisse opinatur, non satis cum ambitu ea coniungit Cic. aetate. Mittermaier de opere Zirkleri, die gemeinr. Lehre. Archiv. des crimin. Rechts. Neue folge Ao 1837, p. I, p. 166. Zirklerum de collegiis nimis severum iudicium tulisse scribit. »Mit den Associationen geht er streng um, und macht dass, was allerdings in aufgeregten Zeiten bei feindlich sich gegenüberstehenden Parteien passt, zur allgemeinen Regel” de altero Zirkleri opere »das Associationsrecht.” Archiv. des Criminalrechts. Neue Folge Ao 1836, p. I, p. 167-169. Carmignani teoria delle leggi della sicurezza sociale. Pisa 1831, L. II, c. 14, vol. II, p. 312 et not. 1, cum p. 311.

ani fragmento de *poena Maiestatis* (ex eius sententia), non vero de *iudicio Maiestatis* mentionem fieri et reos collegii illiciti in proprium iudicium vocatos fuisse censet; minus tamen argumento, quo hoc probare conatur, accedere possum in iudiciis publicis separatim de singulis sententiam latam fuisse, de sociis collegii simul iudicatum fuisse, nam ab eo quaerere velim, quomodo socii coniurationis contra rempublicam, igitur speciei delicti Maiestatis iudicarentur; Romanos scilicet hos etiam simul in iudicium vocare solitos fuisse verisimile mihi videtur: universe de iudiciis publicis cum eo facerem.

Hanc ob causam sociis collegiorum proprium iudicium constituebatur, quod iudicium *extra ordinem* de collegiis illicitis inductum erat.

§ 3.

Perduellionem inde a tempore Iulii Caesaris speciem delicti Maiestatis fuisse probatur.

a Lege ult. Dig. ad leg. Iul. Mai. aliisque Pand. et Cod. locis, et factis, quae ab historicis afferuntur cat.

In lege ipsa Maiestatis Iulii Caesaris diserte nullam differentiam inter Maiestatem ut genus et perdu-

«Il dritto Romano non aveva difficoltà — di porre il collegio illecito tra i delitti di Maestà” ab eo cit. l. 2 ff, de coll. et corp. Ex iure constituendo tamen negat delictum collegii illiciti esse *delictum Maiestatis*, nisi gravius aliud delictum ei accedat. Matthaeus nos docet iam diu ante nostra tempora inter Duarenum et Accursium disputatum esse an collegia ex lege Iulia de vi, an vero ex lege Iulia Maiest. punienda essent. ad tit. ff, de colleg. in opere de criminibus p. 265-269.

ellionem ut gravissimam eius speciem constitutam fuisse paulo ante vidimus: aurea vero Iureconsultorum Romanorum aetate Ulpianus prae ceteris Imperatoris Alexandri Severi amicus, quem Imperator de omni re consulere solebat, ideoque magis quam alii interpretes Iuris illius aetatis audiendus, Libro VIII earum disputationum, in quibus saepe de Maiestate sermonem habet, sic distinguit inter Maiestatem et perduellionem: „Is, qui in reatu decedit, integri status decedit: extinguitur enim crimen mortalitate, nisi forte quis Maiestatis reus fuit, nam hoc crimine, nisi a successoribus purgetur, hereditas fisco vindicatur.

Plane non quisquis legis Iuliae Maiestatis reus est, in eadem conditione est: sed qui *perduellionis reus* est, hostili animo adversus rempublicam vel Principem animatus: caeterum, si quis *ex alia causa* legis Iuliae Maiestatis reus fit, morte crimine liberatur.” 1)

1) l. 11 (ult.) ff. ad leg. Iul. Mai. Ulp. L. VIII disput. cum L. 2 ibidem, quae etiam fragmentum continet, Ulp. L. VIII disput. » nam et hoc capite primo lege Maiestatis enumeratur.” Tit. vero inscribitur ad leg. Iul. Mai. Contrariam sententiam defenderunt Dieck, hist. Vers. über das Criminalr. der Römer, § 47, p. 114-120 cum § 46 et passim. Cum Ulp. lege comparat l. 7 ubi Pauli fragm. et l. 8, ubi Marc. fragm. Cod. ad leg. Iul. Mai. praecipue, quod haec fragm. sint ex opere de publ. iud., ubi de industria hanc quaest. tractarunt. Weiske, Hochverrath § 2-§ 6, p. 4-21. Contra eos egregie disputavit Zirkler, die gemeinr. Lehre vom Majestätsverbr. p. 32 seqq. 39, 50 inpr. parte III, p. 144 seqq. 147, 151, 157-160, 163, 164, 167, 172 et passim. Cropp. Comment. parte sec. L. III, tit. I, p. 10-13. » Verba hostili animo seqq. non definiunt, quis sit perduellis, sed *describunt* tantum: et omnino nullam aliam vim iis tribuerim, nisi ut Ulpianus ea adiecerit, antiquam perduellionis vocem explicaturus,” deinde negat differentiam inter perd. et

Weiske, Dieck, Hepp, alii Ulpianum hoc loco legem Iuliam Maiestatis ipsam non consuluisse, vel

Mai. repetendam esse ex hostis notione, sed opinatur eam deducendam esse ex animo rempublicam laedendi: exemplum affertur eius, qui in bellis cesserit. Hepp, die Bestimm. des Röm. Rechts über den Hochverrath. Archiv des Crim. Rechts, Neue Folge Ao. 1837, p. III, p. 357-359, 361 initio eum Zirkler facere videtur sc. p. 363, 364. »Neuerlich haben freilich Manche, wie z. B. Cropp und jetzt auch Weiske behauptet, dass der *animus hostilis* nach Röm. Rechte nur soviel wie *dolus* überhaupt bezeichne, allein Zirkler hat dagegen mit überzeugenden Gründen dargethan, dass der *animus hostilis* wirklich ein technischer Ausdruck im Römischen Rechte sey und die perduellio charakterisire.“ conf. tamen p. 373 »endlich auch dass die Römischen Juristen selbst die Fälle der perduellio vom dem jetzt so genannten crimen Majestatis in specie nicht genau unterschieden, und dass nur gelegentlich Ulpian eine Begriffsbestimmung von der perduellio giebt, von welcher es obendrein zweifelhaft ist, ob sie als eine allgemeine Begriffsbestimmung anzusehen sey, und die nicht einmal das, was Zirkler für das charakterisirende der perduellio ausgiebt, im entferntesten ausdrückt.“ Inprimis refellere studet, quae Zirklerus scripsit de proposito, quod in noxio perd. requiritur, fortasse Zirklerus hoc etiam nimis urget. Feuerbach, Hochverrath, p. 3 et not. 2, p. 7 nimis stricto sensu notionem hostis intelligit p. 9, 21-23, p. 80. Paul. aetati different inter perd. et Mai. adscribit. Luden, über den Versuch des Verbrechens, cap. II, p. 225-227 minus historice, sed de differentia notionis convenit et not. 6, p. 225. Mittermaier in opere Staatslexicon von Rotteck und Welcker, vol. VIII, p. 2, p. 202, 204 recte animadvertit de causis, quae deinde moribus lege Iuliae Mai. adiectae sunt, minorem poenam sumtam fuisse; haec Weiskii interpret. plane adversantur; hoc saltem lapsu temporum de imaginibus, de scriptis et de dictis obtinuit, dummodo saevos Imper. excipias. Mitterm. Archiv. des Crim. Rechts, Neue Folge, Ao 1836, p. 3, p. 480, 481, anno 1837, p. I, p. 165, 167. Rosshirt magis veram sententiam hac de re proposuit in opuse, über Hochverrath und über die angrenzenden Verbrechen, Neues Archiv des Crim. Rechts, vol. IX, p. I, 142, 143, 147, 148, 152 nimis tamen ibi Maiestatem ad iniuriae notionem refert, 157, 158 perduellionem speciem Mai. habet, quam in alio opuse.

obiter de hac rescripsisse, nec perduellionem definitivè contendunt, vel alio sensu hoc fragmentum accipiunt, vel ad Ulpiani tempora differentiam inter perduellionem et Maiestatem restringunt nulla vestigia perduellionis inde a Iulio Caesare usque ad Alexandri Severi tempora mansisse contententes.

Hos scriptores magna parte iam optimis argumentis Zirklerus et deinde Mittermaierus refellerunt, quodammodo etiam Rosshirt et Luden: quaedam tamen ab iis ommissa, vel obiter tractata uberius exponere conabor, quod ab hac quaestione in iure in Germania communi usu recepto tanta pendeant.

Das Röm. Recht als Quelle des Deutschen Criminalr. vol. XI, p. 3, p. 396, 397 praec. p. 413-419, § 14 ubi negat Ulpianum de industria et doctrinae sensu verbum perduellionem usurpasse et perduellionem Ulp. aetate in usum revocatam fuisse opinatur. Dieckio assentitur Henke, Handb. des Crim. Rechts und der Criminalpol. vol. III, § 183, p. 389 et not. 28, p. 402, contra von Wächter, Lehrbuch des Römisch-Teutschen Strafrechts, vol. II, § 228, p. 505 et not. 27, p. 507 seqq. not. 29, p. 512. Heffler, Lehrbuch des gemeinen Deutsch. Criminalr. § 198, p. 171 cum § 209, p. 179 et not. 1-3. Marezoll, das gem. Deutsche Crim. Recht, § 58, p. 180-182. Carmignani, Iur. Crim. elem. vol. II, L. III, tit. 1, § 663, p. 6, 7, tit. 2, § 673-675, p. 10, 11, tit. 2, § 678-681, p. 12-14, tit. 3, § 682, 683, p. 15. Tittmann, Handb. der Strafrechtswissenschaft ed. sec. vol. II, § 223, p. 17 cum § 219, p. 11-17 plane contra ius Rom. eiusque histor., quare eum merito reprehendit Wächter. Sigon. et Heinecc. iam citavi. De Ulp. conf. Aelii Lampridii Alex. Severus, vol. I, script. hist. Aug. cum not. Casaub. aliorumque c. 15, p. 904. »Negotia et causas prius a scriniorum principibus et doctissimis Iuris peritis et sibi fidelibus, quorum primus tunc Ulpianus fuit tractari — praecepit» c. 27, p. 925 cum c. 31, p. 935, 936 — »neque unquam solum quemquam, nisi praefectum suum vidit et quidem Ulpianum ex assessore semper suo, causa iustitiae singularis. Quum autem alterum adhibuit et Ulpianum rogare iussit.

Si de Inreconsultorum testimoniis hac in re quaerimus, ea parte Gaii Commentariorum, qua de iudiciis publicis hic Iureconsultus agit, deperdita, tempora Ulpiani nobis sunt spectanda, et Iureconsultorum scripta profecto de quaestionibus Iuris multo meliores nobis sunt fontes quam historicorum narrationes; scilicet hi saepe Iuris imperiti sunt et saepius nonnisi obiter de iure mentionem faciunt, iuris formulas, verba iuri propria saepe non adhibent: argumentum igitur Dieckii non magni est momenti historicos illius Caesarum aetatis delicta contra rempublicam *Maiestatem*, non vero *perduellionem* vocasse, et, quod Zirklerus recte de locis Digestorum in medium profert Iureconsultos saepius nomen generis quam speciei usurpasse, multo magis de historicis valet. Mirum est ipsum Dieckium locum Capitolini in vita Adriani citasse, quo verbum *perduellio* occurrere existimat, quod tamen neque hoc capite neque in tota Adriani vita a Capitolino conscripta inveni. Praeterea ex re ipsa, ex factis delictorum contra rempublicam commissorum, quae historici huius aetatis afferunt, si vitae saevorum et clementium Caesarum inter se comparantur, Dieckii argumentum infirmari posse mihi videtur. 1)

Tacitus in loco celeberrimo Annalium scribit de Tiberio „legem Maiestatis reduxerat, cui nomen apud veteres idem, sed alia in iudicium veniebant,” quibus

1) Dieck, Hist. Versuche caet. § 46, p. 110-113 cum § 51, p. 130-138, inpr. p. 133 not. 16. a Dieckio cit. c. 5 Spartiani Hadriani; contra Zirkler die gemeinr. Lehre vom Majest., cap. III, p. 159-165 cum p. 145-148.

verbis hic scriptor vel maxime *leges Maiestatis* ob oculos habuit, uti ex sequentibus verbis „*Maiestatem populi Romani minuisse*” patet, itaque de perduellionis lege scribere non poterat, nisi ad tempora legis duodecim tabularum recederet, quod eius consilio minus conveniebat 1). Pluribus aliis locis de iudicio Maiestatis vel de accusatione in quaestione Maiestatis agit variis formulis e. g. „*Maiestatis postulavit* — praetentata crimina, crimini dabatur — absolvi reum criminibus Maiestatis — *neve asperare crimina* — *ne Maiestatis crimina tractarentur* — *Maiestatis crimina subdebantur* (accusationes) *vinculum et necessitas silendi* — *cuncta quaestione Maiestatis exercita* — *postulato Maiestatis Considio Proculo* — *Maiestatis delatus est*. Quaestio, iudicium autem erant Maiestatis, non vero perduellionis, nam iudicium perduellionis Caesar sustulerat.

Sic Praetor Pompeius Macer apud Tacitum Tiberium rogat „*an iudicia Maiestatis redderentur?*” et hic respondet „*exercendas leges esse*” quae Suetonii verbis confirmantur „*an iudicia Maiestatis cogi iuberet.*” Maiestas nonnunquam minus proprio sensu usurpaba-

1) Tac. Annal. L. I, c. 72, cur. Oberlin. vol. I, p. 88, cum c. 73, 74, p. 88-91, L. II, c. 27-31, p. 124-128, praec. c. 29, c. 50, p. 147, L. III, a. 32, p. 201, 202, III, c. 60, p. 242, cum c. 67, p. 243, IV, c. 19, p. 273, c. 30, p. 283, c. 34, p. 286. L. VI, c. 18, p. 357, c. 47, p. 382. L. XIV, c. 48, vol. II, p. 239. In multis locis etiam Tacitus de lege Maiestatis mentionem facit, itaque loco verbi Maiestatis perduellio usurpari nequit. Suetonii Tib. Nero Caesar c. 58 ex rec. Oudendorpii p. 438, cum c. 59-62, p. 439-437.

Spartianus nempe memoriae prodidit Adrianum multos insecutum esse propter *suspicionem affectatae tyrannidis*, in Tatianum ut *conscium tyrannidis* et argui passum fuisse et proscribi — Servianum ut *affectatorem imperii* mori ab eo coactum fuisse; paulo ante idem scriptor affirmarat Adrianum omnes ferè amicos deinde *hostium loco* habuisse, nunc vero hoc exemplis Tatiani et Serviani illustrat. 1)

Capitolinus narrat maleficium Avidii Cassii, in eo constare „*quod Imperatorem se appellavit, rebellavit*” et Vulcatius Gallicanus in vita Cassii scribit „*affectationem tyrannidis Cassii, patre ipsius auctore, Antoninum Pium latuisse*” ibique Marcus Aurelius Imperator Aelio Vero, qui eum monuerat, ut de Cassio cave-ret, sic rescribit „*Misera conditio Imperatoris, quibus de affectata tyrannide nisi occisis non potest credi.*” Vulcatius Cassii socios vocat *conscios tyrannidis* et Marcus Aurelius orationis ad Senatum sic finem fecit: „*Detisque hoc meis temporibus, ut in causa tyrannidis, qui in tumultu cecidit, probetur occisus.*” Aliis locis inveniuntur verba „*rebellare, defectio.*” 2)

Hoc scilicet nomen *tyrannidis affectatae* nobis in me-

1) Aelii Spartiani Adrianus c. 15, Hist. Aug. vol. I, p. 140-148. Cum cap. 5, p. 49, c. 7, p. 57, c. 23, p. 201, 203, 204.

2) Iulii Capitolini M. Antoninus philosophus, c. 24, in opere hist. Aug. script. vol. I, p. 385, c. 25, p. 387. Vulcatii Gallicani Avidius Cassius, Hist. Aug. script. vol. I, p. 442, c. 1, p. 445, 446. c. 6 et 7, p. 456, 487. Epistola Faustinae ad Marcum c. 9, p. 461, c. 11, 12, p. 484, 465. Tac. Histor. L, I, c. 5, cur. Oberlino, vol. III, p. 11 »pronus ad novas res. — Imperium sibi molientis.“

moriam revocat illam gravem perduellionis speciem ; quae per omnia fere liberae reipublicae Romanae tempora plecti solebat, nempe delictum regni affectati.

Verisimiliter verbum tyrannis a Graecis repetebatur, et ab iis in iuris Romani formulas transit.

Hoc verbum de reipublicae normis mutandis non amplius frequenter adhiberi poterat, neque in hisce locis illud spectatur, sed hac aetate magis quaestio erat de alio Imperatore creando vel maxime militibus iubentibus loco Imperatoris, quem Senatus elegerat ; alia ratione idem noxii consilium erat nempe Romae regnandi.

Piso in ipso Tiberii regno Maiestatis accusatus est, 1) quod bellum civile movisset, castella occupasset, ad seditionem excitasset, imo vero militibus persuasisset, ut suae parti faverent.

Sentius apud Tacitum ad eum scribit „ se rempublicam armis petere „ et a Tiberio in Senatu commemoratur Pisonem accusari, quod provinciam armis occupasset, praeterea ipse Tacitus ei crimini vertit, quod bellum provinciae intulisset: in hac ergo causa

1) Tac. Annal. L. II c. 79-81 ed. Oberl. vol. I, p. 175-173 L. III, c. 10-17 vol. I, p. 190-196 e. g. oratio Tiberii in Senatu c. 12, p. 192 » simulque illud reputate, turbide et seditiose tractaverit exercitus Piso: quaesita sunt per ambitionem studia militum; armis repetita provincia » et paulo ante » an scelere extinxisset » cum c. 13, p. 197. Vitellii testimonium » rerum novarum studio, Pisonem vulgus militum — eousque corrupisse, ut *parens legionum* a deterrimis adpelaretur, postremo ipsum (Germ.) devotionibus et veneno peremisse; sacra hinc et immolationes nefandas ipsius — petitam armis rempublicam.»

et in alijs a me allatis multa facta puniebantur, quae magis ad perduellionem quam ad Maiestatem universe pertinebant, unde probabile videtur notionem perduellionis hac aetate non evanuisse. Suspicio veneficii in Germanicum commissi et impia dicta in Principem Pisoni quidem nocebant, nec tamen praecipua eius iudicii causa erant.

Göttling perduellionem a Maiestate seiunctam fuisse etiam Caesarum aetate et pauca eius vestigia mansisse ex loco Taciti repetit, ubi hic scriptor verbis utitur „more prisco;” 1) attamen celeberrimus historicus hoc loco sermonem non habet de *perduellione*, sed de *mathematicis* et *magis*, qui Senatusconsultis ex Italia pulsati erant, et meminit variarum eorum poenarum verbis „more prisco:” etenim unus eorum saxo i. e. rupe Tarpeia deiectus est, alter iussu Consulum a lictoribus securi est percussus, quum classicum canere coeptum esset extra portam Esquilinam: hae autem poenae priscis temporibus de noxiis sumi solebant, sed tunc magis ab usu recesserant. Consules ut magistratus mandata Senatus exsequerentur, mathematici et magi scilicet Senatusconsulto tenebantur.

Magis fortasse hoc affirmandum foret de verbis Iunii Marulli Consulis, designati in causa Antistii Ne-

1) Tac. Annal. L. II, c. 32 cur. Oberl. vol. I. p. 128, 129 Göttling Gesch. der Röm. Staatsverf. § 146, p. 457. cum § 153, p. 474, 475, »Facta et de mathematicis magisque Italia pellendis Senatusconsulta.” Deinde seqq. verba, de quibus controversia orta est. Loc. Ulp. de tabulis Senatuse. in Coll. Leg. Mos. et Rom. tit. XIV (XV) cap. II, ap. Blondeau vol. II Monum. Iur. Anteiust. p. 443, 444. Platner Quaest. de Iure crim. Rom. Q. VI, § 1, p. 235-240.

rone regnante „adimendam reo Praeturam *necandumque more maiorum*” 1), nam Antistius *Maiestatis* erat postulatus, nisi haec verba saepe de mortis poena universe intelligenda essent.

Propterea etiam Paetus Thrasea haec refellere conatur apud Tacitum „carnificem, ait, et laqueum pridem abolita et esse poenas legibus constitutas, quibus sine iudicum saevitia et temporum infamia supplicia decernerentur. Quin in insula publicatis bonis, qui longius sotent vitam traxisset, eo privatus miseriorem et publicae clementiae maximum exemplum futurum.”

Hisce Thrasea leges *Maiestatis* poenamque exsilii indicare videtur, et invehitur in ultimum supplicium, quod legi Iuliae *Maiestatis* contrarium esse censet.

Antistius autem accusabatur, quod probrosa adversus Principem carmina factitasset vulgassetque celebri convivio,” quae accusatio magis ad minores delicti *Maiestatis* species quam ad perduellionem referenda est.

Ab Ulpiano 2) citantur verba Neratii Iureconsulti, qui circa tempora Traiani vixerat, et hic verbum *perduellio* usurpat; ante Marcum Aurelium igitur hoc verbum non plane obsoletum erat, nisi nos fefellerit

1) Tac. *Annal.* L. XIV, c. 48, cur. Oberlinus, vol. II, p. 238-240.

2) L. 11, § 3 ff, de his qui not. infam. »Non solent autem lugeri, ut Neratius ait, *hostes vel Perduellionis* damnati” cum Aelii Spart. Adriano, c. 18, *hist. Aug.* vol. I, p. 165, 166. »Quum iudicaret in consilio, non amicos suos, aut Comites solum, sed iuriconsultos et praecipue Iulium Celsum, Salvium Iulianum, *Neratium Priscum*, quos tamen Senatus omnis probasset.” Conf. Zirkler, *die gemeinr. Lehre vom Hochv.* p. 43. 44 et in not. Dieck, *Hist. Versuche* § 4, 6, p. 113 et not. 15, et 16, cum § 47, p. 114 seqq, inpr. 116, cum p. 117. Conf. § 3, mea de hac historiae Romanae aetate parte d'initio

Ulpianus, quod de tanto Iureconsulto, qui scripta Neratii procul dubio legerat et verisimiliter domi residebat, non credendum est: de hac autem Maiestatis specie mos non lugendi illos, qui huius delicti damnati erant, invaluerat, et hic mos a prisca temporibus repetendus esse videtur propter verba § 2: „more maiorum” et propter ea, quae mox de temporibus liberae reipublicae afferam; nec negligenda est coniunctio *hostes et perduellionis damnati* quasi res similes: verbum *hostis* de iis civibus, qui hostes dicti erant lapsu temporum ex Senatusconsultis, intelligendum est.

Dieck legem ult. ff. ad leg. Iul. Mai. refellere studeat, quod neque in tit. Dig., neque in tit. Cod. Iustin. ad legem Iul. Maiest., neque in Cod. Theodos., neque in Pauli Rec. Sent., neque in Instit. verbum *perduellio* ceteroquin occurrat, quod alii Iureconsulti in tit. Dig. ad leg. Iul. Mai. differentiae inter *perduellionem* et *Maiestatem* nullam mentionem faciant; sed primum animadvertendum est nonnisi pauca fragmenta horum Iureconsultorum ad nos pervenisse, deinde eos saepe nonnisi facta neque semper omnia, quae hac lege pleterentur, enumerasse: Marcianum et Papinianum aliis locis de perduellione idem affirmasse, quod lege ult. ad leg. Iul. Mai. ab Ulpiano commemoratur, et tunc verbum *perduellio* usurpasse: Paulum tandem quaedam solummodo facta indicasse, et ex ordine, quo facta conscriberet, apparere eum perduellionem praecipuam Maiestatis delicti partem habuisse. 1)

1) Conf. l. 3 ff. ad leg. Iul. Mai. cum l. 4, l. 7, § 3, l. 10, cum l. 1, ibid. cum l. 86, § 1 ff. de acquir. vel omittenda hered. (XXIX, tit. 2) ubi fragm. Papiniani »rei Perduellionis” cum l. 76,

Præterea in titulo Codicis Iustiniani, 1) ut iam ante disputavi, præcipue de iudicio agitur, vel, si causae Maiestatis nominantur, Imperatores sermonem habent de iis causis, quae ab improbis Imperatoribus ceteris additae erant et ad Maiestatis leviores species pertinebant vel causa citatur, qua unice perduellio commissa est, neque igitur in tali causa de differentia inter perduellionem et Maiestatem quaeri potest: multi ante me docuerunt in Institutionibus saepe non accurate distingui, si Digesta, Codicem Iustinianum et Novellas cum iis compares et historiam Iuris consulas; hoc autem vel maxime ex titulo Institutorum de publicis iudiciis apparet.

Ipsè Ulpianus sua tempora hac definitione non solum spectasse, sed legem Iuliam ipsam et sequentia tempora ex eo efficiendum est, quod in eodem Libro octavo Disputationum de *capite primo Legis Maiestatis* (se. Iul. Caes.) mentionem faciat 2) nec meae sententiae ob-

§ 9, de legatis II (XXXI). »Crimen Perduellionis illatum est" et idem Papin. l. 31, § 4 ff, de donation. (XXXIX, tit. 5) »post crimen perduellionis contractum" haec omnia in eodem opere Respons. Libro 6, 7 et 12. Marcianus L. V. Instit. l. 4 ff. de iure patronatus (XXXVII, tit. 14) »Perduellionis damnatus."

1) L. 1, 2, 3, cum l. 5 et 7, (ubi Pauli et Marc. fragm. occurrunt.) Cod. Iust. ad leg. Iul. Mai. l. 3 Cod. Theod. ad leg. Corn. de Sicar. ed. Ritter cum perpet. comment. Gothofredi, vol. III, p. 94, 95. Comment. p. 96-119, l. 3, invenitur L. IX, tit. 14. Instit. tit. de publ. iudic. § 3, ibi de omnibus Maiest. noxiis affirmatur »memoria rei etiam post mortem damnatur" cum § 5. Instit. de Heredit. ab intest. »Veluti si post mortem suam pater iudicatus fuerit Perduellionis reus." Sc. tunc filius non fit eius heres, tametsi sit in familia defuncti mortis tempore.

2) L. 2 ff, ad leg. Iul. Mai. in fine.

stant verba eiusdem Iureconsulti, cuius opera dolo malo, cuiusve opera, consilio (dolo) malo? 1), nam ibi antiquam formulam, fortasse formulam legis Iuliae Maiestatis, citat, quae in multis legibus iudiciorum publicorum invenitur: hac scilicet formula indicatur in talibus iudiciis dolum malum requiri.

Tandem idem Ulpianus Libro VI ad edictum Praetoris in alio scilicet eius opere verbo *perduellione* utitur, 2) unde patet eum hoc consulto scripsisse in Libro VIII Disput.

Attamen Weiskius opinatur Ulpianum lege ult. ad leg. Iul. Mai. non inter *perduellionem* et *Maiestatem* sed inter *reos Maiestatis* et *reos legis Iuliae Maiestatis* distinguere voluisse, propterea quod multa facta, quae lege Iulia Maiestatis vindicabantur, lapsu temporum aliis legibus vel Constitutionibus Principum Ulpiani aetate punirentur, quod poenae Maiestatis graviores factae essent, itaque iniustum fuisset, si in causis, quae non directe ad rempublicam vel Imperatorem pertinebant, mortis poena, imo vero gravissimis eius speciebus animadverteretur. Ex Ulpiani sententia, ait Weiske, accusatio post mortem rei instaurabatur solummodo de iis factis, quae Ulpiani aetate lege Maiestatis continebantur. 3)

1) L. 1, § 1 ff, ad leg. Iul. Mai.

2) L. 11, § 3 ff, de his qui not. infam.

3) Weiske, Hochverrath und Maiestätsverbr. § 2, p. 4-7 et not. 1, p. 5. »Es unterscheidet also obige Stelle nicht, wie man gewöhnlich annimmt, den Perduellis und *Maiestatis reus*, sondern diesen, der jenem gleich steht, von dem, der nur *legis Iuliae Maiestatis reus* ist“ p. 6, cum p. 7. »Bei der er (Ulp.) das Wort Perduellis

In tali quaestione verba profecto legis accurate perlegenda sunt, in illis vero *reus Maiestatis et reus legis Iuliae Maiestatis* sibi non opponuntur, verum in utraque causa lex Julia Maiestatis nominatur procul dubio, quod et Caesarum aetate praecipuus iuris fons manserit, quare et in Digestis et in Codice Iustiniano hi tituli inscribuntur „ad legem Iuliam Maiestatis.” Causae legis Iuliae Maiestatis, quae ad perduellionem

nur deshalb wählte, weil Maiestas gleich vorherging, oder weil er eines für stärker und daher für bezeichnender geltenden Wortes sich bedienen wollte, cum § 3-6, p. 7-21, cum § 15-18, p. 49-64 in quibus hostilem animum dolo aequiparandum esse censet. Huius rei causa non satis cum vituperasse mihi videtur celeberr. Mittermaierus, Archiv. des Crim. Rechts. Neue Folge Ao 1836, p. 3, p. 480, in opere Staatslexicon, vol. VIII, p. 2, p. 204 magis diserte ab eo discedit. Egregie eum refellit Zirklerus, minus tamen ex ipsa lege 11 ff, ad leg. Inl. Mai. Die gemeinr. Lehre, cap. III, p. 146-152, 154 seqq. et passim cap. I, et cap. II. Hepp, die Bestimm. des röm. Rechts, über den Hochverr. Archiv. des Crim. Rechts. Neue Folge Ao 1837, p. III, § 5, p. 377, 378, § 6, p. 381-383. recte Weiskii sententiae assentitur notionem Perduellionis generalem non eo sensu ab Ulpiano definiri, ut causae legibus Pand. ad leg. Inl. Mai. allatae exempla habendae essent, quae ad alias causas latius quam ad exemplum legis essent protrahendae. Huic sententiae Zirkler, Luden et Zachariae etiam favent, sed miror Heppium de alia ratione, qua Weiskius l. 11, interpretatur, nullam mentionem facere, quum de industria de perduellione secundum ius Romanum scriberet.

Weiskii sententia a Dieckii et Croppii sententiis probe distinguenda est, nam quisque eorum suo modo differentiam inter perduellionem et maiestatem l. 11. hostili animo indicari negat. Dieckius vero non univ. hoc negat, sed tantum de ipsa lege Julia et de temporibus ante Ulp. aetatem. Sigonius de iudiciis l. II, tit. 29, de legg. Mai. contendit etiam Ulpianum perduellionem definivisse gravissimam speciem Mai. in app. vol. V. p. 806.

referendae sunt, ab aliis causis eiusdem legis seiungendae sunt, hae autem imprimis *animus hostili* inter se differunt; valde acute haec disputavit doctissimus vir, non tamen cum eo facere possum. Ulpianus ut Iureconsultus rem accurate definire solebat, nec probabile est tantum Iureconsultum verbum perduellionem pro Maiestate *casu* adhibuisse. Iureconsulti aetatis Iustiniani Ulpianum perduellionem definivisse existimasse videntur, quum eius fragmentum in fine huius tituli ponerent; tandem verisimile est definitionem Maiestatis Ulpiani, quod adversus populum Romanum vel adversus securitatem eius committitur¹⁾ cum lege ult. h. t. conferendam esse.

§ 3.

b. Weiske's sententia de factis Caesarum aetate aliis legibus prohibitis impugnatur.

Weiske nullum argumentum attulit ad probandum delicta, quae ex lege Iulia Maiestatis punirentur, contra Maiestatem populi Romani non esse facta, 1) et

1) Conf. Weiske, *Hochverr. und Maiestätsverbr.* § 3 et § 2 p. 7-13. »Somit wäre es wohl möglich, dass auch die *Lex Iulia Maiest.* über andere Verbrechen, als die welche man unter dem crimen Maiestatis begreift, Bestimmungen enthalten habe" § 8, p. 25-27, 29, 30 ubi recte animadvertit formula »publice interest" non semper delictum Maiestatis designare, attamen p. 26" offenbar sind in der späteren Zeit mehrere früher als Fälle des crimen Maiestatis behandelte Verbrechen in blosse Militärverbrechen übergegangen." Hoc verum est deinde *leges et Constit. de talibus factis, ut delictis militum, magis quam antea sancitas fuisse, sed inde non sequitur ea non etiam ut Maiestatis delicta pro rebus et factis nonnunquam vindicata fuisse. Conf. § 36*

enim sunt quidem variae indolis, veruntamen omnia ad magnitudinem, gloriam, dignitatem et potestatem populi Romani eiusque magistratuum referri possunt, et notio Maiestatis apud Romanos latius patebat quam hodie apud nos notio delictorum contra rempublicam commissorum. Falsi species, ut recte eam interpretatus est Zirklerus, de falsis edictis, Senatusconsultis vel in primis foederibus, pactis cum aliis populis intelligenda est; factum eius „qui confessum in iudicio reum et propter hoc in vincula coniectum emisit” ad dignitatem magistratus, igitur etiam ad Maiestatem populi pertinet, neque haecce ab Imperatoribus ante Ulpiani aetatem abrogata sunt, nec maioris momenti est similia facta aliis legibus publicorum iudiciorum et Constitutionibus Caesarum vetari, vel in titulo Digestorum de re militari multa huiusmodi facta enumerari, nam Cicero in orationibus et epistolis nos docet civem eisdem facti ex variis legibus accusari posse et in legibus eiusdem Caesaris similia facta hac vel illa lege prohibentur.

37 p. 120-134 ubi inpr. de transfugio et de falsis agitur. Zirkler, die gemeinr. Lehre, cap. II, p. 113, 114, cap. III, p. 200, 210. cum p. 171-178. l. 2, ff. ad leg. lul. Mai. l. 5, ff. de remilit. l. 8, § 2, l. 38, § 7, ff. de poen. l. 3, § 6, ad leg. Corn. de Sicar., l. 1, § 4, ff. ad leg. Corn. de falsis l. 25 ibid et l. 27 § 3, l. 10. Cod. de div. Offic. aliaeque a Weiskio cit. De delictis militar. Caesarum aetate conf. etiam Platnerus Quaest. de iure crim. Romano Quaest. VI, b. c. II, § 17, p. 379-382 ubi definitio desertoris occurrit et paucis verbis de l. 40, ff. de poena agitur. Multas quaest. de iure militari non tractavit nec hoc eius erat consilium. l. 1, 10, 16. Cod. Theod. de re militari l. VII tit. 1, cum perp. Comment. Gothofredi ed. Ritter, vol. II, p. 265, 275, 284.

Transfugium non solum ut delictum Maiestatis ipsa lege Julia punitur, sed ab Ulpiano et Marciano maleficio Maiestatis esse existimatur et a Iureconsultis Iustinianeis in titulo Dig. ad Leg. Iul. Mai. horum fragmenta posita sunt ad Institutiones, Codicem et Novellas illustrandas.

Fortasse aliquis mihi obiiciat perquam difficile fuisse iudicium transfugae, qui prope fines imperii Romani, vel in terra hostium captus esset, ad illud temporis momentum protrahere, in quo Romam pervenisset, attamen eadem quaestio de Caesaris aetate moveri potest, quia fines imperii Romani tunc fere tam late patebant, quam postea, paucis provinciis exceptis: verisimile ergo est milites moribus, iure militari Caesaris temporibus saepe etiam punitos fuisse, si transfugissent vel transfugere conati essent, cives, qui aliqua dignitate erant praediti, duces exercitus, Senatores in iudicium Maiestatis vocatos fuisse, atque eandem hocce delictum inquirendi rationem sequentibus temporibus obtinuisse. Praeterea Caesaribus regnantibus Praesides provinciarum saltem de incolis provinciarum, quibus praepositi erant, iudicium Maiestatis habere poterant. Tandem haec species delicti Maiestatis non inter leviores enumeranda est, quare de ea argumentum Weiskii ex variis poenis Maiestatis repetitum non valeat.

De falsis similia facta, non vero eadem atque in lege Julia Maiestatis a Weiskio afferuntur praeter unam legem „qui nomine Praetoris litteras falsas reddidisse edictumve falsum proposuisse dicitur,” sed Ulpianus scribit eum legis Corneliae de falsis reum esse, non poena

legis Corneliae vel Senatusconsulto vel Constitutione Principis, de quibus omnibus Caesarum solum aetate saepius sermo habetur 1); factum, quod ab eo enumeratur aequae liberae republicae atque Imperatorum temporibus obtinere poterat: verisimiliter igitur iam Cornelius Sulla hoc lege de falsis sanxerat, unde minime patet hoc factum ab Imperatoribus ex lege Iulia Maiestatis ad legem Corneliam de falsis translatum fuisse; Ulpianus autem animadvertit ipsius aetate actionem poenalem in factum institui posse et huius rei causa haec conscripsit.

Imperatores falsum a Maiestate vel eorum iudicia plane seiungere *noluisse* ex Constitutione Constantini Magni apparet, qua factum falsae monetae, falsae pecuniae eudendae delictum Maiestatis haberi iubetur 2).

Similia facta in magistratus commissa iam libera

1) L. 2 ff. de lege Corn. de fals. (Ulp. L. VII, ad Ed.) l. 1, § 4. Lege Cornelia de falsis »(Marc) attamen scribitur de Imper. Severo et paulo ante »perinde ex his causis atque si erant falsarii» quae tamen nihil probant nisi tale factum quasi ex lege Corn. *etiam* puniri posse. In Lege Corn. de fals. et in lege Cornelia de sicar. saepe formula invenitur »poena legis» vel Senatuscons. nominantur l. 33 ff. de fals. Modestinus ipsius legis Corn. quoque mentionem facit, et causam affert eius, qui falsis Constitutionibus utitur, quae de Imperat. aetate valet, si in ipsa lege de actis populi vel Senatus potius sermo habebatur. Lege Iulia Mai. l. 2 ff. ad h. t. magis spectat Romam Comitiaeque. Marc. l. 1, § 4, de lege Corn. de fals. exemplum citat. Praef. Aeg.

2) L. 2, Cod. Iust. de falsa moneta (IX, tit. 24) cum l. 9, Cod. Theod. de falsa moneta (L. IX, tit. 21). cum perpet. comment. Gothofredi ed. Ritter, vol. III, p. 200, ubi Imp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius iubent tales noxios Maiestatis crimine teneri; contra aliis legibus, inter quas multae sunt Constantini, solummodo de capitali poena mentio fit. e. g. l. 3, p. 193, ibidem.

republica lege Iulia Maiestatis, vel de vi privata, vel lege Cornelia de sicariis plectebantur, magnam partem ex animo rei eiusque probatione in iudiciis.

In tit. Dig. ad leg. Iul. Mai. plura facta prohiberi, quam Iulius Caesar in lege Iulia Maiestatis sanciverat, ante vidimus, et cuique hunc titulum perlegenti liquet: ex mutata reipublicae conditione moribus, vel Constitutionibus Principum verba impia, libelli in Imperatores scripti, factum statuæ Imperatoris violandæ similiaque erant vetita, erant tamen leviores species, unde Weiskii sententia his potius refellitur quam confirmatur, nam non probabile est Ulpianum inter species Maiestatis, inter facta ita distinguere voluisse, ut de scriptis, de libellis, de statuis violatis iudicium post mortem rei instaurari intelligeret, de transfugis, de iis, qui milites ad proditionem vel ad seditionem excitarent, qui foedera cum aliis populis vel Constitutiones Caesarum adulterarent, crimen post mortem rei exstingui contenderet; de aliis factis legis Iuliae Maiestatis iam taceo, nam plura eorum graviora esse quam illa a Caesaribus prohibita quisque facile perspiciat.

§ 3.

c. Sententia mea probatur ex modo, quo verba Maiestas et perduellio a Iureconsultis et ab Imperatoribus in variis locis Digestorum et Codicis usurpantur.

Nunc singulas leges a Weiskio 1) citatas, quibus probare studet iudicium post mortem aequè de Ma-

1) Weiske, Hochverrath, § 6, p. 17-21, cum § 5, p. 13-17,

iestate ac de perduellione eius specie instaurari, eodemque modo potestatem alienandi reo Maiestatis ac perduellionis eius speciei ablatam fuisse videamus.

Primum ab eo affertur l. 20, ff. de accus., cuius titulus Weiskio adversatur, nam inscribitur „*de accusationibus et inscriptionibus*”, itaque iudicium et accusationes vel maxime spectat, et in eo regulae, secundum quas accusatori reus in iudicium vocandus est, constituuntur: in ipsa lege verba occurrunt excepto repetundarum et *Maiestatis iudicio*” ideo haec duo iudicia sibi hac in re aequiparantur.

Sic in tit. Dig. ad leg. Iul. Maiest. verba Modestini in fragmento ex Libro XII Pandectarum „*crimen Maiestatis — maxime exacerbatur in milites*” de iudicio accipienda sunt, propter ea, quae paulo ante in eodem fragmento scripserat: „*Hoc tamen crimen a iudicibus non in occasionem ob Principales Maiestatis venerationem habendum est sed in veritate,*” etenim „*iudicium habere*” erat formula, qua Romani Iureconsulti uti solebant et eodem sensu *crimen haberi* usurpatur: totum hoc fragmentum de iudicio agit: 2) magis discrete hoc Hermogenianus Libro V Iuris Epitomarum memoriae mandavit „*qui Maiestatis crimi-*

l. 20 ff. de accus. et inscript. (XLVIII, tit. 2) cum l. 7, ibidem. pr. »si cui crimen obiciatur, praecedere debet (in) crimen abscriptio, cum § 2 et 3 »iisdem criminibus” — »ab alio crimine postuletur” et passim. Inst. Inst. L. IV, tit. 18, § 3. Zirkler, Hochverrath, cap. I, p. 39, 40, cap. III, p. 159-167, deinde alia eius argum. exponuntur, p. 167-171.

2) L. 7 ff. ad leg. Iul. Mai. inpr. § 3, cum § 4, ubi bis verbum *crimen* occurrit, deinde pr. § 1 et 2, de iudicio quaeritur.

ne damnati sunt" et Libro VI eiusdem operis „Ma-
iestatis crimine accusari potest." 1) Papinianus de
quaestionibus laesae Maiestatis mentionem facit. 2) Lege
5 eiusdem tit. quidem Maiestas et crimen de delicto
usurpantur, sed ibi de speciebus agitur, quae moribus
lapsu temporum post legem Iuliam hoc iudicio ple-
ctebantur, 3) et universe tenendum est, quod Zirkle-
rus recte animadvertit, nomen generis saepius quam
speciei adhiberi, quod eo magis verum est, si non-
nisi exceptionis causa verbum *Maiestas* de delicto con-
tra rempublicam commissum scriptum est, et tunc
vel maxime leviores Maiestatis species spectat, ut e.
g. a Modestino ad tit. Pand. de poen. „eorum, qui
relegati, vel deportati sunt, ex *causa Maiestatis* statuas
detrahendas scire debemus" 4); poenae scilicet deporta-
tionis vel inprimis relegationis nos certiores faciunt
hoc loco de levioribus Maiestatis causis sermonem
haberi.

Formula, qua Marcianus utitur in fragm. in tit. ff.
ad leg. Iul. Mai. nobis servato „contra Maiestatem
feri," 5) non alio modo scribi poterat, nam his verbis
non possumus alia substituere „contra perduellionem
feri."

In titulo Codicis Iust. ad Leg. Iul. Mai. iam prima

1) L. 9, cum l. 10 ff, ad leg. Iul. Mai. ubi Hermogenianus.

2) l. 8 ff. ad leg. Iul. Mai.

3) l. 5 pr. ff. ad leg. Iul. Mai. » Non contrahit crimen *Maiesta-
tis*, qui *statuas* Caesaris vetustate corruptas reficit."

4) l. 24 ff. de poenis (Modest. L. XI Pandect.)

5) l. 5, § 2 ff. ad leg. Iul. Mai.

lege invenimus." Etiam ex aliis causis Maiestatis crimina (accusationes, iudicia) cessant meo saeculo."

Haec Alexander Severus Paulino rescripserat, causae scilicet erant saevientium Imperatorum, qui cives propter quaecumque factum in iudicium Maiestatis vocarant. Lege vero secunda verba „quasi crimen Maiestatis sustineres, si servo iratus (esse) non perseveres, quod semper te facturum inconsulte iuraveras" de causa plane speciali agunt, nempe de ea, quum civis iusiurandum per Imperatorem ut per Deum praestiterat: dignitatem Imperatoris laesisse, contra numen eius peccasse tunc censebatur.

Hae igitur causae abrogatae non ex lege Iulia Maiestatis, verum ex Imperatorum Constitutionibus vel iussis repetundae sunt 1), ut ex variis Taciti locis de Tiberii regno iam ante vidimus."

Quod ad verba *crimen Maiestatis sustinere* 2) attinet, haec formula erat de accusationibus, quae in iure in usum venerat idemque de simili formula lege tertia dicendum est „Si quis alicui Maiestatis crimen intenderit." Sic Paulus de iudicio Maiestatis l. 7, „in crimen instaurari" et Marcianus l. 8, „ut etiam post mortem nocentium hoc crimen inchoari possit" scribunt.

Hisce tamen negare non ausim et in Codice Maiestatem nonnunquam de delicto usurpari: etenim in eodem tit. Imperat. Valentinianus, Valens et Gra-

1) Dieck, Hist. Versuche, § 51, 52, p. 136-141.

2) l. 2. Cod. ad leg. Iul. Mai. ibi inveniuntur verba » quasi *crimen Maiestatis sustineres*.

tianus scribunt „excepta tantum *Maiestatis causa*.” Arcadius et Honorius „utpote Maiestatis reus,” „attamen Iureconsulti magis accurate quam 1) Imperatores rem tractasse videntur: saepius in hoc titulo formulam adhibent „contra Maiestatem Imperatoris — quod ad laesam Maiestatem Imperatoris pertinet.” Iureconsultus Marcianus praecipue Constitutionem Divi

1) l. 4 cum l. 5. Cod. ad leg. Iul. Mai. » utpote Maiestatis reus” l. 7. Paulus pr. » contra Maiestatem Imperatoris commissum” et § 1, l. 6 ex Libro 6 Basil. pr. Maiestatis rei. — hoc crimen moveri cum § 1 » qui vero incidit in hoc crimen,” l. 8 » hoc crimen inchoari possit — tale crimen contraxit” cum § 1 » propter causam Maiestatis” § 2 » in causa Maiestatis.” Libenter confiteor me argumento uti, quod ex acuta Clarissimi Birnbaumii disputatione de significatione verbi *criminis* originem ducit, solummodo haec ad meam causam protraxi. Hodie plures Clariss. Birnbaumii sententiae favent, quamquam de quibusdam locis ab eo dissentiunt e. g. Platnerus Quaest. de iure criminum Romano Prooemium p. 6 et not. 1, p. 6 et 7 et de iudiciis extra ordinem inductis. Q. VI, cap. II, p. 91 seqq. Geib, Gesch. des Röm. Criminalprocesses, act. III, p. 403, 404 et not. 28. de iud. publ. et extra ord. et nominatim not. 28 de sent. Birnb. »allein freilich nimmt derselbe auch in sehr vielen Fällen jene Bedeutung an wo die Bedeutung von Verbrechen ungleich natürlicher ist.” Clarissim. Birnbaum in opere Neues Archiv des Criminalrechts, vol. VIII, p. IV, p. 643 seqq. ex except. Tribon. ad tit. Turpil. cum Pauli Rec. Sext. praec. § 7, p. 661-664 de lege 3, § 8, Cod. de veteri iure enuel. et de hac lege lingua Graeca *ἡγκλημάτων* cum § 8, p. 672 de vers. Basil. *ἡγκλήσεων* et § 10, p. 688-697 de formulis » crimen committere, admittere, contrahere, inchoare » quae Clariss. vir interpretatur” in eine Untersuchung verfallen — eine Untersuchung beginnen” res probabilis est, sed plane dubiis non vacat, ubi etiam ea, quae disserit § 8, in primis de iud. extraordinar. § 8 inpr. 673, vol. IX, p. III, § 13 et 14, p. 339 seqq. p. 371 seqq. a Geibio quoque citantur Ed. de Haegdi. »Quale sit discrimen inter del. publ. tam ordin. quam extraordinaria et privata.” Gött. 1832 et Clariss. Birnbaum in opere Archiv N. 4 Ao. 1835. p. 325, 327, 329:

Marci spectat et tandem ad argumentum Zirkleriam allatum refero. Imperatores de gravissima Maiestatis specie, nempe, de coniuratione contra Principem et ad huius exemplum de coniuratione contra Principis consiliarios solum de perduellione agunt.

Imperatores Arcadius et Honorius de haereticis et manichaeis rescribunt. „In mortem quoque inquisitio extendatur, nam si in *criminibus Maiestatis* licet memoriam accusare defuncti, non immerito et hic debet subire *tale iudicium*” 1), quae propter ultima verba et propter coniunctionem cum verbo „accusare” qua formula designatur „aliquem in iudicio accusare” de iudicio interpretari debemus et praeterea res ibi obiter tractatur.

L. 10, Cod. de bonis proscriptorum seu damnatorum Imperatores Theodosius et Valentinianns his verbis utuntur „*excepta sola Maiestatis quaestione*, quam si quis *sacrilego animo adsumpserit*, iuste poenam ad suos etiam posteros transmittet,” ubi nominatim scribitur *quaestio Maiestatis* et pro *Maiestatem adsumere* non possumus substituere „*Perduellionem adsumere*,” deinde haec lex legibus 11 et 12 eiusdem tituli explicanda est, in quibus verbum „*Perduellio*” usurpatur et uno saltem loco de delicto, non vero de iudicio intelligendum est, l. 11, „*quicumque habent vel detinent bona damnati Perduellionis*,” magis dubia est lex 12 „*Si quis Perduellionis crimine convictus publicationem bonorum sustineat*,” potest tamen accipi de noxio, qui convictus est se *delictum Perduellionis* commi-

1) l. 4, § 4 Cod. Iust. de haereticis et Manichaeis et Samaritis (l. tit. 5).

sisse 1).” In Digestis de perduellione legitur „*Perduellionis damnati, rei Perduellionis*, post *crimen Perduellionis contractum*” ubi dubium est, an de delicto Perduellionis, an vero de iudicio Perduellionis verbum crimen interpretandum sit. Uno tantum loco Papinianus scribit, si *crimen Perduellionis* illatum est,” quae de iudicio explicanda sunt propter verbum *inferre* 2). Sic etiam in Institutionibus verba occurrunt „Perduellionis reus.” De tit. Inst. de publ. iudic. iam disputavi. Ipsum verbum non saepius in Iuris Romani fontibus invenitur, sed Iureconsulti nonnumquam aliis formulis notionem Perduellionis spectasse videntur; sic Marcellus mentionem facit de eo „qui ad patriam delendam et parentes et liberos interficiendos venerit” et Paulus „qui ab his, quorum sub Imperio sunt, desistunt et in hostium numerum se conferunt: sed et hi quos Senatus hostes iudicavit” et Imperatores Valentinianus et Valens in Codice Iustiniano *violatam*

1) L. 10, Cod. de bonis proscriptorum seu damnatorum (IX, tit. 49). cum l. 11, *αβροκράτωρ* Graeca Constit.; l. 12 eiusdem Const. Epit. integrior.

2) L. 1, § 3 ff, de suis et legitimis heredibus (XXXVIII, tit. 16). »Putat si *Perduellionis* fuerit damnatus pater post mortem suam” l. 3, § 4 ff, de donat. (XXXIX, tit. 5) »post *crimen Perduellionis contractum*” l. 86, § 11 ff, de acquirenda vel omittenda hereditate (XXIX, tit. 2). *Rei Perduellionis* l. 4 ff, de iure patronatus (XXXVII, tit. 14) l. 11, § 3 ff, de his qui not. infam. »*Perduellionis* damnati l. 76, § 9 ff, de leg. et fideicomm. II, (XXXI) »modo si a legatis solutis *crimen Perduellionis* illatum est” l. 2, Cod. de bonis eorum qui mortem sibi consciverunt (IX, tit. 50). Instit. L. III, tit. 1, § 5.

Quaestio de formula »*crimen Perduellionis contractum*” pendet ab eo, an Clariss. Birnbaumii interpretationi faveas nec ne.

Maiestatem a patria oppugnata vel prodita seiungere videntur. 1)

Ex his igitur locis citatis minime efficiendum est Iureconsultos vel Imperatores ad omnes species Maiestatis illas graves exceptiones a regulis in aliis iudiciis obtinentibus protraxisse, nam Maiestas saepius de iudiciis vel de accusatione, perduellio de delicto usurpatur, vel in eodem titulo una lex ex altera explicanda est, vel de Maiestate magis obiter sermonem habent, unde loca non tanti momenti sunt ac lex ult. ff. ad leg. Iul. Mai., vel de gravissimis Maiestatis causis i. e. de perduellione has exceptiones a regula in iudiciis commemorant.

De tempore post Ulpianum minus dubitari licet, etenim Iureconsulti Iustiniani verbum *perduellio* variis locis adhibuerunt, definitionem Ulpiani ultimo loco tit. ff. ad leg. Iul. Mai. ad alias leges huius tituli ea explicandas posuisse videntur, verbum *perduelliones* in Codice Theodosiano legitur 2) et Theodosius legem Arcadii in titulum de sicariis transferens magnam necessitudinem inter hanc legem et legem Maiestatis ipsius aetate obtinere profiteri videtur: talis autem coniunctio in eo constabat, quod noxius caedem fecisset, vel perpetrare conatus esset, sed caedes magistratus erat factum, quod perduellione iam antiquis tempo-

1) L. 35 ff. de religiosis et sumptibus funerum (XI, tit. 7) l. 5; § 1 ff. de capite minutis (IV, tit. 5), l. 3, Cod. de abolit. (IX, tit. 42).

2) L. 7, Cod. Theod. de reparationibus appellationum (XI, tit. 31) cum perpet. Comment. Jac. Gothofredi, ed. Ritter, vol. IV, p. 297 et in notis de pulsis Perduellionibus.

ribus continebatur; summus scilicet magistratus erat Imperator: lex igitur de sicariis et lex Maiestatis quam maxime cum perduellione cohaerebant.

Praeterea Ammianus Marcellinus verbo *perduellione* utitur de *Constantio* non de *Juliano*, ut Dieckio et Zirklero visum est. Addebatur, ait, miserorum aeternis, qui rei Maiestatis *imminutae*, vel *laesae* deferebantur, acerbitas eius et iracundae suspiciones, in huiusmodi cuncta distentae. Ille (Gallienus) *perduellionum* crebris verisque appetitus insidiis — mortem factura crimina aliquoties lenius vindicabat: hic (Constantius) etiam facta vel dubia adigebat, videri certissima vi nimia tormentorum.

Hunc locum de industria attuli, quia perduellionis delictum satis accurate a scriptore ibi adumbratur, scribit nempe de *veris perduellionum insidiis*, quibus Imperator petitus erat, quae de coniurationibus in eius vitam intelligenda sunt, haec autem coniurationes imprimis Caesarum aetate ad perduellionem pertinebant; inter *imminutam* et *laesam Maiestatem* etiam distinxisse videtur et nonnunquam apud eum occurrunt verba *affectata dominatio* 1).

1) Ammiani Marcellini Rerum Gestarum L. XVIII, qui supersunt studiis societatis Bipontinae Biponti 1786, L. XXI, c. 16, vol. I, p. 281 ibi etiam verba »affectatae dominationis» occurrunt cum p. 283 eod. cap. inde magis apparet Constantium, non vero Iulianum hisce verbis designari. »Christianam religionem absolutam et simplicem anili superstitione confundens» deinde imaginem Imperatoris adumbrare solet, postquam eius mortem narravit; paulo ante hoc caput de morte Constantii scripserat; de Iuliano demum libris sequentibus de industria agit c. g. L. XXV, c. 3 ubi oratio Iuliani

Veruntamen Weiske contendit verbis Ulpiani „hostili animo” nullam differentiam inter Maiestatem et eius speciem Perduellionem ab Ulpiano spectari, quum eadem verba in Codice Iust. in tit. de raptu virginum legantur, sed primum non adiiciuntur sequentia verba „adversus Rempubicam vel Principem animatus” deinde, quod maximi momenti est, ibi occurrunt alia verba, non eadem „hostili more” quae longe aliud significant, scilicet ibi noxius virginem rapere dicatur, ut hostes facere solent, quum terras Romanorum invadant: illorum moribus conveniebat homines vel feminas sine ullo discrimine secum ferre ut obsides vel

moribundi affertur, vol. II, p. 41, 42, c. 4, p. 46, 47 iudicium de eius indole fert, » studiosus cognitionum omnium et *indeclinabilis*, aliquoties *iudea* — tum autem quod minabatur ferro potius quam utebatur. Postremo, ut multa praeteream, constat eum in apertos aliquos inimicos, *insidiatores* suos *ita consurrexisse mitissime* ut poenarum *asperitatem* genuina *lenitudine* castigaret, vetus illa iustitia — illo imperante rediisse rursus ad arbitrium agens, interdum ostenderet » se dissimilem sui” L. XXI, c. 12, p. 271 inveniuntur solummodo verba » laesae crimina Maiestatis” L. XIV, c. 5 » *simonuta* vel laesa amplitudo imperii.” Zirkler die gemeinr. Lehre von Hochverr. cap. III, p. 159. » Auch bei nicht juristischen Schriftstellern finden sich Spuren jenes ihnen freilich nur dunkel vorschwebendes Unterschieds. So erzählt Amm. Marc. (ab eo citatur c. 12, L. XXI non vero c. 16) von Kaiser Julian, dass er trotz seiner sonst sehr milden Regierungsgrundsätze gegen Majestätsverbrecher eine anfallende Schärfe bewiesen” Dieck, Hist. Vers. § 54, p. 148 et not. 9-11. » Obgleich Julian — so war er doch ein Caligula oder Commodus, wenn jemand des Majestätsverbrechens beschuldigt wurde, Ammianum haec de Constantio et non de Iuliano narraſſe etiam alicuius momenti est ad Dieckii sententiam refellendam omnes fere Imper. hac aetate iudicio Maiestatis abusus fuisse.

servos: haecce igitur ad consuetudinem, non ad animum referenda sunt 1).

Deinde ad hanc sententiam tuendam Weiske verba Codicis citat „excepta sola Maiestatis quaestione, quam (Maiestatem) si quis sacrilego animo adsumpserit 2).“

1) L. un. Cod. § 1 de raptu virginum seu viduarum neque non sanctimonialium (IX. tit. 13). » Neque sit facultas raptae virgini — raptorem suum sibi maritum exposcere — quoniam nullo modo nulloque tempore datur a Nostra Serenitate licentia eis consentire, qui *hostili more* in nostra republica matrimonia student sibi coniungere” cum pr. eiusdem legis »et maxime, si Deo fuerint virgines vel viduae dedicatae: quod non solum ad iniuriam hominum, sed etiam ad *ipsius omnipotentis Dei irreverentiam* committetur.” Haec praecipua huius Const. causa fuisse mihi videtur. Conf. Weiske, Hochverrath, § 15, p. 52, 53 cum p. 49 seqq. citat verba »qui *hostili animo* matrimonium” caet.

2) L. 10 Cod. De bonis proscriptorum seu damnatorum l. IX, tit. 49 cum l. 11 et 12, cum l. 1, pr. ff. ad leg. Iul. Mai. Ulp. » *Proximum sacrilegio* crimen est quod Maiestatis dicitur.” Weiske, Hochverr. § 16, p. 54, 55. Rosshirt, über das Röm. Recht als Quelle des Deutschen Criminalrechts, Neues Archiv, vol. XI, p. 8, 9 cum p. 29, 30. » Man könnte daher wohl dieses ursprüngliches Verhältniss in dem Criminalrechte der Römer dadurch bezeichnen, dass man sagte es sey hier das Verbrechen aus dem allgemeinen Begriffe des sacrilegii betrachtet worden, wenn man dieses Wort nicht als späteren Ursprungs und zum Theil eine andere Bedeutung mit sich führend erkennen müsste.” *Hisce spectat speciem Sacrilegii*, quae apud Romanos saepe occurrit nempe rei sacrae furtum Matthaeus de criminibus ad leg. Iul. Mai. cap. II, p. 311, 312, l. 1, pr. ff. ad leg. Iul. Mai. de Caesare sacrosancto ut Tribuuo aliisque muneribus ornato interpretatur. Magis universe et plane alia ratione Weiskium refellit Zirkler die gemeinr. Lehre, cap. III, p. 165 seqq. Cropp. comment. de con. sect. II, L. III, tit. 1, § 1, p. 10, 11 et sect. I. L. II, tit. 5, p. 98, 99 legem 2. Cod. Iust. de his qui ad ecclesiam confugiunt caet. interpretatur vel de Maiestate divina, vel de familiaritate Imperatorum cum numine divino et not. 2. est causa

De his verbis iam animadverti legem cum duabus aliis legibus eiusdem tituli conferendam esse; praeter ea non de industria de Maiestate in hoc titulo agitur, sed de bonis proscriptorum, ac multo minus de differentia inter perduellionem ut speciem et Maiestatem ut genus: solummodo his verbis affirmatur delictum Maiestatis cum religione et cum delictis contra religionem commissis cohaerere et eodem sensu ab Ulpiano scribitur in titulo ad leg. Iul. Mai., proximum sacrilegio crimen est, quod Maiestatis dicitur. Uti praeis Romae temporibus ita Caesarum aetate delicta contra Rempublicam, nunc praecipue eorum species contra Imperatorem simili, non tamen eadem ratione cum religione cohaerebant, quod Imperatores pagani (ut saepe hac aetate dicebantur) Deorum instar colerentur, quod Imperatores Christiani omnia fere ex hac religione repetentes sese duces hominum a Christo populis praefectos haberent; qui igitur eos laedebat, prope sacrilegium fecisse dicebatur: ex variis scilicet fontibus Ulpianus et Imperator Theodosius haurientes eadem profitentur: Theodosius magis rhetorem redolet. Dieck existimat delictum perduellionis a malis Imperatoribus post Traianum in usum revocatum fuisse, quamquam ex eius sententia etiam eo tempore noxii saepius Maiestatis accusabantur, cuius sententiae Weiske specialis tempore Theodosii Iunioris: verisimiliter extra ordinem ad similitudinem iudicii Maiestatis vindicabatur, si his disertis Imper. iussis quis non obtemperasset. cum l. 5 ibidem est coniungenda, inde patet ad aliquem ex ecclesia trahendum saepe seditiones factas esse quietem imperii Romani huius rei causa esse turbatam, non inde sequitur alias causas sacrilegii Maiestatem habitas fuisse.

quoque meminit; sed merito eam improbat: a Dieckio tamen quaerere velim, cui Imperatori hoc tribuendum sit 1): rei naturae convenit, si Marcus Aurelius de memoria damnati, de iudicio post mortem instaurando, de tempore, quo alienationes, manumissiones nullae fierent, aliquid novi statuit, quod ex libris Marciani et Pauli in Codice Iustiniano Weiske et Dieck efficiunt, ut hunc Imperatorem auctorem delicti perduellionis in usum revocati habeamus, vel si definitio nem perduellionis Ulpiani ad ipsius tempora restringimus, ut Alexandrum Severum de perduellione primum post tot temporum intervalla iudicia haberi inuisse affirmemus, quae sententiae valde repugnant narrationi scriptorum historiae Augusteae Iulii Capitolini, Aelii Lampridii et Vulcatii Gallicani litterisque atque orationibus Imperatorum ab iis citatis; neque ipse Dieckius haec existimare ausus est, attamen ex modo, quo ratiocinatur, deducendum est. Zirklerus

1) Dieck, Hist. Vers. u. s. w. § 47, p. 115-120 cum § 51, p. 132-138. Weiske Hochv. § 3, p. 9 cum § 4, p. 12 ubi contendit Marcum Aurelium, in iudicio Maiestatis induxisse accusationem (post mortem rei instaurari cum § 5, p. 16. »Es scheint als habe er auch den in der Sprache wie verloren gegangenen Ausdruck perduellio hervorgesucht, um schwere Arten des Crimen Maiestatis abwechselnd damit zu bezeichnen, ohne aber deshalb, die perduellio als selbstständiges, nicht zum Crimen Maiestatis gehöriges, Verbrechen zu bezeichnen.» Libenter concedo, et hoc iam ante me Zirklerus professus est; perduellionem hac aetate a Maiestate non diversum delictum fuisse, sed gravissima species Maiestatis facta erat, et animo a ceteris speciebus (uti etiam indole factorum in multis causis) differebat. Zirkler, die gemeinr. Lehre vom Maiestätsverbr, cap. I, p. 40, 42-49, cap. III, p. 158, 167-171, 190-192, 194, 220-231.

historica disquisitione et locis Digestorum Dieckium animadvertendum quod Sabinus et Pomponius de reipublica, de regno Tiberii et de coniuratione Avianii Cassii huc addenda esse arbitror.

§ 3.
d. Ex iudicii formis, quae sensim paulatimque obtinere coeperant in delictis contra rempublicam commissis.

Inde ab initio liberae reipublicae in eos, qui regnum affectarent, itaque gravem speciem delictorum contra rempublicam factorum committerent, saevitum esse Livius, Dionysius Halicarnassensis et Valerius Maximus testantur: bona eorum scilicet publicabantur, et aedes solo adaequabantur; de Manlio decernebatur „ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret,” ab ipsius gente „ne quis deinde M. Manlius vocaretur.” De liberis Cassii quaestio mota est, an propter patris delictum punirentur. Postquam Sp. Maecilius a magistro equitum occisus erat, Dictator inssit bona eius publicari, quaestoribusque mandavit, ut ea venderent; pecunia inde comparata in aerarium redacta est: de bonis igitur nonnunquam iudicium post mortem noxii institutum est.

Consilium profecto memoriae noxii damandi domibus eorum evertendis inerat: sic Livius de Manlio commemorat Romanos eius domum evertisse „ut monumento area esset oppressae nefariae spei. 1)“

1) T. Livii Hist. L. II, c. 41 cur. Drakenborch, vol. 1, p. 425, 426 » dirutas publice aedes: ea est area ante Telluris aedem.” De

Plura exempla affert Valerius Maximus, inter quae animadversione digna sunt nomina L. Saturnini et M. Flacci, unde apparet hunc morem usque ad ultima liberae reipublicae tempora remansisse, huiusque rei causam addit idem auctor „quo iusti supplicii notitia ad posteros perveniret — quantum ergo odii adversus *hostes libertatis* insitum animis antiqui haberent, parietum ac tectorum, in quibus versati fuerunt, ruinis testabatur 1).”

Qui hostes reipublicae dicti erant, ex eo temporis momento, quo Senatusconsultum in eos factum erat, civitatem amittebant, ut nos docent Cicero in orationibus in Catilinam et Iureconsultus Paulus; eorum igitur testamenta, donationes, bonorum alienationes nullae erant ab hoc temporis momento et regula horum bona publicabantur. 2)

Cassio, de Manlio conf. L. IV, c. 15, 16, vol. I, p. 918, 919.

„Neque satis esse sanguine eius expiatum, nisi tecta parietesque, intra quae tantum amentiae conceptum esset, dissiparentur, bonaque contacta praetis regni mercandi publicarentur, iubere itaque quaestores vendere ea bona atque in publicum redigere.” L. VI, c. 20, de Manlio, vol. II, p. 350. Dion. Halic. L. VIII, c. 78-80 ed. Sylb. p. 545-547. C. Plinii Hist. Natur. L. XXXIV, c. 4 cum notis Salmasii aliorumque, vol. III, p. 496.

1) Valerii Maximi fact. dictorumque memor. L. VI, c. 3, § 1, p. 549-551 „interempto domum superiecit, ut penatum quoque strage puniretur” contra L. V, c. 8, p. 507, 508. De hisce locis et de Plinii testimonio iam disputavi, ubi de Cassii iudicio scripsi.

2) l. 5, § 1 ff. de capite minutis (IV, tit. 5) est fragm. Pauli L. XI ad edictum, l. 2 pr. eum § 1 ff. de poenis cum l. 28 pr. eum § 1 eod. tit., l. 11, § 3 de his qui not. inf. Sallustii bell. Catilin. c. 51 p. m. 51. Cicer. Orat. in Catilinam L. IV, c. 5 ed. Ernesti, vol. II, p. I, p. 793 ed. Orell. vol. II, p. II, p. 42. De hac quaest.

Ipsa formula, ipso decreto „aqua et igni alicui interdici“ civis Romanus civitatem universe amisisse non videtur, si auctori pro domo plane fides habenda est, et hic locus oratoris vel rhetoris cuiusdam revera ad omnia liberae reipublicae Romanae tempora protrahendus est: quum vero aliis civibus ea, quibus ad vitam sustentandum opus erat, tali homini praebere vetitum esset, hic in exsilium abire cogebatur et a tempore decreti Comitiorum nulla civis iura exercere poterat: 1) nonnunquam in gravioribus causis bona

conf. praecipue Zirklerus die gemeinr. Lehre vom Majestätsverbr. cap. I, p. 45-47, cap. III, p. 167-171.

1) Egregie de hac quaestione disputavit celeberr. Platnerus Quaestiones de iure criminum Romano 1842, Q. V. p. 79-81 auctor pro Domo c. 30, ed. Ern. vol. II, p. II, p. 1013 cum cap. 20, p. 1002, 1003. Platnerus Niebührium refellit existimantem ab eo temporis momento talem hominem impune occidi potuisse.

Götting, Gesch. der Röm. Staatsverf. § 59, p. 117-119 quum haec poena alicui imponeretur, (nam ab eo semper exsilium habetur) regula bona huius noxii publicata fuisse opinatur, deinde hanc poenam mitiore exsilii specie versus finem liberae reipublicae evanuisse et Imperatorum aetate demum in usum revocatam fuisse opinatur propter Cicer. cap. 33 orationis pro Caec. qui locus sic citari solet sed ap. Ern. inveni c. 34 et 35, vol. II, p. I, p. 566 non stricte tamen haec oratoris verba sunt accipienda. — Leviorem exsilii speciem tunc obtinuisse notum est, quamquam non erat relegatio sensu relegationis Caesarum aetate, attamen Caesar in suis legibus poenam aquae et ignis sancivit et verisimiliter ante eum Sulla de Maiestate, de lege Cornelia de falsis hoc disertis verbis Modestinus fatetur, quare haec poena mansisse, sed saepius levior species adhibita fuisse ea aetate mihi videtur ed. Orell. c. 34 pro Caec. vol. II, p. I, p. 437 pro Domo c. 20, vol. I, p. 599, c. 30, p. 607. Niebühr, Röm. Gesch. ed. 2, vol. II, p. 72-75. Ciceronis loc. pro Caec. ad nimis prisca tempora protraxit, ut recte animadvertit Götting, Dieck, Hist. Versuche u. s. w. § 11, p. 23-26 negat exsilium poenam fuis-

in illi iuri te aqua et igni aliorum
 eius, qui a talem poenam damnatus erat, publicata
 esse videntur, ut Livius de Postumio Pyrgensi nar-
 rat: causa tamen specialis erat, ipse sponte in exsi-
 lium semetipsum receperat, ne ad mortis poenam
 damnaretur ultimisque suppliciis afficeretur: hoc ex-
 silium iustum esse, nisi Romam intra certos temporis
 fines rediret, aqua et igni ei interdicti, bonaque eius
 publice vendi ab eo die decretum est: formula, qua
 saepe exsiliu poena indicabatur „aqua et igni inter-
 dicti” a Livio usurpatur et coniungitur cum publicati-
 one bonorum: ab initio vero eius exsilium non erat
 poena.

In legibus sacris formula occurrit apud Livium „fa-
 milia ad Aedem Cereris liberi liberaeque venum irer”
 quae cum alio loco Livii, cum Dionysio et cum Festo
 comparanda est, et propter haec varia testimonia de
 omnibus bonis eius, qui sacer dictus erat, intelligenda
 est: 1) haec scilicet bona aerarii fiebant a temporis
 momento, quo a Curiis, deinde a Centuriis decretum
 erat aliquem sacrum esse: ab hoc temporis momento
 civis esse desinebat.

— Evolverem exsiliu poenam tunc
 se propter Cic. locum pro Caec. conf. idem Göttl. eod. op. § 150,
 p. 470 ubi scribit Sullam in lege Maiestatis poenam aquae et ignis
 interdictionis statuisset, § 154, p. 479 cum § 159, p. 497 ubi hanc
 poenam in iudiciis de vi et de Maiestate iam Sullae adscribit. Recte
 Platnerus censet edictum de Cicerone speciale fuisse. Liv. Hist.
 L. XXV, c. 4, cur. Drakenh. vol. III, p. 148.

1) Liv. Hist. L. III, c. 55, vol. I, p. 773, et not. ibidem § 7 alii
 verbum *familiam* de servis accipiunt, sed de omnibus bonis illud
 intelligendum est, cum L. II, c. 8, vol. I, p. 268. Dion. Hal. Ant.
 Rom. L. II, c. 10 ed. Sylb. p. 184, L. II, c. 74, p. 123, 124 ed.
 Sylb. Festus de verb. signif. illustr. Dacierius verbo Sacer. p. 467.

Sic Sulla (in proscriptione bona eius, cuius nomen albo inscripserat, ab hoc temporis momento publicata esse et sub hasta vendi posse statuit addiditque liberos noxiorum honoribus privari, imo vero eos onera patrum, si Senatores fuerant, sustentare iussit, ut Velleius Paterculus memoriae mandavit: Marsico bello liberis noxiorum similia imposita fuisse scribit Dionysius, sed eius verba sunt nimis brevia. I) *in* Sulla proscriptione saltem liberi saepe egeni fiebant et de iis dici poterat „mortem iis esse solatium,” Cicero in oratione pro Sexto Amerino ipsa verba legis Sullae affert „eorum bona veneant, qui proscripti sunt vel qui in adversariorum praesidiis occisi sunt,” unde constat Sullam bona adversariorum etiam post eorum mortem publicasse.

Praeterea praemiorum fidem fecerat iis, qui proscriptos occiderent, mortis poena vetarat, ne quis,

1) *Societät C. Julius Caesar* c. 43 ex *recens. Gutschmid* p. 30.
 2) Tacit. Annal. I. II. c. 27-28. cum Oehlerio col. I. p. 134-139.
 3) Zachariae Sulla p. I, vol. I, p. 143, 144 et not. 103 ibidem „eine jede einzelne Proscription war” »a bill of attainder” sic hatte „the corruption of blood” zur Folge Voekestaert, (Dis. de Sulla legis parte poster. cap. II, p. 99-105. Velleii Paterc. Hist. Roman. L. II, c. 28. ed. Krause, p. 171.) Adiectum etiam, ut bona proscriptorum venirent exclusivè paternis opibus liberi etiam *petendorum* honorum iura prohiberentur simulque quod indignissimum est „*Senatorum filii et onera ordinis sustinerent et iura perderent.*” De his ultimis multum inter viros doctos disputatur. Dion. Halic. Antiq. Roman. L. VIII, c. 80. ed. Sylb. p. 547. Plutarchi vita Sullae c. 30 et 31, vol. IV, p. 215-217. Appiani bell. civil. L. I, c. 95, 96. vol. III, (I bell. civ.) p. 85, 86. Göttl. Gesch. der Röm. Staatsverf. §. 149, p. 460-462. Cicero Oratio pro Sexto Roscio Amerino c. 43-45 ed. Orell. vol. II, parte I, p. 56, 57, de Officiis L. II, c. 8. ed. Orell. vol. IV, p. 2, p. 373, 374. Valer. Maxim. L. VI, c. 9. ed. Torrenius p. 610, L. VII, c. 6, p. 678.

quamquam filius, pater vel frater proscripti erat, hunc tecto exciperet ac celaret, quae nobis verba legis Cod. in memoriam revocant. At fortasse quis mihi obiiciat Sullam crudeliter adversarios vexasse, itaque eius exemplum nullius esse momenti, quibus tamen responderi liceat multa eius instituta multasque eius leges mansisse et a Julio Caesare publicationem bonorum pro dimidia parte ad omnia graviora delicta esse protractam 1), deinde quaestionem non moveri, an talia iusta fuerint, sed an moribus antea obtinuerint; quod multo magis de Caesarum aetate est affirmandum. Tiberio regnante de Libone iudicium habitum est, quamquam ipse gladio sibi mortem consciverat, et bona ipsius inter accusatores divisa sunt 2). Hoc exem-

1) Suetonii C. Julius Caesar c. 42 ex recens. Oudendorpii p. 70.

2) Taciti Annal. L. II, c. 27-32 cur. Oberlino vol. I, p. 124-129 inpr. c. 32 eum c. 31 bona inter accusatores dividuntur. Tunc Cotta Messalinus ne imago Libonis exsequias posterorum comitaretur seqq. Dieck, Hist. Versuche u. s. w. § 47 p. 117. Allein das kann deshalb nicht beweisend seyn, weil uns das ganze Verfahren des Tiberius als ein blosser Gewaltstreich des Kaisers, und als ein Beleg von der damaligen tyrannischen Regierung geschildert wird. Ibi cit. Gundling singul. cap. I, § 40, 41 eum alio loco Dieckii § 46, p. 110-111. Zirkler, die gemeinr. Lehre vom Majestätsverbr. cap. I, p. 46. De Tiberio plane specialem sententiam proponit Buchholz, Philosophische Untersuchungen über die Römer, p. 49-74 praec. p. 52-56 et 59 eum propter incertam reipublicae conditionem defendere studet, et quod magis quam seqq. Imperatores speciem potestatis Senatui reliquit. Conf. eius opus de aliis Imper. pl. 153-155 de Alexandro Severo p. 183, 185, 191. Conf. Gibbon, history of the decline and fall of the Roman empire, London 1825, vol. I, p. 88, 95.

plum Gundling, et post eum Zirklerus in medium protulerunt, attamen Dieckius ita Gundlingum refellere conatus est, ut hoc tyrannicæ menti Tiberii tribueret, et iuris rationi illius ætatis adversari existimaret, nam nec Cæsar nec Augustus tale quid statuerant, verum questio in eo versatur, an Marcus Aurelius aliquid novi sanciverit, facile ei concederem Tiberium multa iniuste et crudeliter præcipue de Maiestate constituisse, quæ non omnia in usum venerunt, verumta-

men quædam iudicii Maiestatis formæ, quædam facta, ut Maiestatis delicta regnante Tiberio punita, moribus deinde invaluerunt, etenim apud historicos vel Iuriconsultos de regnantibus temporibus harum iudicii formarum vel horum factorum ut rerum usu receptarum mentio fit. Sic apud Paulum legimus eum, qui impia verba, maledicta in Principem dixerit, Maiestatis iudicio teneri et Tacitus exemplum civis Maiestatis iudicio damnati propter idem factum ex Tiberii regno affert 1).

Senatores vetarunt, ne imago Libonis exsequias posterorum comitaretur, ne quis Scriboniorum (nam hoc nomen erat eius familie) cognomen Drusi adsumeret. Liboni scilicet Drusi erat cognomen. Hæc legentes decreta gentis Manliæ de Capitolii servatore recordamur.

Talanus eodem regno accusatus est, quod vendi-

1) Tac. Annal. L. I. c. 72 cur. Oberl. vol. 1. p. 88. c. 74. p. 91. L. II. c. 50. p. 147. IV. c. 42. p. 295 cum l. 7. § 3 ff. ad leg. lul. Mai. cum Pauli Rec. Sent. L. V. tit. 29. § 1 in fine ap. Blondæu Monum. Iur. Anticust. vol. II. p. 318.

tis hortis, statuam Augusti simul mancipasset" et Marcellinus „quod statua Marcelli altius quam Caesarum sita esset, quod statuae Augusti caput ampu- fasset eique Tiberii effigiem imposuisset," attamen ambo Maiestatis absoluti sunt, ut Tacitus narrat, cui magis fides habenda est quam Suetonio, quod de mal- lis Imperatoribus non omnia, quae de iis post earum mortem narrantur, memoriae mandavit, ut Suetonius: hanc causam etiam uberius exposuit Tacitus. 1)

1) Tac. Annal. L. I, c. 73, de Talanio, vol. I, p. 88-90, c. 74, de Marcello p. 90, 91. Dieck, hist. vers. § 50, p. 125, 126, p. 128, § 51, p. 130, 131 nullam mentionem facit de hac accusatione Ti- berio regnante, recte a lege Iulia hoc factum sciungit. C. Suetonii Tranquilli Tiberius Nero Caesar, c. 58, ex recens. Oudendorpii p. 438, cum p. 439. »Statuae quidem Augusti caput demserat, ut alterius imponeret. Acta res in Senata et quia ambigebatur, per- tormenta quaesita est. *Damgnato reo*, paulatim hoc genus calumniae eo processit — et not. 4. Dionis Cassii Histor. Romanarum L. X, L. VII, c. 24. vol. III, p. 350, 351 πάντως δ' ἐν καὶ τὴν συμπάλλσαντα τῆ οὐκίᾳ τὴν ἀνδριάντα αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τούτῳ κριβέντα ἀπεκτόνει εἰ μὴ ὁ ὕπατος αὐτὸν ἐκείνον τὴν γνάμην πρῶτον ἀνέρετο. αἰδεσθεὶς γὰρ μὴ καὶ ἑαυτὸν τε χαίριζεσθαι δέξῃ, τὴν ἀποκρούσαν ἔθετο merito Lipsius Dionem vituperat quod narret Tiberium primum sententiam rogatum esse; nam ex Tacito apparet eum ad Consules rescriptisse, iudicio se non interluisse: Lipsius tamen non addidit Dionem causam Talanii cum Granii Marcelli causa miscuisse, quae partim similis erat scilicet Tac. Annal. L. I, c. 74, vol. I, p. 91 praeter accusationem ministrorum sermonem in Tiberium affert »statuam Marcelli altius quam Caesarum sitam; et alia in statua, amputato capite Augusti, effigiem Tiberii inditam" de hac causa eadem fere de Tiberio Tacitus commemorat atque Dio de altera causa. conf. nota Lipsii ad L. I, c. 73. Annal. cur. Oberl. vol. I, p. 89. Minus recte Sigonius factum sta- tuas violandi ad leg. Iul. ipsam Mai. refert. de iudic. L. II, c. 29. Quem secutus est Montesquivius de l'Esprit des Lois, L. XII, cap. 9, vol. I, p. 364, 365 etiam de l. 11 ff. ad h. t. conf. cap. 13,

Itaque, si Tacitum sequimur, illi, qui statuas Imperatoris contemtu habebant, non semper plectebantur, tametsi in multis causis poena afficerentur et in iudicium Maiestatis vocarentur, quod Suetonii testimonio confirmatur, Paullatim hoc genus calumniae eo processit, ut haec quoque capitalia essent, circa Augusti simulacrum servum occidisse, vestimenta mutasse, quidquid de ipsis factis allatis sentias.

In titulo vero Digestorum ad leg. Iul. Mai. factum statuas Imperatoris laedendi ad Maiestatis iudicium pertinere Iureconsulti in fragm. ad hunc titulum nos docent et rem ut omnibus notam tractant: exceptiones a regula indicant, quae Senatusconsulto vel rescriptis Imperatorum concessae erant. Senatusconsulto decretum erat eum, qui statuas Imperatoris reprobatae conflaverit iudicio Maiestatis non teneri: damnari igitur poterat, qui statuas nondum reprobatae Imperatoris conflaverat.

Severus et Antoninus rescripserunt illum, qui lapide statuam Imperatoris fortuito attigisset, delictum Maiestatis non commisisse, nec contra Maiestatem fieri, si quis statuas Imperatoris nondum consecratae venderat. Si igitur civis Romanus lapidem consulto contra statuam imperatoris iaciebat, vel eius statuam iam

vol. I, p. 369, 379. Hoc repetunt ex fragm. Vennicii Saturnini de publ. iud. l. 6. ff. ad leg. Iul. Mai. ubi scribit, „qui statuas aut imagines Imperatoris iam consecratae conflaverint. — *Legge Iulia Maiestatis tenentur*,” sed ius ipsius aetatis de hoc delicto interpretatur et obstat testimonium Taciti *Annal. L. I, c. 72*; praeterea Saturninus scribit de *statuis Imperatoris*, quod ad Caesarem pertinere non potest.

consecratam vendebat, Maiestatis reus fiebat et haec exceptio a regula clementiae horum Imperatorum tribuenda est, verisimiliter antea haec nonnunquam puni-
nita erant: idemque de causis, quas Marciarius et Saturninus Iureconsulti commemorant, dicendum est, nempe eos exceptiones a regula indicare (1).

De bonis patris noxii huius liberis adimendis quaedam de regno Fiberii apud Tacitum occurrunt, nempe in causa C. Silli, qui accessit Maiestatis semetipse interfecerat, nam post eius mortem bona eius publica-
cata sunt, dona, quae Augustus ei dederat, a fisco sunt repetita ac pars eorum ad delatores ut praemium per-
venit 2): incertum est, an omnia bona ipsius sint publica-
ta, an vero aliquid eius liberis sit relictum. Asinius Gallius opinatus erat, partem bonorum publi-
candam, pars ut liberis relinqueretur et M. Lepidus
„quartam accusatoribus secundum necessitudinem legis,
cetera liberis esse relinquendam” censuerat, quae in
Senatu peracta esse videntur, attamen ipse Tacitus

quibusdam Imperatoris formis statutis et
Conf. I. 5, 16, 17, 4 ad leg. Jul. Marc. cum in 14, 15
cod. tit. Imperatoris nonnulli statuta

2) Tac. Annal. L. IV, c. 18-20 cur. Oberl. vol. I, p. 272-275 et
notae Ern. praec. ad c. 20 ubi recte verba Taciti » ut stipendia
pecuniae redderentur” interpretatur de Gallis, quos Silmus,
quum Galliae praeesset, exhauserat huius rei causa Tacitus etiam
scribit c. 19 » nec dubie repetundarum criminibus haerebant” et
not. Lipsii ad verba c. 20 » secundum necessitudinem legis” ubi
etiam afferitur locus Dionys. Histor. L. XLVI, c. 49 alii haec de
legē Papia accipiunt, quae etiam minus vera esse mihi videntur,
cum his compar. quae de M. Antonio philosopho scripserunt Iulius
Capitolinus in vita c. 24 hist. Aug. script. vol. I, p. 391, 392
et Vulcatius Gallicanus in Avidio Cassio c. 9-12 script. hist. Aug.
vol. I, p. 459-465.

scribit *sacvitum esse in bona*, et huius rei exemplum affert donis Augusti Siliii liberos esse privatos, quamquam nullus Gallorum, quorum provinciae praefuerat quosque avaritia exhauserat, cum accusabant, itaque magis probabile videtur omnia eius bona esse publicata. Lepidus de *necessitudine legis*, ex qua accusatores quartam bonorum damnati partem acquirebant, sermonem habet, quae Lipsius de lege Iulia Maiestatis vel de lege Iulia repetundarum interpretatur, verumtamen de lege Iulia Maiestatis neque apud historicos, neque apud Iureconsultos in Pand. fragm. simile quid legitur et mirum est Tacitum memoriae non mandasse „legem Iuliam Maiestatis,” quare vel de Constitutione, vel rescripto Tiberii, vel de more ab eo inducto haec intelligenda esse verisimile est: hoc profecto ex eo loca patet morem bona noxii publicandi et delatores parte eorum ut praemio donandi Tiberio regnante invaluisse nec Taciti verba ad hanc causam esse restringenda.

Deinde in Senatu quaestio mota est de praemii accusatorum abolendis, si quis Maiestatis postulatus ante perfectum iudicium se ipse vita privavisset, scilicet, ne pars bonorum mortui publicaretur, quae exceptio a regula ipsam regulam confirmat, sed hoc abnuvit Tiberius „subverterent potius iura quam custodes eorum amoverent 1).”

In causa Libonis Tiberius, quia veteri Senatusconsulto vel moribus prohibitum erat, quominus servi in caput domini torquerentur et interrogarentur, novum

1) Tac. Annal. L. IV, c. 30 cur. Oberl. vol. I, p. 283.

morem singulos servos actori publico mancipandi induxisse fertur, qui tamen mos a Dione Cassio Augusto tribuitur: servi interrogati sunt et hac in causa saevus Imperator speciem iuris prae se tulit 2).

Sequentibus autem temporibus hic mos invaluisse videtur; etenim Plinius in Panegyrico ut singulare

2) Tac. Annal. L. II, c. 30. cur. Oberl. vol. I, p. 127. »Negante reo, agnoscentes servos per tormenta interrogari placuit. Et quia *vetere Senatusconsulto* quaestio in caput domini prohibebatur, callidus et *novi iuris* repertor, Tiberius, mancipari singulos actori publico iubet; ut in Libonem ex servis, salvo Senatusconsulto, quaereretur” Dionis Cassii hist. Rom. L. LV, c. 5, vol. III, p. 228, 229 haec Augusto adscribit, sed potius audiendus est Tacitus, attamen, quod ad Sctum attinet, ei adversatur Cicero in Oratione pro Milone c. 22 ed. Orell. vol. II, p. 11, p. 388. »De servis *nulla lege* quaestio est *in dominos* nisi de incestu — sed tamen maiores nostri in dominum de servo quaeri noluerunt” et magis discrete in oratione pro Rege Deiotaro, c. I ed. Orell. vol. II, p. 11, p. 430 »quum *more maiorum* de servo in dominum ne tormentis quidem quaeri liceat.” Quaestio dubia est. conf. nota Lipsii ad L. II, c. 20. Annal. Tac. in ed. Oberlini vol. I, p. 126, L. 7, § 2 ff. ad leg. lul. Mai. »Servi quoque deferentes audiuntur et *quidam dominos suos* et liberti patronos” cum l. 3, l. 4, l. 7, § 1, l. 8, § 1, Cod. ad leg. lul. Mai. cum l. 1, pr., § 1, § 4, § 5, § 18, § 23 ff. de quaest. cum l. 3, l. 4, eod. cum l. 10, § 1 ibidem, ubi exceptio a regula ab Arcadio Charisio proponitur »sed *omnes omnino in Maiestatis crimine*, quod ad personas Principum attinet, si ad testimonium provocentur, *cum res exigit*, torquentur. Itaque non semper, sed pro rebus et factis, nisi patet ex lege 8, § 1 Cod. de Quaest. (IX, tit. 41): »Oportet autem iudices nec in his criminibus, *quae publicorum iudiciorum sunt*, ad investigationem veritatis a tormentis initium sumere cum l. 1 eod. »quaestionem de servis *in dominos* haberi non oportet exceptis *in crimine Maiestatis*” cum l. 11, 12, 16 eod. Paul. Rec. Sent. L. V, tit. 29, § 2 in fine »et ideo quum de eo quaeritur nulla dignitas a tormentis excipitur” ap. Blondeau vol. II, p. 318, cum L. V, tit. 16, § 5, § 6, § 8 et § 9 ap. Blondeau, vol. II, p. 311.

beneficium et magnam clementiam Traiani affert hunc Caesarem testimonia et tormenta servorum in dominos sustulisse. „Omneis accusatore domestico liberasti unoque salutis publicae signo illud, ut sic dixerim, servile bellum sustulisti. — Non vis interea laudari nec fortasse laudanda sint, grata tamen sunt recordantibus Principem illum in capita dominorum servos subornantem monstrantemque crimina, quae tamquam delicta puniret;” haec procul dubio de Domitiano scripta sunt et vel maxime hunc Imperatorem vituperat, quod eo more abusus fuerit: similia de Domitiano memoriae prodidit Suetonius 1). In Digestis vero et in Codice tit. ad leg. Iul. Mai. de quaestionibus norma sancita est, de servis in caput domini torquendis, de servis dominos deferentibus audiendis: paucae solummodo exceptiones a regula conceduntur.

Hisce probasse mihi videor multa, quae a Tiberio de delicto et de iudicio Maiestatis constituta erant, vel sub eius regno obtinuerant, deinde lapsu temporum usu recepta fuisse et de iis Iureconsultos Digestorum ut de Iure constituto mentionem facere.

Suetonius praeterea narrat Tiberio auctore multos cives cum liberis et uxoribus damnatos fuisse et de coniuratione Pisonis Nerone regnante scribit „damnatorum liberi urbe pulsati enectique veneno aut fame

1) C. Plinii Sec. Panegyricus c. 43 cum annot. Landii p. 204-205. Suetonii vita T. Flavii Domitiani, c. 11 ex rec. Oudend. p. 922: » Arretinum Clementem consularem — capitis damnaturus, in eadem vel etiam in maiore gratia habuit, quoad novissime simul gestanti conspecto delatore eius. » Vis, inquit, hunc nequissimum servum cras audiamus” cum p. 923 et cap. 10, p. 917-921.

Constat quosdam cum paedagogis et capsariis uno prandio pariter necatos, alios diurnum victum prohibitos quaerere 1),” nimias profecto poenas Nero de iis sumpsit, a moribus tamen non plane alienum erat aliquatenus in eos animadvertere.

§. 3.

e. *Ex Coniuratione Avidii Cassii.*

Loca scriptorum histor. August. cum legibus 7 et 8

Cod. Inst. ad leg. Jul. Mai. inter se comparantur

et scriptor haec inter se conciliare studet.

Avidius Cassius, vir severi et asperi ingenii, prae-
cis Romanorum moribus plane imbutus, cui luxu-
ria ac mollities militum ipsius aetatis inuisae erant,
optimus belli dux, a Marco Aurelio ad antiquam Ro-
manis militibus disciplinam restituendam in Orientem
missus erat.

Iam juvenili aetate Antoninum Pium regno pellere
tentasse dicebatur, et Aelius Verus in Epistola Mar-
cum monuerat, ut de eo caveret, quod avidus esset
imperii, opes pararet, Imperatoris iussis non obtem-
peraret, et a militibus amaretur, sed Imperator re-
sponsa dederat: „si ei divinitus debetur imperium,
non poterimus interficere, etiamsi velimus. Scis enim

1) Suetonii Tiberius c. 61 ex rec. Oudend. p. 444. Nero c. 36
p. 706 de coniur. Pison. conf. Tac. Annal. I. XV, c. 48-74, vol.
II, p. 301-326 cur. Oberl.

proavi tui dictam² successorem suum nullus occidit: sin minus, ipse sponte sine nostra crudelitate fatales laqueos inciderit. Adde, quod non possumus reum facere, quem nullus accusat et, ut ipse dicis, milites amant — sibi ergo habeat suos mores, maxime, quum bonus dux sit et severus et fortis et reipublicae necessarius. Nam, quod dicis liberis meis cavendum esse morte illius, plane liberi mei periant, si magis amari merebitur Avidius quam illi, et si reipublicae expediet Cassium vivere quam liberos Marci 1)."

Cassius, ab amicis Catilina dictus, iactare solebat se Sergium futurum, si dialogistam occidisset, quo cognomine Marcum spectabat, hic philosophatur, Cassius addebat, nec sentit de republica."

Mox Imperator a militibus salutatur, ornamenta Imperatoria induit, magistratus creat, filium Prae-

1) Conf. inpr. Vulcatii Gallicani Avidius Cassius in qua inveniuntur Epist. Veri et Marci c. 1 et c. 2, script. hist. Aug. vol. I, p. 439-446 verba ipsa dedi, quia optime Cassii et Marci indolem adumbrant c. 3, p. 447 » fuit his moribus (sc. Cassius) ut nonnumquam trux et asper videretur, aliquando mitis et lenis" c. 4, p. 450: » multa existant crudelitatis potius quam severitatis eius indicia" cum cap. 13, p. 469-471 ubi epist. Cassii invenitur » ego vero istis praesidibus provinciarum: an ego praesules, an ego praesides pulem: qui ob hoc sibi a Senatu et ab Antonino provincias datas credunt, ut luxurientur, ut divites fiant." Vulcatius de eo iudicium fert » qui si obtinisset imperium, fuisset non modo clemens sed bonus, sed utilis et optimus Imperator." Quae cum prioribus non plane conveniunt et de clementia eius est, quod dubitemus alia, quae de eo narrantur ab eodem Vulcatio, perlegentes. Iulii Capitolini M. Antoninus philos. vol. I, p. 385-392 script. hist. Aug.

fectum Praetorii facit : Armenia, Arabia, Aegyptus pro parte a Marco deficient, fama ruit per Urbem Marcum diem obiisse supremum.

Tunc Senatus, invito vel saltem non iubente Marco Aurelio, decrevit Cassium reipublicae hostem esse eiusque bona publicavit.

Marcus ipse bellum Sarmaticum et Marcomannicum dimittens contra Cassium profectus est, nec tamen constat eum Cassium occidere voluisse : ceperat sane consilium seditionem sedandi ac provincias, quae a se defecerant, rursus imperio suo subiiciendi, fortasse tamen, si Cassius in proelio, vel proditione exercitus eius captus fuisset, vivo peperisset. Antequam vero in Orientem pervenerat, Cassius et filius eius Metianus, quem praefectum praetorii Alexandriae praeposuerat, a militibus suis interfecti erant.

At ponamus consilium Cassii ad mortem damnandi Marco fuisse, tunc optimo iure ultimo supplicio eum affecisset, vel, quod magis verisimile est, iudicium de eo Senatui mandasset.

Senatus iam iudicarat eum rempublicam adgressum esse et imminens periculum ab eo reipublicae instare; gravissimum delictum contra rempublicam nempe veram perduellionem commiserat, nec tantum coniurationem contra rempublicam fecerat, sed milites ab eo ad seditionem contra Imperatorem incitati erant, et a Marco defecerant, quaedam provinciae eorum exemplum secutae erant: Cassius bellum patriae intulerat, ornamentis, magistratibus creandis Imperatorem se gesserat: de eius igitur culpa nulla dubia moveri poterant, nec deerat pars eventus: ille omnia fecerat, quae po-

terat ad delictum perpetrandum: et factum praecipuum delicti ipsius iam perfectum erat 1).

Caput eius ad Marcum missum est, qui tamen illud humari iussit ac dixisse fertur opportunitatem clementiae sibi esse ereptam, ut eum vivum beneficiis obrueret ac vinceret. Uxor Aurelii Faustina fortasse, quia ipsa facinoris conscia erat, vel saltem conscia habebatur, eum monuerat „ut rebelliones prosequeretur, ut Avidio et consciis non parceret, qui nec sibi pepercerant, nec uxori nec filii parcerent, si vicissent,” verumtamen ille rescriperat „Ego vero et eius liberis parcam et generi et uxori et ad

1) Iul. Capitolini M. Anton. philos. 24, hist. Aug. script. vol. I, p. 385. » rebellasset — qui Imperatorem se appellavit — alii dicunt, ementita morte Antonini Cassium Imperatorem se appellasse. Et Antoninus quidem non est satis motus defectione Cassii, nec in eius affectus saevit, sed *per Senatum hostis est iudicatus, bonaque eius proscripta per aerarium publicum*” c. 25, p. 387 » contra Cassium profectus est. *Romae turbae etiam fuerunt, quasi Cassius absente Antonino adventaret: caput eius allatum est ad Antoninum, Marcus tamen non exultavit interfectione Cassii caputque eius humari iussit. Maccianum etiam filium Cassii, cui Alexandria erat commissa, exercitus occidit*” c. 26, p. 390. » Doluit denique Cassium extinctum dicens *voluisse se sine Senatorio sanguine imperium transigere*” eum c. 8, Vulcatii Gallicani Avidii Cassii, ubi fere eadem occurrunt p. 457, 458 cum cap. 6, p. 456, 457 » amatus est ab omnibus Orientalibus et speciatim ab Antiochensibus, qui etiam imperio eius consenserunt — imperatorem se in Oriente appellavit — quo diceret Marcum diem suum obuisse — imperatorio nomine quum processisset, eum, quae sibi adaptaverat, ornamenta regia, statim praefectum praetorii fecit, qui et ipse occisus est, *Antonino invito, ab exercitu — Senatus illum hostem appellavit bonaque eius proscripsit, quae Antoninus in privatum aerarium congeri noluit: quare, Senatu praecipiente, in aerarium publicum sunt relata.*”

Senatum scribam, ne aut proscriptio gravior sit aut poena crudelior. Nec enim quicumque est, quod Imperatorem Romanum melius commendet gentibus quam clementia. — Denique, si ex mea sententia de bello iudicatum esset, nec Avidius esset occisus 1).”

Marcus Senatum deprecatus est, ne gravis poena in consocios defectionis statueretur, ne Senator temporibus suis capitali supplicio plecteretur. Patres conscriptos sic allocutus est, ut Vuleatius Gallicanus testatur:” Nunc, quod ad defectionem Cassianam pertinet, vos oro atque obsecro, P. C., ut censura vestra deposita, meam pietatem clementiamque servetis, imo vestram: neque quemquam ullum Senatus occidat. Nemo Senatorum puniatur, nullius fundatur viri nobilis sanguis: deportati redeant, proscripti bona recipiant. Utinam possem multa etiam ab inferis excitare. — Quare filius Avidii Cassii et genero (sc. Drunciano) et uxori veniam dabit. Et quid dico veniam? quum illi nihil fecerint. Vivant igitur securi scientes sub Marco se vivere. Vivant in patrimonio

1) Vuleatii Gallicani Avidius Cassius c. 9-11 script. hist. Aug. vol. I, p. 461-463. Faustina insolentem fuisse putat propter epistolas ab illa scriptas, quod mihi tamen magis dubium videtur nam poterat odium in Cassium simulare, ut semetipsam defenderet: non amplius Marcum amabat, fama ruebat per Urbem eam cum gladiatoribus rem habere, gladiator, cuius amore flagrabat, iussis Marci Aurelii interfectus erat: Marcus ipse aegrotabat, quod mulierculis minus gratum esse solet: magis de ea dubitat Iulius Capitolinus in vita Antonini philos. c. 24, vol. I script. hist. Aug. p. 385 » ut quidam dicunt, *Faustina volente*, quae de mariti valetudine desperaret” c. 26, p. 389, 390 cum cap. 19, p. 361, 362 » solum quidem amorem” sc. Faustinae erga Marcum.

parentum pro parte donato: auro, argento, vestibus fruuntur, sint divites, sint securi, sint vagi et liberi. — Ego vero a vobis peto, ut conscios senatorii ordinis et equestris a caede, a proscriptione, a timore, ab infamia, ab invidia et postremo ab omni vindicetis iniuria: detisque hoc meis temporibus, ut in *causa tyrannidis*, qui in tumultu cecidit, probetur occisus 1).” i. e. iure occisum fuisse nec bonorum publicandorum causa accusatum fuisse. Haecce a Julio Capitolino confirmantur et magis illustrantur, nam ille memoriae mandavit Heliodorum filium Cassii deportatum fuisse et alios liberos in exilium missos fuisse i. e. leviore exsili specie punitos fuisse, partem bonorum Cassii et quidem dimidiam partem Marco auctore iis restitutam fuisse, eos auro et argento fuisse adiutos verisimiliter ab ipso Marco, filiam Cassii et Druncianum eius generum quibusdam orientis incolis commendatos fuisse ac omnes Cassii liberos praeter Heliodorum

1) Vulc. Gallic. Avidius Cassius c. 12, p. 464, 465 cum cap. 8, p. 459. »Ipse autem Antoninus a Senatu petiit, ne graviter in conscios defectionis animadverteretur — denique paucissimis deprecibus punitis, deportatos revocari iussit” c. 9 ead. pag. »Antiochiensibus, qui Avidio Cassio consenserant, sed et aliis civitatibus, quae illum iuverant, ignovit.” Nihil de coniur. Cassii invenitur in opere Aurelii Victoris (vel alius scriptoris) de Caesaribus cap. 16, p. 354 seqq. pauca in Aur. Vict. Epitome de vita et moribus Imperat. Roman. cap. 16 ed. Arntzenius 1737, p. 525 »Cassius tyrannidem arripuens extinctus est;” de fide horum operum Arntzenius in Praef. p. VI, prius opus Aurelio adscribit, de altero hoc negat; sic etiam Baehr, Gesch. der röm. Literatur ed. sec. Carlsruhe 1832, § 231, p. 467, 568, et not. 7 et 8, p. 468 et Vossius existimat alterius operis scriptorem alium Aurelium Victorem fuisse, de histor. Latinis L. II, cap. 8, p. 198, (Lugd. Bat. 1651.)

liberam vagandi potestatem habuisse, dummodo prope Romam non accederent. Si Vulcatio Gallicano plane fides habenda est, filii Cassii praeter Heliodorum deinde ad honores pervenerunt 1). Cassianam coniurationem

1) Iulii Capitolini M. Antoninus philosophus c. 24, p. 385, vol. I, hist. Aug. » neque in eius affectus saevit! » c. 26, p. 391, 392. » Deportatus est Heliódorus filius Cassii et alii liberum exilium acceperunt cum bonorum parte. Filii autem Cassii et amplius civitatis parte acceperunt paterni patrimonii et auro atque argento adiuti; mulieres autem etiam ornamentis, ita ut Alexandria filia et Druncianus gener liberam vagandi potestatem haberent commendatae auitae mariti. » Exstat Epistola Cassii ad generum suum i. e. Druncianum Vulc. Gallic. Avidius Cassius c. 13, p. 469 » et ad honores admissi sunt. Commodus vero eos vivos exuri iussit quasi in factione deprehensos. » Gibbon, history of the decline and fall of the Roman empire, vol. I, cap. III, p. 93, 94 cum p. 72, 80, 81, 77-79. Fortasse quis mihi obiiciat me ante Iureconsultos historicis praetulisse, sed his respondere liceat, ibi de formulis iuris agi, non vero de facto historiae iuris: de differentia scilicet inter Maestatem et perduellionem historicos memoria obiter egisse: de coniuratione vero Cassiana historicos de industria et Iureconsultos non nisi obiter scribere; Capitolinus quidem vixit initio saeculi IV et eodem fere tempore Vulcatius Gallicanus, sed, ut indicavi, ex aliis historicis hauserunt et ex Actis Caesarum. De hac ultima quaestione conf. Dirksen, Vermischte Schriften, Berlin 1841 ed. Besser, Sechste Abhandl. Die reden der Röm. Kaiser u. s. w. vol. I, p. 120-143 inpr. p. 120 et not. 1. » Wir räumen gern ein, dass die Relationen der script. hist. Aug. über diesen Gegenstand die Benutzung amtlicher Quellen, namentlich der Acta Senatus Romani nicht verkennen lassen » deinde seqq. alia exempla ex iis hausta: tum sic pergit. » Allein nicht alle unter diesen haben den Inhalt ihrer Quellen treu und vollständig wiedergegeben, vielmehr eine entschiedene Freiheit in der Handhabung der Form sich erlaubt. » Inde deduci potest eum existimare hos scriptores sententiam quam Imperatores in Senatu professi sunt, accurate memoriae mandasse; a Dirksenio etiam citantur Brissonius, von Böckelen et Dodwell. Ulrici Characteristik der antiken Historiographie Berlin ed. Reimer

et iudicium de Cassio ac sociis ipsius habitum exposui, uti res a Vulcatio Gallicano et Iulio Capitolino

1833, II, e. p. 156-159 eos Suetonii historiam conscribendi rationem secutos esse opinatur: hunc vero maximae fidei historicum habet, iis fidem non plane negat, eos magis propter talem historiam conscribendi rationem reprehendit, paucos eorum fabulas, uti Graecos historicos narraſſe affirmat. conf. etiam not. 1 et 2, p. 157 et not. 1, p. 158 cum p. 281, 282. Nimis iniquum de iis tulit iudicium Weytingh Historia Graecorum et Romanorum literaria Delphi Batav. 1825, parte II, sect. III, § 9, p. 173. Vopiscum caeteris praefert. conf. cap. 9. Avidii Cassii Vulcatii Gallicani p. 460, ubi Vulcatius diserte de Marco Maximo mentionem facit. » Si quis autem omnium hanc historiam scire desiderat, legat Marii Maximi secundum Librum de vita Marci, in quo ille ea dicit, quae solum Marcus, mortuo iam Vero, egit." Deinde eod. cap. apparet Vulcatium res satis accurate inquisivisse et de rebus, quas narrabat, iudicium tulisse; de Faustina scilicet Marium refellere studet. *Casaubonus* Marium Maximum e Dione Cassio hausisse arbitratur in not. ad c. 9 vitae Avidii Cassii ad verbum *Gallio* p. 461, sed non constat hunc scriptorem post Dionem vixisse, nonnisi perpauca ab ipso Dione conscripta de hac aetate ad nos pervenerunt: pleraque sunt excerpta a Xiphilino nobis servata: tandem in multis hi scriptores a se differre videntur e. g. Dio Cassium Syrum habet: Gallic. et Capitolinus verisimiliter Marium sequentes eum Romanum et quidem Senatorem fuisse narrant et propter varias res et facta iis magis hac in re fides habenda est. Dionis Cassii hist. Rom. L. LXXI, c. 22-31, vol. IV, p. 181-188. Ulrici Charakteristik, p. 741 seqq. p. 243-245. Magnas Dioni laudes tribuit celeberr. Niebühr in opere Röm. Gesch. De fide horum scriptorum conf. etiam Vossius de historicis Latinis Lugd. Bat. 1651, L. II, cap. 5, p. 185-187 de Spartiano et Gallicano, ubi etiam quaestio a Salmasio mota tractatur, an Spartianus Avidii Cassii vitae auctor fuerit et assertur testimonium Erasmi de script. hist. Aug. » In his vix est, quod probes praeter historiae fidem" in Ciceronianis et Vossius L. II, c. 7, p. 191-193 de Capitolino et Lampridio et de Marco Maximo L. II, cap. 3, p. 178 ubi testimonia Vopisci et Ammiani Marcellani de eo scripta inveniuntur, quae eius fidi non plane favent; attamen

nobis narratur: hi autem scriptores quidem diu postea vixerunt, verumtamen ex aliis historicis magis aequalibus, ut e. g. ex Mario Maximo hauserunt, et Actis Senatus, in quibus orationes Caesarum ad Senatum conscriptae erant, et Epistolis Imperatoris aliisque huiusmodi testibus vel ipsi usi sunt, vel a Mario Maximo similibusque hae orationes et epistolae scriptis iam mandatae erant: fortasse *verba* Imperatorum ornarunt, sed *factis*, quae de clemente Imperatore afferunt, multum veri inesse videtur: fragmenta igitur Iureconsultorum in Codice Iustin. ex historicorum scriptis explicanda esse videntur, quia historici rem de industria tractarunt, Iureconsulti vero solummodo obiter exemplum ex historia Romana repetitum citant, et, ut vidimus, in coniuratione Catilinae de Papiniano, non semper accurate historiam inquirunt.

Paulus enim scribit in libro de publicis iudiciis „Meminisse oportebit, si quid contra Maiestatem Imperatoris commissum dicatur, etiam post rei mortem in crimen instaurari solere, postea quam Divus Marcus „*Drunciani, utpote Senatoris, qui Cassiani furoris socius fuerat, bona post mortem fisco vindicari iussit.*“ Si historicis fides habenda est, Druncianus neque in provinciis, neque Romae seditioni praefuit, neque

vid. ibidem testimonium Capitolini Baehr, Gesch. der Röm. Literatur ed. sec. Carlsruhe 1832, § 226-§ 229, p. 459-466 cum § 225, p. 458, 459 inpr. § 226, p. 460 e. g. »Sondern aus den früheren Geschichtschreibern, welche diese Quellen selbst eingesehen und, wie namentlich bei vielen Actenstücken aus den Archiven der Fall war, oft wörtlich eingerückt hatten, mithin aus Zweiter Quelle benützt.“

ut Cassius et Metianus, a militibus occisus est, neque sententia Senatus, vel aliorum iudicum ultimo supplicio est affectus; plures socii coniurationis seditiosisque a Senatu erant proscripti eorumque bona erant publicata, sed Imperator Romam rediens poena pro parte vel tota eos liberavit bonaque pro parte iis restituit; quae Paulus de Drunciano commemorat, de Cassio et eius filio sunt intelligenda.

Bona publicata a temporis momento, quo a Senatu decretum erat aliquem hostem esse reipublicae, quo civis proscriptus erat, statim aerario acquiri secundum mores illius aetatis, (qui igitur per aliquod temporis spatium iam obtinuerant), Vulcatius Gallicanus affirmat, narrans Antoninum philosophum (M. Aur.) vetuisse, ne fisco privato ea vindicarentur et statim in aerarium publicum ea esse relata. Propter verba autem eiusdem historici „filios Cassii pro parte bona patris accepisse „et propter verba Marci Aurelii,“ Marcum eos bonis patris partim *donasse*,“ magis probabile fit Imperatorem clementia ductum a iure, quod moribus iam invaluerat, recessisse, et mitius, quam antea factum erat, de re statuisse. Poena mortis hac aetate de noxiis gravioris Maiestatis speciei scilicet perduellionis, quae in hac causa occurrit, saepe etiam de sociis sumebatur. Marcus contra non nisi unum filium Cassii verisimiliter, quod magis quam ceteri coniurationis et seditionis particeps fuisset, deportari iussit, mitiorem exsilio poenam aliis et genero imposuit: coniurationem Cassii et Romae tam late patuisse videtur, ut necesse esset filios Cassii Roma arcere: praeter quosdam centuriones, quos mortis poena punivit, ceteris

condonavit, Alexandriae et Antiochia post aliquod temporis spatium ignovit, quamquam praecipuae seditionis sedes fuerant, itaque haec convenire videntur iis, quae de Marco Capitolinus memoriae mandavit eum noxios minore poena quam illa, quae a legibus constituta esset, punivisse, et solummodo manifestis et gravioris criminis reis nonnunquam veniam denegasse.

Tandem testimonia historicorum et Pauli fragmentum nobis interpretanda atque illustranda sunt Marciani fragmento, quod magis in specie ad iudicii Maiestatis historiam pertinet 1): „Post *D. Marci Constitutionem*,

1) l. 8 pr. Cod. ad leg. Jul. Mai. (Marcianus l. I de publicis iudiciis ad legem Iuliam Maiestatis). Zirklerus, die gemeinr. Lehre vom Maiestätsverbr. cap. I, p. 42, 43 iam quaedam recte de hac quaestione, sed breviter et obiter disputavit » sie lassen sich aber so vereinigen, dass zwar das Vermögen des Cassius, welches Aurel. dem Aerar überliess, eingezogen, den Söhnen und Töchtern desselben aber, deren eine Druncianus geheyrathet, bloss der *Pflichtheil* geschenkt wurde, wie es bei andern die Confiscation nachziehenden Verbrechen die Regel war. cit. l. 7 ff. de bonis damnatorum (XLVIII, tit. 20) pr. cum § 2 » quo propter poenam parentis aufert bona damnatio, rationem haberi liberorum — quod cum aliqua moderatione definiri placuit, ut, qui ad universitatem venturi erant, iure successionis ex ea portiones concessas haberent » cum l. 1, § 1 et 2 cum l. 3 eod. Huic coniecturae multum veri inest, sed ea Paulum scribentem iudicium de Drunciano post eius mortem institutum fuisse refellere non possumus. Res vel maxime explicanda esse mihi videtur ex verbis Marciani. » Post *D. Marci Constitutionem* » unde efficitur rem antea moribus obtinuisse et saepe praeter modum in noxios eorumque bona saevitum fuisse; conferatur Zirkler eod. op. cap. III, p. 167-171. Weiske, Hochverrath, § 3, p. 9, 10 a Marco Aurelio damnationem post mortem institutum fuisse censet. Dieck, Hist. Versuche § 51, p. 134 et not. 18 et not. 17 ubi nihil tamen de iudicio post mortem scribit: contra § 47, p. 116, 117. Paulo et Marciano plane fidem habet, ab ara

scribit Marcianus, hoc iure uti coepimus, ut etiam post mortem nocentium hoc crimen inchoari possit" caet. ex hisce scilicet illius Iureconsulti verbis constat Marcum Aurelium *Constitutionem* de iudicio noxii Maiestatis post mortem instaurando fecisse et Iureconsultos atque iudices huius Constitutionis normas usque ad Marciani tempora secutos esse. Marcus Aurelius opportunitate coniurationis Cassii motus esse videtur ad has iudicii formas, quae antea praeter modum moribus obtinuerant, accuratius definiendas, et ad certas normas tali iudicio post mortem noxii sancientas: huius rei causa Paulus coniurationis Cassii, Marcianus Constitutionis Marci meminerunt: verba Marciani „*hoc iure uti coepimus*“ de iure constituto, cuius fines Constitutione scripta definiti sunt, accipienda sunt.

§ 4.

Ecquid autem notio reipublicae normarum mutandarum de delictis contra reipublicam factis Caesarum aetate plane evanuit?

Cassius secundum quorundam sententiam ex familia Cassiorum, quorum unus Caesarem interfecerat, originem ducebat. Vulcatio Gallicano teste principatus ac regnum ei invisa erant et dicere solebat „nihil gravius esse nomine imperii, quod non posset e reipublica tolli, nisi per alterum Imperatorem“ et exstat eius Epistola, in qua haec verba inveniuntur:

parte § 61, p. 165, not. 7 exceptionem a regula habet exemplum filiorum Cassii, cum bona patris partim concessa erant.

„Ubi L. Cassius, cuius nos frustra tenet nomen? Ubi Marcus ille Cato Censorius? Ubi omnis disciplina maiorum? Vides multis opus esse gladiis, multis elogiis, ut *in antiquum statum publica forma reddatur*. Tantum Dii faveant bonis partibus. Reddant Cassiani reipublicae principatum 1).” Itaque de libera reipublica restituenda cogitasse videtur, vel cum amicis sermonem de ea reipublicae conditione habens, vel Romanam in literis, quas ad Senatores aliosve misit, hac de re scribens hoc simulasse videtur: eius aspero ingenio prisca Romanorum tempora desideranti tale consilium convenit, nec plane obstat eum a militibus, ab Orientis incolis Imperatorem salutatum fuisse, nam ab Oriente et cum militibus consiliorum peragendorum initium facere eum oportebat; res dubia est, talia vero dixisse vel scripsisse videtur, quod Romae saltem quidam antiquum statum reipublicae recordarentur: eum conditionem reipublicae quodammodo mutaturum maioremque potestatem Senatui, fortasse etiam Comitibus concessurum prae se tulisse verisimile est, si eius epistolam et eius vitae narrationem consulas: Marcus tamen revera magnam Senatui dederat potestatem. Romanos nonnunquam liberae reipublicae rationem habuisse, quosdam priscis moribus quodammodo imbutos liberam rempublicam desiderasse exemplum Cremutii Cordii nos docet: hic a Seiani clientibus Maiestatis est accusatus, quod in Annalibus Brutum laudasset, Cassium Romanorum ultimum dixisset, et hu-

1) Vulcatii Gallicani Avidius Cassius c. 13, p. 469-471, vol. I, hist. Aug. script. cum c. I, p. 440-442, cap. 3, p. 447, 448.

ius rei causa eius orationem in Senatu truci vultu Tiberius audivit: Crematius autem magis ad probandum se iniuste accusari quam ad vitam tuendam attulit exempla Asinii Pollionis, Livii, Messalae Corvini, qui vel scripserant, vel dixerant Cassium et Brutum egregios viros fuisse et Augusti, qui Caesaris interfectorum ne quidem imagines tollendas curarat 1).

Sic Cassius Longinus Iureconsultus luminibus orbatus est, quod in vetere gentili stemmate C. Cassii percussoris Caesaris imagines retinisset, et a Nerone mori coactus est. Interpretes nempe legendum esse „*retinisset*” non „*restituisset*” existimant, quod alioquin tale factum Longino merito crimini verti potuisset, quod reus Maiestatis *utpote res novas moliens* fieri potuisset 2). Si de animo hostili vel rempublicam laedendi ex aliis factis non magis constitisset, talis accusatio semper iniusta fuisset: hoc loco tantum de

1) Taciti Annalium L. IV, c. 34, 35 cur. Oberlino, vol. I, p. 286-288. Suetonii Tiberius Caesar ex rec. Oudendorpii c. 61, p. 445 minus accurate »quod Brutum Cassiumque ultimos Romanorum *divisset*,” deinde addit »animadversum est statim in auctores, scriptaque abolita, *quamvis probarentur ante aliquot annos, etiam Augusto audiente, recitata.*”

2) Suetonii Nero Claudius Caesar c. 37 ex rec. Oudendorpii p. 706, 707 et in notis praec. Graevii, Gronovii. Post mortem Caligulae Senatus de libertate Romae restituenda cogitavit, Caesarum memoriam abolendam esse censuit. Cives ad libertatem sibi vindicandam ad Capitolium vocavit, et, si dux talis conaminis praeclari ingenii Senatoribus fuisset, per aliquod saltem temporis spatium libera respublica fuisset. conf. Suetonii Caligula c. 60 ex rec. Oudend. p. 557 cum Tiberio Claudio c. 10, p. 576, 577 et Gibbon, the history of the decline and fall of the Roman empire, vol. I, cap. III, p. 86, 87.

causa accusationis quaerimus, formula igitur *res novas moliri* nec Caesarum aetate plane obsoleta erat.

In coniuratione Pisoniana proprie non de libera republica restituenda agebatur, attamen una huius causa esse videtur Neronem Senatum saepe in contentu habuisse, itaque eum instituta et rationem gubernandi Caesarum imperio propriam mutasse, nempe Senatum de republica non consuluisse, nec saepe per Senatusconsulta egisse; nec negligenda sunt verba Epichareos libertae „provisum, quonam modo poenas *eversae reipublicae* daret.” Quae vel de libera republica, vel de normis regni Caesarum intelligenda sunt. Tacitus ipse scribit Pisonem vitavisse acre ingenium Vestini Consulis, *ne ad libertatem moveretur*” Nonne hic Consul de libera republica cogitabat 1)? Haecce

1) Taciti Annalium L. XV, c. 51 cur. Oberl. vol. II, p. 304, c. 52, p. 305. Suetonii Nero Claudius Caesar c. 37 ex rec. Oudendorpii p. 708, 709. » Multasque neque dubias significationes saepe iecit, ne reliquis quidem se parsurum Senatoribus: eumque *ordinem sublaturum quandoque e Republ.* ac provincias et exercitus equiti Romano ac libertis permissurum — et in auspiciando opere Isthmii magna frequentia claro. Ut sibi ac populo Romano bene res verteret optavit dissimilata Senatus mentione.” Neque tamen desunt exempla Senatum Caesari adulandi causa reos damnasse, vel ei adlatum esse, postquam patrem Britannicum et matrem sine iudicio interfecerat. conf. de causa Antistii L. XIV, Annal. Tac. c. 48, 49 cur. Oberl. vol. II, p. 238-240 de adulatione Senatus post mortem Agrippinae, L. XIV, c. 12, p. 202, c. 18, p. 210., c. 42-45, p. 234-237, c. 46, p. 237. Tarquinius Priscus a Senatu repetundarum damnatur. » Novas res moliri saepe de alio Imperatore creando etiam usurpatur hac aetate c. g. ap. Tacitum L. II, Annal. c. 27 de Libone Druso, vol. I, p. 124, L. XV, c. 51, vol. II, p. 303, » ceteris spec. ex *novis rebus* petebatur” Suetonii Nero Claudius c. 35 » Antoniani Claudii filiam — quasi *molitricem novarum rerum* in-

pauca ad Weiskii sententiam refellendam, quod ad Caesarum aetatem attinet, sufficere mihi videntur: libenter ei concederem illis temporibus saepius Imperatorem quam rempublicam, saepius imperium Romanum universe quam eius normas spectatum fuisse in delictis contra rempublicam commissis, sed exceptiones a regula dedi.

teremit" p. 703. Adrianus Aelii Spartiani c. 5 » quamvis Crassum postea procurator egressum insula, quasi res novas moliretur, iniussu eius occiderit" Script. hist. Aug. cum not. Casauboni caet. vol. I, p. 49. Weiske Hochv. § 11, p. 38, 39.